PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS, ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXVIII.

SANCTUS GREGORIUS NAZIANZENUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1862

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 25 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait ni prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque universelle du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un assez sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre.

Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme, reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, savoir, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine.

Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les corrigeurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient toujours une révision et souvent il en vient deux ou trois, puis l'on cliche. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'invraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition.

De plus, les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent, le plus souvent, que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver, en dix-huit mois d'études, *une seule faute* dans notre *Patrologie latine.* M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzbourg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre *une seule faute*, soit dans le latin, soit dans le grec de notre double *Patrologie.* Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesmes, et M. Bonnetty, directeur des *Annales de Philosophie chrétienne,* mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction.

Dans le Clergé se trouvent très-certainement de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques. Eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque véritable faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, mais surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets,* sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est recorrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques,* qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé.* Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. le chevalier Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

SÆCULUM IV. ANNUS 389.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII THEOLOGI

VULGO *NAZIANZENI*, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, GERMANICOS, ANGLICOS, NEC NON AD ANTIQUIORES EDITIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA ET ILLUSTRATA,

CURA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI :

ACCEDUNT

VARIORUM COMMENTARII ET SCHOLIA IN OMNIA OPERA SANCTI GREGORII;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS QUARTUS ET ULTIMUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 44 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1862

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXXVIII CONTINENTUR.

(Stellula prænotantur quæ nunc primum inter Opera S. Gregorii comparent.)

S. GREGORIUS THEOLOGUS, CP. ARCHIEPISCOPUS.

S. CÆSARIUS, B. GREGORII FRATER.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΠΗ.

—

S. P. N. GREGORII THEOLOGI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

CARMINA.

—

MONITUM IN EPITAPHIA ET EPIGRAMMATA S. GREGORII.

—

Quam bene de republica litteraria meritus sit doctissimus Muratorius, quod eam veterum scriptis, quæ in bibliothecarum casulis neglecta vel ignota delitescebant, ditaverit, norunt omnes. Hæc inter, nonnulla Gregorii Nazianzeni carmina nondum in lucem emissa vulgavit anno 1709 (*a*), nec modo Græce et Latine edidit, sed et doctissimis notis illustravit, additis etiam variis diversorum manuscriptorum codicum lectionibus. Monet Muratorius multa in his carminibus deprehendi ad illorum temporum historiam illustrandam perutilia; multa de præclaris hominibus Nazianzeno, aut sanguine, aut pietate conjunctis, quæ alibi frustra quærantur. Cum multa sint varia in unam eamdemque rem epigrammata, v. g. in patrem ac matrem, in sepulcrorum effractores, et in Syneisactos, arbitratur Muratorius nec immerito, amorem in illos, justam et legitimam iracundiam in istos, tam variæ carminum copiæ causam dedisse, cum nunquam satis argumento fecisse sibi videretur Gregorius, qui tam chara capita laudanda, aut tam impia exagitanda sibi proposuisset. In causa etiam esse potuit fecunda scriptoris vena, ex qua fluere nullo negotio poterant tam diversa poemata. Non male cum eodem Muratorio conjicias pleraque ex his carminibus non in eum finem composita, ut omnia vulgarentur, sed qualia ex opulento ingenio tumultuarie exciderant in tabellas, relata ad nos pervenisse. Hinc et incondita quædam, et ipsæmet phrases, ipsamet interdum sensa, tum heroicis, tum elegiacis, et iambicis etiam versibus tentata et reddita sunt, non alio, ut videtur, consilio, quam ut meliora e tot experimentis subinde eligerentur : neque vero cuiquam mirum esse debet, si quædam ex iis carminibus paulo sint incultiora. Non enim solent ii qui parentum et familiarium suorum mortem dolent, poeticas elegantias sectari, siquidem in luctu ambitiosum esse non oportet.

Quod autem attinet ad ea carmina quæ in immodestos martyrum cultores composita sunt, inquit idem Muratorius, ea Gregorius Nazianzenus, si scripsit, juvenis adhuc scripsisse videtur. Nam puerilem venam sapiunt, et prosæ quam versibus similiora, quæ ne apud poetam quidem comicum vel satyricum facile tolerarentur. Attamen, quia ad illius ævi, quo scripta sunt, notitiam pertinent, hoc ipso digna sunt, quæ reliquis addantur

(*a*) *Anecdota Græca*, in-4°.

ΕΠΙΤΑΦΙΑ.

EPITAPHIA.

Α'. *Εἰς Ναυκράτιον τὸν ἀδελφὸν τοῦ μεγάλου Βασιλείου.*

Ἰχθυβόλον ποτ' ἔλυε λίνον βυθίης ἀπὸ πέτρης
Ναυκράτιος, δίναις ἐν ποταμοῦ βρύχιος,
Καὶ τὸ μὲν οὐκ ἀνέλυσεν, ὁ δ' ἔσχετο. Πῶς ἁλιῆα
Εἴρυσεν ἀνθ' ἁλίης δίκτυον; Εἰπὲ, λόγε.
Ναυκράτιον, καθαροῖο βίου νόμον, ὥσπερ ἐΐσκω,
Καὶ χάριν ἑλκέμεναι καὶ μόρον ἐξ ὑδάτων.

Β'. *Ἄλλο.*

Ναυκράτιος στροφάλιγγι θάνε φθονεροῦ ποταμοῖο
A Δεσμοῖσιν βυθίης ἄρκυος ἐνσχόμενος,
Ὥς κε μάθῃς σὺ θνητὰ τὰ παίγνια τοῦδε βίοιο,
Ἔνθεν ἀνηέρθη πῶλος ὅδ' ἄκρα θέων.

Γ'. *Ἄλλο*

Ναυκράτιος πλεκτοῖο λίνου δεσμοῖσιν ἐλυσθεὶς
Δεσμῶν τοῦδε βίου ἐξ ἁλίης ἐλύθη.

Δ'. *Εἰς Θεσπέσιον γραμματικόν.*

Αἶ, αἶ, καὶ σὺ θάνες, φθονερὴ δέ σε μοῖρ' ἐκάλυψεν,
Θεσπέσιε· φθιμένου δ' ἄφθιτόν ἐστι κλέος.

1108 1109 I. *In Naucratium Magni Basilii fratrem* *.

Piscatorium rete dum profundo e scopulo solvere
Naucratius vellet, in aquarum vorticibus mersus,
Et rete non expediit, et ipse est captus. Quomodo
Pro piscatione piscatorem rete traxit? Dic, sermo.
Naucratius puræ vitæ norma, uti conjicio,
Tum beneficium, tum mortem ab aquis traxit.

II. *Aliud* **.

Naucratius obiit vortice invidi fluvii implicitus,
Et vinculis demersi retis captus,
Ut tu discas caducas esse delicias hujus vitæ,
Unde sublatus est pullus hic velox.

III. *Aliud* ***.

Naucratius torti lini vinculis involutus,
Dum piscium prædæ inhiat, e vinculis hujus vitæ abiit.

IV. *In Thespesium grammaticum* ****.

Heu, heu! et tu mortuus es: invidum fatum te tumulavit,
Thespesi; tibi autem mortuo perenne est decus.

* Scriptum an. 357. — Alias Murator. 127. ** Scriptum an. 357. — Alias Murator. 128. *** Scriptum an. 357. — Alias Murator. 129. **** Scriptum an. 368. — Alias Murator. 2.

I. Titul. *Εἰς Ναυκράτιον. Naucratius, juvenis eximius, tum ingenii, tum corporis dotibus præditus, vix annos viginti duos natus, vitam solitariam amplexus fuerat juxta fluvium Isim in Pontica provincia: illic senio confectis monachis victui necessaria suppeditabat. Quinque annis in hac solitudine peractis, cum retia piscibus posuisset, eaque latentibus implicata scopulis liberare vellet, in altum gurgitem delapsus ac mersus vivere desiit.*

1 *Ἔλυε.* Reg. ἔλυσε.
6 *Ἑλκέμεναι.* Reg. duo ἐλθέμεναι.
II. 4. *Πῶλος.* Reg. θνητός.
IV. Titul. *Εἰς Θεσπέσιον. Hieronymus scribit lib.* de Script. eccles. *quod Euzoius apud Thespesium rhetorem cum Gregorio Nazianzeno episcopo adolescens eruditus est.*
1 *Ἐκάλυψεν.* Cod. Med. ἐδάμασσε.

METRICA VERSIO.

I. IN NAUCRATIUM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Innexum a scopulo dum solvere rete profundo
Naucratius vellet, vertice mersus aquæ,
Non rete expediit captus. Dic quomodo, lingua,
Prædonem prædæ rete loco tulerit.
Naucratius vitæ, paret ut mihi, norma pudicæ,
Gratiam ab infidis cum nece traxit aquis.

II. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Naucratius periit, malefidi vortice rivi,
B Demersi et retis nexibus implicitus,
Ut tu fluxa scias præsentis gaudia vitæ,
Unde levis citius raptus abivit equus.

III. ALIUD.

(*Boivinio interprete.*)

Implicitum sub aquas, quem linea vincta trahebant,
Corporis abrupit vincula Naucratius.

IV. IN THESPESIUM GRAMMATICUM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Tu quoque mortuus es, teque invida fata tulere
Thespesium: in tumulo permanet usque decus.

Ἀρτιτόκοις ἐπέεσσι τόσος βρύξες· ἡ δ' ἐβόησε
  Ἀτθίς· Τίς ποτ' ἐμῆς δόξαν ἔχει σοφίης;

Ε'. Εἰς Προαιρέσιον σοφιστήν.

Μηκέτι, Κεκροπίη, μεγάλ' εὔχεο· οὐ θέμις ἐστὶν
  Ἠελίου τυτθὴν ἄντα φέρειν δαΐδα,
Οὐδὲ Προαιρεσίου ῥήτρῃ βροτὸν ἄλλον ἐρίζειν,
  Ὅς ποτε ἀρτιτόκοις κόσμον ἔσεισε λόγοις.
Βροντὴν Ἀτθὶς ἔνεικε νεόκτυπον· ἀλλὰ σοφιστῶν
  Πᾶν γένος ὑψιλόγων εἶκε Προαιρεσίῳ.
Εἶξε μέν· ἀλλά μιν ἔσχε μόρῳ φθόνος· οὐκέτ' Ἀθῆναι
  Κύδιμοι· ὦ νεότης, φεύγετε Κεκροπίην.

A

ς'. Εἰς Καισάριον.

Σχέτλιός ἐστιν ὁ τύμβος· ἔγωγε μὲν οὔποτ' ἐώλπειν
  Ὡς ῥα κατακρύψῃ τοὺς πυμάτους προτέρους.
Αὐτὰρ ὁ Καισάριον ἐρικυδέα υἱὸν, τοκήων
  Τῶν προτέρων πρότερον δέξατο. Ποία δίκη;
    Οὐκ ἔσθ' ὁ τύμβος αἴτιος· μὴ λοιδόρει·
    Φθόνου τόδ' ἐστὶν ἔργον. Πῶς δ' ἤνεγκεν ἂν
    Νέον γερόντων εἰσορᾷν σοφώτερον;

Ζ'. Ἄλλο.

Γρηγόριε, θνητῶν μὲν ὑπείροχον ἔλλαχες υἷα
  Κάλλεϊ καὶ σοφίῃ, καὶ βασιλῆϊ φίλον.

Nuper verbis tantus manabas: exclamavit autem
  Attica: Quis nunc meæ decus possidet sapientiæ?

V. *In Prohæresium sophistam* *.

Ne jam, Cecropia, magnum gloriare: nefas est
  Soli tantillam opponere facem,
Aut cum Prohæresii eloquentia mortalem alium contendere,
  Qui nuperis mundum concutiebat orationibus.
Tonitru Attica recens streperum tulit: sophistarum vero
  Universum genus magniloquorum cedebat Prohæresio.
Cessit quidem: sed illum vicit invidum fatum: non amplius Athenæ
  Illustres erunt; o juvenes, fugite Cecropiam.

1110-1111 VI. *In Cæsarium* **.

Injustus est hic tumulus: equidem nunquam putarem
  Ut natu posteriores conderentur primi.
Verum iste Cæsarium valde inclytum filium, parentibus
  Prioribus prius excepit. Qualis hæc justitia?
    Non est tumulus in causa; ne convicieris:
    Sed invidiæ facinus est. Quomodo vero ea sustinuisset
    Juvenem senibus cernere sapientiorem?

B

VII. *Aliud* ***.

Gregori, mortalium quidem præstantissimum sortitus es filium
  Forma et sapientia, et imperatori charum.

* Scriptum an. 368. — Alias Murator. 1. ** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 52. *** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 53.

V. Titul. *Εἰς Προαιρέσιον. Huic sophistæ Romani statuam erexere cum hac inscriptione:* Regina Roma Regi eloquentiæ, *ut scribit Eunapius in lib.* De Vitis philosophorum et sophistarum.

1 *Κεκροπίη.* Oppidum Athenas Cecrops a se appellavit *Cecropiam.* Non Atheniensis erat Prohæresius, sed Armenius. Athenas accitus fuerat, ut eloquentiam profiteretur. Exstat Juliani Apostatæ epistola ad hunc Prohæresium. Ibid. *εὔχεο.* Ambros. habet εὔχετο. Rectius cod. Medic. εὔχεο.

3 *Ἐρίζειν.* Reg. Medic. ὁρίζειν.

VI. Tit. *Εἰς Καισάριον.* Cæsarium fratrem dilectissimum Gregorius publica oratione non contentus laudasse, versibus etiam defuncti tumulum exornavit. In Reg. cod. hi versus unico carmine continentur, quod Muratorius in quindecim epigrammata partitus est. In primo Gregorius pater inducitur mœrens et incusans sepulcrum, cui sepulcrum respondet, et se excusat. Ad hæc verba, Εἰς Καισάριον, Reg. 992 addit τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐλεγεῖα.

1 *Ἐώλπειν.* Reg. 992 ἐώλπειν.

2 *Κατακρύψῃ.* Reg. 992 κατακρύψει.

3 *Καισάριον.* Reg. 992 Καισάριόν γ'.

METRICA VERSIO.

Manabas tantus verbis modo: at Attica dixit
  Terra: Meæ quis habet grande decus sophiæ?

V. IN PROHÆRESIUM SOPHISTAM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Cecropia, audaci tumeant ne pectora fastu:
  Si soli opponas lumina parva, nefas.
Bella Prohæresio conferre quis audeat ore,
  Qui mundum lingua concutiebat heri?
Terra novum fulmen tulit Attica: garrula cessit
  Cuncta sophistarum turba Prohæresio.
Cessit enim: at fatum vicit; jam nullus Athenis
  Restat honor: juvenes, linquite Cecropiam.

B

VI. IN CÆSARIUM.

(*Eodem interprete.*)

Hic lapis injustus. Quis talia credat? Eritne
  Posterior natu jam prior in tumulo?
Patrem ante et matrem, prius iste prioribus almum
  Cæsarium excepit. Qualia jura, precor?
    Non culpa busti; parce duris vocibus.
    Livoris hoc: quonam queat juvenem modo
    Videre senibus qui foret sapiens magis?

VII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Eximius tibi natus erat, pater inclyte: natus
  Corpore, mente valens, regis amore sui.

Κρείσσονα δ' οὐκ ἔτι πάμπαν ἀπηλεγέος θανάτοιο
Οὐ μὴν ᾠόμην. Ἀλλὰ τί φησι τάφος;
Τέτλαθι· Καισάριος μὲν ἀπέφθιτο· ἀλλὰ μέγιστον
Υἱέος εὖχος ἔχεις, υἱέος ἀντὶ φίλου.

Η'. Ἄλλο.

Ὥριοι ἐς τάφον ἦμεν, ὅτ' ἐνθάδε τοῦτον ἔθηκαν
Λᾶαν ἐφ' ἡμετέρῳ γήραϊ λαοτόμοι.
Ἀλλ' ἡμῖν μὲν ἔθηκαν· ἔχει δέ μιν οὐ κατὰ κόσμον
Καισάριος, τεκέων ἡμετέρων πύματος.
Ἔτλημεν πανάποτμα, τέκος, τέκος· ἀλλὰ τάχιστα
Δέξαι ἐς ἡμέτερον τύμβον ἐπειγομένους.

Θ'. Ἄλλο.

Τόνδε λίθον τοκέες μὲν ἑὸν τάφον ἐστήσαντο,
A Ἐλπόμενοι ζωῆς μοῖραν ἔχειν ὀλίγην.
Καισαρίῳ δ' υἱῆϊ πικρὴν χάριν οὐκ ἐθέλοντες
Δῶκαν, ἐπεὶ πρότερος τοῦδ' ἐλύθη βιότου.

Ι'. Ἄλλο.

Γῆρας ἐμὸν δήθυνεν ἐπὶ χθονί· ἀντὶ δὲ πατρὸς
Λᾶαν ἔχεις, τεκέων φίλτατε Καισάριε.
Τίς νόμος; οἵα δίκη; θνητῶν Ἄνα, πῶς τόδ' ἔνευσας;
Ὦ μακροῦ βιότου! ὦ ταχέος θανάτου!

ΙΑ'. Ἄλλο.

Οὐκ ἄγαμ', οὐκ ἄγαμαι δῶρον τόδε. Τύμβον ἐδέξω
Μοῦνον ἀφ' ἡμετέρων, Καισάριε, κτεάνων.
Γηραλέων τοκέων πικρὸν λίθον! Ὁ φθόνος οὕτως
Ἤθελεν. Ὦ ζωῆς πήμασι μακροτέρης!

At fortiorem crudeli morte
Nequaquam arbitrabar. Sed quid dicit sepulcrum?
Sustine: Cæsarius quidem interiit; sed maximam
Filii gloriam habes pro dilecto filio.

VIII. *Aliud* *.

Maturi sepulcro eramus, quando hic istum posuerunt
Lapidem nostræ senectuti lapicidæ.
Sed nobis quidem posuerunt; habet autem, non ut decebat,
Cæsarius filiorum nostrorum novissimus.
Toleravimus miserrima, fili, fili. Verum celerrime
Excipe nos in tumulum nostrum properantes.

IX. *Aliud* **.

Hunc quidem lapidem parentes sibi in sepulcrum constituerant,
Sperantes vitæ sortem se habituros brevem.
Cæsario autem filio amaram gratiam nolentes
Præstitere; siquidem prior hac solutus est vita.

X. *Aliud* ***.

Senectus mea diu mansit super terram: pro patre autem
Sepulcrum habes, filiorum charissime, Cæsari.
Quæ lex! qualis justitia! hominum Rex, quomodo hoc permisisti?
O diuturnam vitam! o celerem mortem!

1112-1113 XI. *Aliud* ****.

Non laudo, non laudo donum hoc. Tumulum accepisti
Unum e nostris, Cæsari, possessionibus.
O senum parentum tristem lapidem! Invidia sic
Voluit. O vitam propter calamitates diuturnam!

* Scriptum an. 369. — Alias Murator. 54. ** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 55. *** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 56. **** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 57.

VIII. Titul. Ἄλλο. Hic producitur querela parentis utriusque de eodem tumulo.
2 *Λᾶαν ἐφ' ἡμετέρῳ.* Vide tom. I, pag. 215, num. 24.
5 *Ἔτλημεν.* Cod. Ambros. ἔλπη μέν.
X. Tit. *Ἄλλο.* Datur hic iterum, ut in sequenti carmine, patris in filium defunctum planctus.
2 *Ἔχεις.* Cod. Medic. ἔχειν.

XI. 1 *Οὐκ ἄγαμ'.* Horum versuum hic sensus esse videtur: « O Cæsari, inquit Gregorius pater Cæsarii, tumulum hunc dono dedi, quam unam rem post mortem possidere debebam. Non probo, non laudo munus istud. Nobis eripuisti, quod spe nunc possidebamus. » Sustulimus proinde punctum, quod sequitur ἄγαμ'.

METRICA VERSIO.

Non tamen et fortem crudeli morte putabam
Esse magis. Mœstus, sed quid ait tumulus?
Pax tibi: Cæsarius periit, sed prolis amatæ,
Ecce tibi prolis gloria magna, loco.

VIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Hunc jam maturæ morti tumuloque senectæ
Artificis lapidem dextera condiderat.
Hic nobis positus: tenet hunc tamen, ordine verso,
Nostra, heu! progenies ultima, Cæsarius.
Aspera pertulimus, fili; mora nulla, sepulcro
Nos, fili, nostro suscipe præcipites.

IX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Hoc sibi condiderant marmor funebre parentes,
B Dum sortem sperant lucis habere brevem.
Cæsario munus sed triste dedere coacti;
Nam vitæ solvit vincula grata prior.

X. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Longius hic senium mansit, charissime cunctos
Nate super; tumulum pro genitore tenes.
Quæ lex! Quod jus! Sanxisti qui talia, Christe?
O stabilem vitam, præcipitemque necem!

XI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Non certe laudo. Voluisti munus habere
Tristem hunc, qui vere noster erat, tumulum.
O livoris opus! Bustum o funebre parentum!
Longævam o vitam propter amara nimis!

ΙΒ'. Ἄλλο.

Πᾶσαν, ὅση σοφίη λεπτῆς φρενὸς ἐν μερόπεσσι
   Ἀμφὶ γεωμετρίην, καὶ θέσιν οὐρανίων,
Καὶ λογικῆς τέχνης τὰ παλαίσματα, γραμματικήν τε,
   Ἠδ' ἰητορίην, ῥητορικῆς τε μένος,
Καισάριος πτερόεντι νόῳ μοῦνος καταμάρψας,
   Αἶ, αἶ, πᾶσιν ὁμῶς νῦν κόνις ἔστ' ὀλίγη.

ΙΓ'. Ἄλλο.

Πάντα κασιγνήτοισι τεοῖς λίπες, ἀντὶ δὲ πάντων
   Τύμβον ἔχεις ὀλίγον, κύδιμε Καισάριε.
Ἡ δὲ γεωμετρίη, καὶ ἀστέρες, ὧν θέσιν ἔγνως,
   Ἥ τ' ἰητορίη, οὐδὲν ἄκος θανάτου.

ΙΔ'. Ἄλλο.

Κάλλιμον ἐκ πάτρης σε, μεγακλέα, τηλεφανῆ τε
   Ἄκρα φέροντα πάσης, Καισάριε, σοφίης,
Πέμψαντες βασιλῆϊ τὸν ἔξοχον ἰητήρων,
   Φεῦ κόνιν ἐκ Βιθυνῶν δεξάμεθ' αὖ σε πέδου.

ΙΕ'. Ἄλλο.

Σεισμῶν μὲν κρυερῶν ἔφυγες στονόεσσαν ἀπειλὴν
   Ἡνίκα Νικαίης ἄστυ μίγη δαπέδῳ·
Νούσῳ δ' ἀργαλέῃ ζωὴν λίπες. Ὦ νεότητος
   Σώφρονος! ὦ σοφίης, κάλλιμε Καισάριε!

ΙϚ'. Ἄλλο.

Γρηγορίου Νόννης τε θεουδέος υἷα φέριστον,
   Τύμβος ὅδ', εὐγενέτην Καισάριον κατέχω,

XII. *Aliud* *.

Omnem, quæcunque est sapientia, subtilis mentis inter homines
   Circa geometriam, cœlestiumque positionem
Et logicæ artis concertationes, grammaticamque,
   Aut medicinam, rhetoricæque vim,
Cæsarius celeri mente cum solus comprehendisset,
   Eheu, eheu! æqua cum omnibus sorte nunc pulvis est exiguus.

XIII. *Aliud* **.

Omnia fratribus tuis reliquisti, et pro omnibus
   Sepulcrum habes exiguum, inclyte Cæsari.
Geometria vero, et astra, quorum positionem novisti,
   Et medicina, nullum remedium mortis.

XIV. *Aliud* ***.

Pulchrum e patria te inclytum, conspicuumque,
   Qui culmen attigeras totius sapientiæ, Cæsari,
Cum misissemus ad imperatorem, præstantissimum medicorum,
   Heu! cinerem e Bithyniæ solo te rursum recepimus.

XV. *Aliud* ****.

Motuum quidem horribilium effugisti funestas minas,
   Quando Nicææ urbs solo æquata fuit:
Morbo vero crudeli vitam reliquisti. O juventutem
   Prudentem! O sapientiam, optime Cæsari!

XVI. *Aliud* *****.

Gregorii Nonnæque piæ filium præstantissimum,
   Tumulus hic nobilem Cæsarium complector,

* Scriptum an. 369. — Alias Murator. 58. ** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 59. *** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 60. **** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 61. ***** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 62.

XIII. 1 *Τεοῖς*. Ambros., νέοις, male. Cæsario quippe senior erat Gregorius noster.

XIV. 1 *Τηλεφανῆ τε*. Ita Reg., Medic. Ambros. habet τῆλε θανόντα, *procul a patria mortuum*.

4 *Ἐκ Βιθυνῶν*. Ubi mortuus sit Cæsarius ex his constat.

XV. 2 *Νικαίης*. Is terræ motus contigit anno 368.

METRICA VERSIO.

XII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Mentibus humanis quidquid sapientius unquam
   De metris terræ sideribusque poli,
De strictis logices pugnis, aut arte medendi,
   Vel de grammatica rhetoricaque fuit,
Cæsarius celeri collegerat omnia mente:
   Sed nunc cum cunctis, heu! levior cinis est.

XIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Cuncta tuis moriens reliquisti fratribus; et nunc
   Pro cunctis parvum, chare, tenes tumulum.
Metiri terram, cognoscere sidera cœli,
   Curare et morbos, pharmaca nulla necis.

XIV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Te pulchrum a patria, celebri te nomine clarum,
   Qui cunctæ culmen contigeras sophiæ,
Te medicum præstantem missum ad principis aulam,
   Te Bithynus ager reddidit, heu! cinerem.

XV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Fugisti horribilis funesta pericula motus,
   Arces Nicææ cum jacuere solo.
Sed vitam dira liquisti febre: juventus
   O prudens! Frater, quanta tibi sophia!

XVI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Gregorii Nonnæque piæ, funebre sepulcrum,
   Complector claram Cæsarium sobolem.

Ἔξοχον ἐν λογίοισιν, ὑπείροχον ἐν βασιλῆος,
  Ἀστεροπὴν γαίης πείρασι λαμπομένην.

IZ'. Ἄλλο.

Καισαρίου φθιμένοιο, κατήφησαν βασιλῆος
  Αὐλαί· Καππαδόκαι δ' ἤμυσαν ἐξαπίνης·
Καὶ καλὸν εἴ τι λέλειπτο μετ' ἀνθρώποισιν, ὄλωλεν·
  Οἱ δὲ λόγοι σιγῆς ἀμφεβάλοντο νέφος.

IH'. Ἄλλο.

Εἴ τινα δένδρον ἔθηκε γόος, καὶ εἴ τινα πέτραν,
  Εἴ τις καὶ πηγὴ ῥεῦσεν ὀδυρομένη,
Πέτραι, καὶ ποταμοὶ, καὶ δένδρεα λυπρὰ πέλοισθε,
  Πάντες Καισαρίῳ γείτονες, ἠδὲ φίλοι.
A Καισάριος πάντεσσι τετιμένος, εὖχος ἀνάκτων,
  Αἶ, αἶ, τῶν ἀχέων! ἤλυθεν εἰς ἀΐδην.

IΘ'. Ἄλλο.

Χεὶρ τάδε Γρηγορίοιο. Κάσιν ποθέων τὸν ἄριστον,
  Κηρύσσω θνητοῖς τόνδε βίον στυγέειν.
Καισαρίῳ τίς κάλλος ὁμοίϊος; ἢ τίς ἁπάντων
  Τόσσος ἐὼν τόσσης εἷλε κλέος σοφίης;
Οὔτις ἐπιχθονίων. Ἀλλ' ἔπτατο ἐκ βιότοιο,
  Ὡς ῥόδον ἐξ ἀκανθῶν, ὡς δρόσος ἐκ πετάλων.

K'. Ἄλλο.

Γείτονες, εὐμενέοιτε καὶ ἐν κόλποισι δέχοισθε,
  Μάρτυρες, ὑμετέροις αἷμα τὸ Γρηγορίου,

1114-1115 Eximium in orationibus, eminentem in imperatoris aula,
  Et fulgur usque ad terræ fines splendens.

XVII. *Aliud* *.

Cæsario exstincto, dolore correpta est imperatoris
  Aula: Cappadoces vero cecidere animis illico;
Et pulchrum si quid residuum fuerat inter homines, periit;
  Sermones silentii nube involuti sunt.

XVIII. *Aliud* **.

Si quem luctus mutavit in arborem, si quem in lapidem,
  Et si quis fons fluxit lugens,
Lapides, et flumina, et arbores mœstæ fiatis,
  Omnes quicunque Cæsario vicini aut amici estis.
Cæsarius ab omnibus honoratus, imperatorum votum,
  Heu, heu, proh dolor! ivit ad inferos.

XIX. *Aliud* ***.

Manus hæc Gregorii. Fratrem desiderans optimum
  Prædico mortalibus, ut vitam hanc odio habeant.
Cæsario quis forma similis? aut quis ex omnibus hominibus
  Ea ætate, tantæ gloriam obtinuit sapientiæ?
Nemo terrestrium. Sed avolavit e vita,
  Ut rosa e spinis, aut ros ex arborum foliis.

XX. *Aliud* ****.

Vicini martyres, estote propitii, et sinu
  Excipite vestro prolem Gregorii,

* Scriptum an. 369. — Alias Murator. 63. ** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 64. *** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 65. **** Scriptum an. 369. — Alias Murator. 66.

XVI. 5 *Ἐν βασιλῆος*. Subaudi αὐλῇ. Sic infra carm. XLVII, Murat. x. Ibid., *λογίοισιν*. Reg., λογίοις καί.

XVIII. 6 *Εἰς ἀΐδην*. Parum digna Gregorio sententia.

XIX. 1 *Χεὶρ τάδε*. Supple *scripsit*. Ibid., *ποθέων*. Reg. 992 et cod. Paris., ποθέοντος ἄριστον, *desiderantis optimum*, quæ lectio si admittatur, delendum punctum post Γρηγορίοιο.

6 *Ἐξ ἀκανθῶν*. Cod. Ambr. ἐξ ἀνθέων, quasi significet Gregorius pulchritudinem rosæ, et brevitatem habuisse Cæsarium. Metrum deficere videtur.

XX. 1 *Γείτονες*. Martyres rogat ut benigne Cæsarium excipiant.

METRICA VERSIO.

Sermone eximium, splendentem in principis aula,
  Omnique igniferum fulgur in orbe micans.

XVII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Cæsario exstincto ploravit principis aula,
  Et cecidere statim Cappadoces animis;
Si quid erat mundo pulchri super, illico cessit,
  Verbaque funerea nube retecta silent.

XVIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Si quis flens marmor riguit, vel fronduit arbor,
  Si flentes traxit fons querulosus aquas,
Mœsta arbor fiat, lapidesque, et flumina, quisquis
  Cæsario junctus corde domove fuit.
B Principis, heu! votum, cunctis venerabilis, ivit
  Cæsarius tristem, proh dolor! in tumulum.

XIX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Dextra hæc Gregorii. Fratrem flens tristis amatum,
  Omnibus ingratæ prædico vitæ odium.
Cæsarium quis homo præstanti corpore vicit?
  Quis talis meruit tale decus sophiæ?
Nemo super terram. Procul a tellure volavit,
  Ut rosa de spinis, ros velut ex foliis.

XX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Martyrio insignes, vicina e sede faventes,
  Gregorii vestro germen habete sinu,

A

Γρηγορίου Νόννης τε μεγακλέος, εὐσεβίῃ τε
Καὶ τύμβοις ἱεροῖς εἰς ἓν ἀγειρομένους.

ΚΑ'. Ἄλλο.

Κλῦθι, Ἀλεξάνδρεια· Φιλάγριος ὤλεσε μορφὴν,
Τῆς λογικῆς ψυχῆς οὔτι χερειοτέρην.
Καισάριον δὲ νέον φθόνος ἥρπασεν· οὔποτε τοῖα
Πέμψεις εὐΐπποις ἄνθεα Καππαδόκαις.

ΚΒ'. Εἰς Γοργόνιον.

Γρηγορίου Νόννης τε φίλον τέκος ἐνθάδε κεῖται
Γοργόνιον, ζωῆς μύστις ἐπουρανίης.

ΚΓ'. Ἄλλο.

Οὐδὲν Γοργόνιον γαίῃ λίπεν, ὀστέα μοῦνα·
Πάντα δ' ἔθηκεν ἄνω, μάρτυρες ἀθλοφόροι.

ΚΔ'. Ἄλλο.

Κτῆσιν ἑὴν, σάρκας τε καὶ ὀστέα, πάντ' ἀναθεῖσα
Γοργόνιον Χριστῷ, μοῦνον ἀφῆκε πόσιν·
Οὐ μὴν οὐδὲ πόσιν δηρὸν χρόνον· ἀλλ' ἄρα καὶ τὸν
Ἥρπασεν ἐξαπίνης κύδιμον Ἀλύπιον.
Ὄλβιε ὀλβίστης ἀλόχου πόσι, τοῖς ῥα λοετροῖ
Λύματ' ἀπωσάμενοι, ζῆτε παλιγγενέες.

Gregorii et Nonnæ insignis, et pietate
Et sacris tumulis in unum collectos.

XXI. *Aliud* *.

Audi, Alexandria. Philagrius perdidit formam corporis,
Anima ratione prædita non deteriorem.
Cæsarium autem juvenem invidia rapuit; nunquam tales
Mittes equestribus flores Cappadocibus.

1116-1117

XXII. *In Gorgonium* **.

Gregorii et Nonnæ chara filia hic jacet
Gorgonium, cœlestis sacerdos vitæ.

XXIII. *Aliud* ***.

Gorgonium nihil terræ reliquit præter ossa:
Omnia vero in cœlo collocavit, o martyres victores!

XXIV. *Aliud* ****.

Possessionem suam, carnem et ossa, omnia cum obtulisset
Gorgonium Christo, solum reliquerat sponsum:
Verumtamen neque diu sponsum; sed profecto et ipsum
Rapuit ex improviso illustrem Alypium.
Beatissimæ conjugis marite, in lavacro
Sordibus abjectis, vivite renati.

* Scriptum an. 369. — Alias Murator. 67. ** Scriptum an. 370. — Alias Murator. 68. *** Scriptum an. 370.—Alias Murator. 69. **** Scriptum an. 370. — Alias Murator. 70.

4 Ἀγειρομένους. Placeret Muratorio legere ἀγειρόμενοι, *collecti*, quæ vox ad martyres et Cæsarium simul collectos referretur.

XXI. 1 Φιλάγριος. Philagrius Cæsarii amicus cum ipso Alexandriæ disciplinarum studio operam dederat.

4 Εὐΐπποις. *Cappadocia*, inquit Julius Solinus Polyhist. cap. 45, *ante alias terras altrix equorum*. Hi quatuor versus desunt in cod. Reg. Leguntur autem in Ambrosiano, eosque repetit Muratorius, ubi de carminibus in Philagrium.

XXII. 2 Γοργόνιον. Gorgonium perinde est ac Gorgonia. Sic Eustochium, Glycerium, etc. Cæsarii mortem non longo secuta est intervallo mors Gorgoniæ ejus sororis, quippe mortua jam erat, cum Gregorius carmen I juxta Billium, nunc XI, lib. II, sect. 1, condidit. Vide vers. 229. A Græcis et Latinis die nona Decembris colitur.

XXIV. 4 Ἀλύπιον. Ex hoc epitaphio Alypium, non Vitalianum, ut Baronius putavit, maritum Gorgonii fuisse intelligimus. Illud etiam constat ex epist. Gregorii nunc 86, olim 150, in qua Alypium una cum sorore sua invitat. Vide supra, pag. 75.

METRICA VERSIO.

Gregorii et Nonnæ dulci pietate celebris,
Quos simul, heu! tristis colligit hic tumulus.

XXI. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Urbs audi celebris, cœli quæ dives ad auras
Surgis Alexandri nomine clara nitens:
Perdidit, heu! corpus formamque Philagrius, almis
Non mentis sanæ dotibus absimilem.
Cæsarium juvenem rapuit sed livor: equestri
Cappadocone feres talia serta solo?

XXII. IN GORGONIUM.

(*Eodem interprete.*)

Gregorii et Nonnæ jacet hic charissima proles
Gorgonium, vitæ mysta beata piæ.

B

XXIII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Nil nisi sola, pii victores, ossa reliquit
Gorgonium terræ; cætera missa polo.

XXIV. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Cuncta suo dederat, carnem simul ossaque, Christo
Gorgonium; solum liquerat ægra virum.
Tempore nec multo liquit, sed mortua charum
Funere præcipiti sustulit Alypium.
Conjugis almæ piæ conjux, jam sorde fugata,
Sacratis nati vivite rursus aquis.

KE'. *Εἰς Λιβίαν.*

Εἷς δόμος, ἀλλ' ὑπένερθε τάφος, καθύπερθε δὲ σηκός·
  Τύμβος δειμαμένοις, σηκὸς ἀεθλοφόροις.
Καί ῥ' οἱ μὲν γλυκερὴν ἤδη κόνιν ἀμφιβάλοντο,
  Ὡς σὺ, μάκαιρα δάμαρ Ἀμφιλόχου, Λιβίη,
Κάλλιμέ θ' υἱήων, Εὐφήμιε· τοὺς δ' ὑπόδεχθε,
  Μάρτυρες ἀτρεκίης, τοὺς ἔτι λειπομένους.

ΚϚ'. *Ἄλλο.*

Ὤφελες, ὦ Λιβία, ζώειν τεκέεσσι φίλοισιν,
  Ὤφελες ἄχρι πύλαις γήραος ἐμπελάσαι!
Νῦν δέ σε μοῖρ' ἐδάμασσεν ἀώριον εἰσέτι καλὴν,
  Εἰσέτι κουριδίοις ἄνθεσι λαμπομένην.
Αἲ, αἴ! Ἀμφίλοχος δὲ τεὸς πόσις ἀντὶ δάμαρτος
  Ἐσθλῆς καὶ πινυτῆς, τλήμονα τύμβον ἔχει.

ΚΖ'. *Ἄλλο.*

Αἲ, αἴ! καὶ Λιβίαν κατέχει κόνις! Οὔποτ' ἔγωγε
  Ὠϊσάμην θνητὴν ἔμμεναι, εἰσορόων
Εἶδος, μειλιχίην τε σαοφροσύνην τε γυναικὸς,
  Τοῖς φῦλον πασέων καίνυτο θηλυτέρων.
Τοὔνεκα καὶ τοίῳ σε τάφῳ κύδηνε θανοῦσαν
  Σῶν τε τριὰς τεκέων, καὶ πόσις Ἀμφίλοχος.

ΚΗ'. *Εἰς Εὐφήμιον.*

Ἦν δυὰς, ἦν ἱερὴ, ψυχὴ μία, σώματα δισσὰ,
  Πάντα κασιγνήτω, αἷμα, κλέος, σοφίην,

XXV. *In Liviam* *.

Una domus, sed inferiori parte sepulcrum, superiori templum:
  Tumulus iis qui ædificaverunt, templum martyribus.
Et illi quidem dulci jam pulvere sunt contecti,
  Ut tu, beata Amphilochii uxor Livia,
Et tu, pulcherrime filiorum, Euphemi; vos autem suscipite,
  Veritatis testes, eos qui adhuc supersunt.

XXVI. *Aliud* **.

Utinam viveres, o Livia, dilectis natis,
  Utinam usque ad portas senectutis pervenisses!
Nunc vero te mors rapuit immaturam, adhuc formosam,
  Adhuc juvenili flore coruscam.
Heu! heu! Amphilochius vero, tuus conjux, pro uxore
  Egregia et prudenti infelix sepulcrum habet.

1118-1119 XXVII. *Aliud* ***.

Heu! heu! et Liviam detinet pulvis! Nunquam ego
  Credidi mortalem esse, inspiciens
Formam, et mansuetudinem, et sapientiam mulieris,
  Quibus omnium genus superabat feminarum.
Quapropter et tali te sepulcro illustravit mortuam
  Et tuorum trias filiorum, et maritus Amphilochius.

XXVIII. *In Euphemium* ****.

Erat binarius, erat sacer, anima una, gemina corpora,
  In omnibus fratres, sanguine, gloria, sapientia,

* Scriptum an. 370. — Alias Murator. 17. ** Scriptum an. 370. — Alias Murator. 18. *** Scriptum an. 370. — Alias Murator. 19. **** Scriptum an. 370. — Alias Murator. 20.

XXV. 2 *Τύμβος*. Videtur ille tumulus ab Amphilochio et Livia ejus uxore constructus fuisse.

4 *Λιβίη*. Corpus Liviæ in aliqua martyrum basilica tumulo mandatum erat. Familiare siquidem erat primis Christianis, ut doctissimus Muratorius Anect. tom. I, dissertatione septima decima ostendit, mortuorum cadavera sacris inferre templis, et prope martyrum tumulos eorum ossa componere, ibique quotannis saltem pro defunctis, quorum eo in loco condita erant ossa, sacrificium offerri solebat: cujus rei in oratione Gregorii *De obitu Cæsarii* præclarum est testimonium; quod vide, si placet, tom. I, pag. 215.

5 *Τοὺς δ' ὑπόδεχθε*. Commendat martyribus eos ex eadem familia, qui adhuc supererant.

XXVIII. Tit. *Εἰς Εὐφήμιον*. Is erat Liviæ, de qua supra, et Amphilochii, de quo postea, filius; Amphilochii vero alterius frater fuit Euphemius, cujus mortem his versibus prosequitur Gregorius. Mortuo Euphemio, quem Amphilochius amabat unice, dimidium Amphilochii supervixisse ait Gregorius, quippe utriusque erat anima una. Vide epistolas Gregorii olim 114 et 149, nunc vero 230 et 83.

METRICA VERSIO.

XXV. IN LIVIAM.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Una domus, bustum subter, sacrumque superne,
  Bustum his, qui faciunt, martyribusque sacrum.
Illi autem dulci recubant jam pulvere tecti,
  Ut pia tu conjux Amphilochi Livia,
Euphemique puer pulcherrime: quique supersunt,
  O veri testes, mox gremio accipite.

XXVI. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

O Livia, o utinam charis charissima natis
  Vixisses, senii limina sera tenens!
Sed te mors citius rapuit, cum vita decore
  Atque juventutis flore nitebat adhuc.
B Heu! miser Amphilochus conjux, uxoris amatæ
  Prudentisque loco flebile marmor habet.

XXVII. ALIUD.
(*Eodem interprete.*)

Heu! pulvis Liviam funebris detinet: illa
  Non oculis unquam femina visa meis.
Juncta etenim formæ bonitas, sophiaque virili
  Femineum vicit fortior omne genus.
Hinc te defunctam tali ornavere sepulcro
  Natorumque trias, sponsus et Amphilochus.

XXVIII. IN EUPHEMIUM.
(*Eodem interprete.*)

Par sacrum et binum, duplici mens corpore sola,
  Germani sophia, sanguine, laude simul,

Υἱέες Ἀμφιλόχου Εὐφήμιος Ἀμφίλοχός τε,
Πᾶσιν Καππαδόκαις ἀστέρες ἐκφανέες.
Δεινὸν δ' ἀμφοτέρους φθόνος ἔδρακε, τὸν μὲν ἄμερσε
Ζωῆς, τὸν δ' ἔλιπεν ἥμισυν Ἀμφιλόχου.

ΚΘ'. Ἄλλο.

Ῥήτωρ ἐν ῥητῆρσιν, ἀοιδοπόλος τ' ἐν ἀοιδοῖς,
Κῦδος ἑῆς πάτρης, κῦδος ἑῶν τοκέων,
Ἄρτι γενειάσκων Εὐφήμιος, ἄρτι δ' ἔρωτας
Ἐς θαλάμους καλέων, ὤλετο· φεῦ παθέων!
Ἀντὶ δὲ παρθενικῆς τύμβον λάχεν, ἐς δ' ὑμεναίων
Ἤματα νυμφιδίων ἦμαρ ἐπῆλθε γόων.

Λ'. Ἄλλο.

Εἰκοσετὴς πᾶσαν Εὐφήμιος, ὡς μίαν οὔτις,
A Ἑλλάδα, κ' Αὐσονίην μοῦσαν ἐφιπτάμενος,
Στράπτων ἀγλαΐῃ τε καὶ ἤθεσιν, ἦλθ' ὑπὸ γαίην.
Αἴ, αἴ! τῶν ἀγαθῶν ὡς φθόνος ὠκύτερος!

ΛΑ'. Ἄλλο.

Χρυσείης γενεῆς Εὐφήμιος ἦν ἔτι τυτθὸν
Λείψανον, εὐγενέτης ἤθεα καὶ πραπίδας,
Μείλιχος, ἡδυεπὴς εἶδος Χαρίτεσσιν ὅμοιος.
Τοὔνεκα καὶ θνητοῖς οὐκ ἐπιδὴν ἐμίγη.

ΛΒ'. Ἄλλο.

Στράψε μέγ' ἀνθρώποις Εὐφήμιος, ἀλλ' ἐπὶ τυτθόν·
Καὶ γὰρ ἀστεροπῆς οὐ μακρόν ἐστι σέλας·
Στράψεν ὁμοῦ σοφίῃ τε καὶ εἴδεϊ, καὶ πραπίδεσσι,
Τὰ πρὶν Καππαδόκαις ἦν κλέα, νῦν δὲ γόος.

Filii Amphilochii Euphemius, et Amphilochius,
Omnibus Cappadocibus lumina splendida.
Crudeliter autem utrumque invidia aspexit, et hunc quidem privavit
Vita, illum vero reliquit dimidium Amphilochii.

XXIX. *Aliud* *.

Rhetor inter rhetores, et cantor inter cantores,
Decus suæ patriæ, suorum gloria parentum,
Nuper pubescens Euphemius, nuperque amores
Ad thalamos invitans, periit: proh dolor!
Pro virgine vero sepulcrum sortitus est, et in hymenæorum
Diebus sponsalium dies supervenit luctus.

XXX. *Aliud* **.

Viginti annos natus totam Euphemius, ut unam nemo,
Græcam et Latinam Musam pervolans,
Coruscans et gratia, et moribus, humo traditus est.
Heu! heu! quam bonis invidia velocior est!

XXXI. *Aliud* ***.

Aureæ ætatis Euphemius erat adhuc exiguæ
Reliquiæ, nobilis moribus et consiliis,
Mansuetus, suaviloquus, forma, Gratiis similis.
Idcirco cum mortalibus non diu versatus est.

1120-1121 XXXII. *Aliud* ****.

Fulsit valde inter homines Euphemius, sed tempore exiguo:
Etenim fulguris non diuturnum est lumen.
Fulsit simul sapientia, forma, et consiliis,
Quæ prius Cappadocibus erant gloriæ, nunc luctus causa.

* Scriptum an. 370. — Alias Murator. 21. ** Scriptum an. 370. — Alias Murator. 22. *** Scriptum an. 370. — Alias Murator. 23. **** Scriptum an. 370. — Alias Murator. 24.

XXIX. 5 *Ἐς δ' ὑμεναίων.* Quo tempore Euphemius filiam Theodori, ad quem scripta est Gregorii epist. olim 114, nunc vero 230, uxorem ducere parabat, morte correptus fuit annos viginti natus. Edit. ἡδ'.

XXX. 4 *Φθόνος ὠκύτερος.* Muratorius vertit: *Quam subita est bonorum invidia*; nos autem: *Bonis velocior est invidia*, quippe quæ bonorum consilia et prosperos successus præripit.

METRICA VERSIO.

Amphilochi soboles, Euphemius, Amphilochusque,
Splendida qui cunctis lumina Cappadocis.
Dirus utrumque tamen conspexit livor, et istum
Stravit, dimidium liquit at Amphilochum.

XXIX. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Rhetores verbis, cantores carmine vincens,
Laus patriæ, stirpis gloria magna suæ,
Cum, nuper florens, Euphemius almus amores
Advocat ad thalamos, proh dolor! interiit.
Heu! male funereum reperit pro virgine bustum;
Sponsalem excepit lux inamœna diem.

XXX. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Pervolitans, natus viginti Euphemius annis,
B Quam Latium Musam Græcaque terra tulit,
Moribus et forma splendens descendit in orcum.
Quam gratis currit promptior invidia!

XXXI. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Tempora adhuc referens Euphemius aurea, parvæ
Relliquiæ, vita consiliisque gravis,
Mitis, suaviloquus, forma gratissimus; unde
Illi homines inter non mora longa fuit.

XXXII. ALIUD.

(*Eodem interprete.*)

Effulsit multum, at paucis Euphemius annis:
Ignea namque brevi fulgura luce micant.
Consiliis fulsit, forma, sophiaque superna:
Cappadocis olim hæc gloria, nuncque dolor.

ΛΓ'. Ἄλλο.

Τίς, τίνος; Ἀμφιλόχου Εὐφήμιος ἐνθάδε κεῖται,
Οὗτος ὁ Καππαδόκαις πᾶσι διὰ στόματος·
Οὗτος, ὃν αἱ Χάριτες Μούσαις δόσαν· οἱ δ' Ὑμέναιοι
Ἀμφὶ θύρας· ἦλθεν δ' ὁ φθόνος ὠκύτερος.

ΛΔ'. Ἄλλο.

Ἔρνος ἀμώμητον, Μουσῶν τέκος, εἶαρ ἑταίρων
Καὶ χρύσεον Χαρίτων πλεῖγμα ἰοστεφάνων,
Ὤχετο ἐκ μερόπων Εὐφήμιος, οὐδέ τ' ἀνέσχεν
Αἶ, αἶ, τοῖς θαλάμοις πυρσὸν, ὃν ἧψεν ἔρως.

ΛΕ'. Ἄλλο.

Αἱ Χάριτες Μούσῃσι· « Τί ῥέξομεν; οὐκέτ' ἄγαλμα
Χειρῶν ἡμετέρων Εὐφήμιος ἐν μερόπεσσι. »
Χ' αἱ Μοῦσαι Χαρίτεσσιν· « Ἐπεὶ φθόνος ἐστὶν ἀλιτρὸς,
Τόσσον ἔχοι· ἡμῖν δὲ τόδ' ὅρκιον ἔμπεδον ἔστω,
Μηκέτ' ἀναστῆσαι τοῖον μερόπεσσιν ἄγαλμα. »

ΛϚ'. Ἄλλο.

Κρῆναι, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἄλσεα, καὶ παλαγεῦντες
Ὄρνιθες λιγυροὶ καλὸν ἐπ' ἀκρεμόνων,
Αὖραί τε μαλακὸν συρίγμασι κῶμα φέρουσαι,
Καὶ κῆποι Χαρίτων εἰς ἓν ἀγειρομένων,
Κλαύσατε. Ὦ χαρίεσσ' Εὐφημίας! ὥς σε θανών περ
Εὐφήμιος κλεινὴν θῆκατ' ἐπωνυμίην.

XXXIII. *Aliud* *.

Quis, cujus? Amphilochii Euphemius hic jacet,
Ille qui Cappadocibus omnibus per ora;
Is ipse, quem Gratiæ Musis dederunt; hymenæi vero
Pro foribus : venit autem invidia celerior.

XXXIV. *Aliud* **.

Germen irreprehensibile, Musarum proles, ver sodalium,
Et aureus Gratiarum violis coronatarum nexus,
Abiit e vivis Euphemius, neque extulit
Heu! heu! thalamis facem, quam amor accenderat.

XXXV. *Aliud* ***.

Gratiæ Musis : « Quid faciemus? non jam simulacrum
Manuum nostrarum Euphemius inter homines. »
Et Musæ Gratiis : « Quoniam fatum est crudele,
Hoc tantum habeat : nobis vero firmum hoc sit jusjurandum,
Nunquam excitare talem hominibus imaginem. »

XXXVI. *Aliud* ****.

Fontes et fluvii, et nemora, et sonori
Volucres, suaviter canentes in ramis,
Et auræ placidum susurris soporem ferentes,
Et horti Gratiarum in unum congregatarum,
Lugete. O venusta Euphemias! nam te moriens
Euphemius inclytam reddidit cognominem.

* Scriptum an. 370. — Alias Murator. 25. ** Scriptum an. 370. — Alias Murator. 26. *** Scriptum an. 370. — Alias Murator. 27. **** Scriptum an. 371. — Alias Murator. 28.

XXXIV. 2 *Πλεῖγμα ἰοστεφάνων.* Ita cod. Ambr. In Medic. legitur πλεῖγμα ἰοστεφέων. — Lege πλέγμα. Salvin.

3 *Οὐδέ τ' ἀνέσχεν.* Cod. Medic. οὐδέ τ' ἀνίσχεν, αἶ, αἶ, τοῖς θαλάμοις πυρσός, *neque illuxit thalamis fax.*

XXXV. 3 *Φθόνος. Invidia,* vel *fatum invidum.* Vox illa plus æquo familiaris Gregorio. Nimirum a Gentilibus manavit illa vox, quam usurpare solebant, invidiæ deorum et invido fato omnia sua infortunia tribuentes. Fateri cogimur virum sanctum, quamvis probe senserit, minus probas aliquando adhibuisse locutiones. — Judicium istud paulo durius libenter dixerim. Caillau.

XXXVI. 1 *Παλαγεῦντες.* An legendum παταγεῦντες? Edit. Patrol.

5 *Εὐφημίας.* Sic appellat terram in qua mortuus erat Euphemius. — Hic licentia usus, et coactus necessitate, Gregorius vocis Εὐφημίας quantitatem immutavit, longamque syllabam brevem reddere non est veritus; quod quidem eadem necessitate compulsi et nos imitari præsumpsimus. Caillau.

METRICA VERSIO.

XXXIII. ALIUD.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Quis, cujus? Proles jacet hac Euphemius urna
Amphilochi, cunctis gloria Cappadocis.
Turba dedit Charitum hunc Musis : jam tæda jugalis
Age vero de auctore hujus operis Cosma paulo accuratius dicendum videtur. Nam duos eodem sæculo octavo fuisse, litterarum gloria fulgentes, tradit diserte in Vita S. Joannis Damasceni *Joannes biographus apud Lequinium t. I, p.* v *seqq. Narrat enim biographus, Cosmam monachum, ex Italia oriundum, omni sacra et profana disciplina exquisitissime excultum, a Saracenis Damasci dominis in cursu piratico fuisse captum; qui cum a barbaris occidendus Damasci foret, intervenit S. Joannis Damasceni parens, qui, summa Cosmæ doctrina cognita, impetravit eum a principe Saracenorum, deductumque domum erudiendis præfecit Joanni filio, nec non juniori cuidam Cosmæ, Hierosolymis nato, sed tunc parentibus orbo, quem sibi veluti filium adoptaverat. Pergit autem narrare biographus, quod uterque puer, tam Joannes scilicet quam hic Cosmas Hierosolymita, sub senioris Cosmæ magisterio mire profecerint in grammaticæ, dialecticæ, rhetoricæ, ethicæ, aliarumque disciplinarum studiis; sed tamen in scientia harmonica eos præcipue excelluisse, id demum ex ipsorum canticis, ab iis qui poetices periti sunt, comperiri.*

En itaque duos Cosmas, seniorem quidem Italum præceptorem, juniorem autem discipulum Hierosolymis ortum, cujus postremi laus multo præcipua, poesis musica fuit. Porro cum Vaticani operis auctor bis se dicat Hierosolymitanum, in fronte scilicet et in calce codicis, patet omnino hunc esse juniorem illum, S. Joannis Damasceni adoptivum fratrem contubernalem et condiscipulum, eumdemque auctorem canticorum illorum, quæ Latine partim in Bibliotheca Patrum *exstant, Græce vero in codicibus haud raro occurrunt. Suidas autem apprime consonat, qui voc.* Ἰωάν. Δαμασκ. *ait, Cosmam Hierosolymitanum æqualem fuisse Joannis Damasceni (imo vero cum eo adolevisse,* συνήκμαζε*), melodum suavissimum, cujus nempe ac Joannis cantica nemo ullo tempore exæquaturus sit:* Συνήκμαζε δ' αὐτῷ (Ἰωάννῃ) καὶ Κοσμᾶς ἐξ Ἱεροσολύμων, ἀνὴρ εὐφυέστατος, καὶ πνέων μουσικὴν ὅλως τὴν ἐναρμόνιον· οἱ γοῦν ἀσματικοὶ κανόνες Ἰωάννου τε καὶ Κοσμᾶ σύγκρισιν οὐκ ἐδέξαντο οὐδὲ δέξαιντο, μέχρις ἂν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος περαιωθήσεται. *Denique idem Joannis Damasceni biographus p.* xx, *Cosmam pari cum laude rursus commemorat, et Maiumæ urbis factum dicit episcopum, Petri martyris successorem, quod circa annum Christi 743 contigisse scimus. Itaque constat de junioris Cosmæ, quem nunc divulgamus, ætate patria, disciplina ac denique dignitate, ne quis eum cum doctis aliis incaute Cosmis confundat.*

Quanquam vero Vaticanum opus neque a Suida commemoratur, neque ab iis qui de Nazianzeni interpretibus verba fecerunt, titulus tamen et clausula dubitare nos nullo modo sinunt. Jam in proœmio ipse Cosmas ait se triplicem operis partem moliri; primam de sacris profanisque historiis; alteram de physicis apud Nazianzeni poemata rebus. Denique tertia grammaticalibus observationibus et didascaliis constabat, atque in his modos quoque poeseos septuaginta duos, rhetoricæ autem quatuor supra septuaginta exponebat. Verumtamen tertia hæc pars operis in codice desideratur, sive ea reapse composita fuit, sive secus; nam codex certe Vaticanus secunda parte, quæ de rebus physicis est, concluditur.

Cosmæ commentarius eruditis, ut puto, jucundus accidet. Namque in primis hi qui Maurinam Nazianzeni editionem continuabunt, id est alterum tomum edent, in quo beati Patris carmina exspectantur, hunc ut auguror commentarium Cosmæ subtexent. Quid quod Cosmas nova aliquot Nazianzeni fragmenta exhibet? Ordo tamen carminum, ut est apud Cosmam, mirum quantum ab editis differt! Mihi certe permolestum fuit Nazianzeni locos sus deque perturbatissimos, in editionibus vestigare, sedemque eorum ob commoditatem lectoris demonstrare. Ne quid hic dicam de lectionibus variis, quas multas occurrere necesse est. Jam de sua Nazianzeni recensione loquitur ipse Cosmas in proœmio, p. III. *Titulum quoque modo illum ponit, quem codex præ se fert, modo hunc:* Αὕτη ἡ βίβλος ἱστοριῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, *Μαργαρίτης* δὲ ὄνομα ταύτῃ. *Codex vero Cosmæ, ob raritatem pretiosus, ex testamento Antonii Caraffæ cardinalis bibliothecarii Vaticanis pluteis accessit, in membrana scriptus sæculo, ut reor, duodecimo, mendis tamen plurimis adeo inquinatus, ut carminum certe fragmenta sine editionum subsidio vix sanari potuissent. Exciderunt autem, vetustatis culpa, quaternio unus cum aliquot duernionibus, ut suis locis accurate adnotavi. Sed enim commode accidit, ut ex adnexo codicis indice cognoscere saltem liceat, quænam vel quot operis capitula desint, quanquam et ipse index fine truncatus est.*

ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΚΑΙ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΩΝ ΕΜΝΗΣΘΗ ΙΣΤΟΡΙΩΝ

Ο ΘΕΙΟΣ ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ

ΕΝ ΤΟΙΣ ΕΜΜΕΤΡΩΣ ΑΥΤΩ ΕΙΡΗΜΕΝΟΙΣ ΕΚ ΤΕ ΤΗΣ ΘΕΟΠΝΕΥΣΤΟΥ ΓΡΑΦΗΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΞΩΘΕΝ ΠΟΙΗΤΩΝ ΚΑΙ ΣΥΓΓΡΑΦΕΩΝ.

ΚΟΣΜΑ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ

ΠΟΝΗΜΑ ΦΙΛΟΓΡΗΓΟΡΙΟΥ.

—

COLLECTIO ET INTERPRETATIO HISTORIARUM QUARUM MEMINIT

DIVUS GREGORIUS

In carminibus suis tum ex S. Scriptura tum ex profanis poetis atque scriptoribus.

OPUS

COSMÆ HIEROSOLYMITANI COGNOMENTO PHILOGREGORII.

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τοὺς βυθίους διφήτορας τῶν θαλαττίων μυχῶν, τοὺς κευθμῶνας διφωμένους, οὐδαμῶς ἀνακωχοῦσι τῆς προθυμίας οἱ παρεπόμενοι κίνδυνοι, τῶν ἐν ἐλπίσι κειμένων ἐπιτυχιῶν, δευτέρας τιθεμένους τὰς ἀτυχίας, καὶ τὸ ἔκ τινος χαλεπῆς συγκυρίας ἐπισυμβαῖνον, κουφότερον ἅπαν εἶναι νενομικότας· ἀμέλει τὸν πολύτιμον ἔσθ' ὅτε μαργαρίτην ἀνιμώμενοι, καὶ τοῖς ἐπιγείοις βασιλεῦσιν ὄλβον προσκομίζοντες τὸν τριπόθητον, ταύτῃ μείζοσιν εὐδοξίαις ἀντιτιμῶνται· πολλάκις μὲν οὖν καὶ τῶν εὐτελεστέρων ἕνεκεν, ὅμως τῆς αὐτῆς ἔχονται προθυμίας, οὐδὲ πρὶν ἢ τῶν ποθουμένων κατατύχοιεν ἀπολήγουσιν· ἐγὼ δὲ τῆς μὲν ἐκείνων εὐψυχίας οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν ἐμαυτόν ἢ πλέον ἀντιμετρήσας, εἴτ' οὖν καταδεέστερον, ἀφεὶς λέγειν τὴν ἴσην ἐκείνοις ἐκ μεγαλοψυχίας ἑλοίμην εὐδοξίαν· ἄρτι δέ μοι τοῦ Ἰωνίου πυθμένος, εἴ τίς ἐστι, τοῦ πληρώματος δὲ μᾶλλον εἰπεῖν οἰκειότερον τοῦ οὐρανίου, φημὶ δὲ τῶν Γρηγορίου λόγων τὸν πολύτιμον μαργαρίτην ἀρυομένῳ, καὶ τῶν ἐνδομύχων θησαυρῶν τὸν ἐγκόλπιον πλοῦτον παραγυμνοῦντι ἐπιστὰς, μή μέ τις οἰήσηται τούτων χάριν οὐκ ἀγεννῶς βεβουλεῦσθαι, ἀλλὰ καὶ μάλα γε μὴν νεανικῶς, ὅτι καὶ λίαν ὀρθῶς φιλοδικήσας· εἰ γὰρ δή που τοῦ τῆς εὐφροσύνης κεράσματος κόνδυ χρυσοῦν ὁ Λόγος προὔθηκε τὸν Γρηγόριον, καὶ μυρίπνοον ἄγγος τὸ Πνεῦμα τοῦτον κατεσκεύασε τὸ πανάγιον, ἥ τε χάρις ἑπτάκαυλον ἔθηκε πάντοθεν σελασφορούμενον λαμπάδιον καὶ πυρσούμενον, οὐ μικρὸν εἰς εὐδοξίαν τὸν ὁπωσοῦν εὐφροσύνης κρατῆρα μηδαμῶς χρηματίσαντα· τὸ γοῦν κιρνᾷν τοῦ κρατῆρος τὴν εὐφροσύνην, οὐδ' ἂν, οἶμαι, τὶς ἀποφαυλίσοιτο, μύρον μὲν οὐχ ὑπάρχοντα, τῷ μυριπνόῳ δὲ παρεπόμενον· οὐχ ἧττον γὰρ τῆς εὐωδίας ἀντιλήψεται, τὸ Σολομώντειον εὖ εἰδὼς, *Ὀπίσω σου*, φάσκον, *εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμοῦμαι*· καὶ μέντοι τῷ λαμπαδίῳ τὸν προσψαύοντα

Eos qui profundos maris recessus perquirunt ac latebras explorant, nequaquam a proposito deterrent imminentia pericula, utpote qui prospero, quem sperant, successui casus adversos et quidquid minus fauste acciderit postponere omniaque ad felicem exitum satis facile perductum iri persuadere sibi soleant, scilicet usquedum, pretioso potiti margarito, thesaurum desideratissimum terræ regibus obtulerint atque inde majorem nacti sint gloriam: imo haud raro, vel leviorum rerum causa, eodem studio tenentur nec prius quam rei desideratæ compotes sint facti, labori finem imponunt. Ego autem, ubi cum illorum audacia me comparo atque magis minusve fortem me sentio, tacendo fortasse eamdem quam isti ex magnanimitate sibi pepererunt gloriam consequi posse videbor: attamen cum nunc Ionici, si quis est, abyssi, aut potius, uti dicere fas est, cœlestis plenitudinis, hoc est Gregorii sermonum pretiosum margaritum exhaurire et reconditas thesaurorum interiorum divitias in lucem proferre aggredior, ne quis me illorum lepores contra quam decet, quamvis juvenili more, investigasse existimet, siquidem recte judicare maxime mihi in propositis fuit. Nam si verbum proposuit Gregorium lætitiæ propinandæ aureum receptaculum, et Spiritus sanctus eum fecit vas odoriferum, et gratia [Dei Patris] eum constituit lampadem septem ramis instructam, undique lucentem et radientem, eum, inquam, qui, cum magna sua laude, qualiscunque lætitiæ poculum haurire noluit: nemo, opinor, contemnet eum, qui poculi lætitiam miscuerit, siquidem, quamvis non sit verum unguentum, tamen ad unguenti odorem quam proxime accedat. Neque enim minus bonum sentiet odorem, si illud Salomonis dictum bene noverit: *Post te in odorem unguentorum tuorum curram* [1]: prope lampadem enim constitutum luminis expertem esse, stultorum est. Nos autem, quamvis indignos, Deus

[1] Cant. I, 3.

μὴ τῆς λαμπρότητος μετασχεῖν, τῶν ἀμηχάνων· οἷς μὲν οὖν ἀναξίοις περ οὖσιν ἡμῖν ἐτίμησεν ὁ Θεὸς ταῖς ἐκείνου μεσιτείαις, τοῖς ἀφθόνως μετέχουσι πολυτρόπως ἐγνωρίσθημεν, καί γε μειζόνως, εὖ ἴσμεν, φανησόμεθα· τὸν δὲ τῆς εὐεργεσίας μεσίτην οἷς ἂν ἀνταμείβεσθαι πρέπον ἐστὶ τῆς προθέσεως ἡμᾶς, τῶν μάλιστα τουτωνὶ τῶν καλῶν κοινωνεῖν ἡμῖν ἐθελόντων ἕκαστος ἀποδέξεται· *Μανθανέτωσαν* γὰρ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι· τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον* τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν *Θεοῦ.*

Τοιγαροῦν ὅπερ ἂν εἰς Γρηγόριον εὔφημον εἴποι τις ἢ δράσει τοῖς ἐκείνου λόγοις ἁβρυνόμενος, εἰς Χριστὸν καὶ λέγει καὶ δρᾷ· Χριστοῦ δὲ τιμὴ, Πατρός ἐστι προδήλως τοῦ γεννήσαντος· ὁ μὲν οὖν Γρηγόριος, τὸ Θεολόγος εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι λέλογχε κατ' ἀξίαν· ἄλλοι δὲ καὶ μόνον Γρηγοριολόγοι γεγονότες, ἦραν τὸ κλέος· ὁ γὰρ λαλῶν τὰ Γρηγορίου, λαλεῖ τὸν Χριστόν· Χριστοῦ δὲ λάλησις θεολογία σαφῶς· θεολογία δὲ Τριάδος ἐστὶν ἀψευδεστάτη, παρ' ἧς ἐκείνῳ τὸ λαλεῖν ἐνήργηται, καὶ δι' οὗ λαλεῖσθαι τεθέσπικεν· ἡμῖν μὲν οὖν τὰ μὲν πρῶτα τὸ σπουδαζόμενον ἦν, τοὺς Γρηγορίου λόγους ἐς ταυτὸν ἀθροῖσαι, τοὺς ἐμμέτρως αὐτῷ φημι πεποιημένους, ἔπειτα μιᾶς φαινομένης ἐν ἀντιφράσεσι βίβλου, καὶ τὰς ἄλλας τοῖς ἐντυγχάνουσιν εὐλήπτους ἐφάμιλλον καταστῆσαι, τὰς μὲν λέξεις καταμερίζειν ἐπιτηδεύσαντες, καί γε τοῦ εἰκότος οὐχ ἁμαρτόντες, αὖθις τὸ διελεῖν τὰς συντάξεις, καὶ τούτων καθ' ἑκάστην παραθέσθαι τὴν ἐξήγησιν, τὸ διά τινος πρὸς τούτοις εὐφυοῦς σημασίας τοὺς στίχους μὴ φυρομένους, αὐτοῖς μὲν τὴν εὐκοσμίαν, τῇ δὲ συντάξει τὴν ἁρμονίαν, καὶ τῇ ἐξηγήσει τὸν ἀπαρτισμὸν περιποιῆσαι· τὸ δὲ πάντων ἐμοὶ δοκεῖ τοῖς ἐντυγχάνουσι προσφιλέστερον, τοῦτο δὴ τὸ πλατυτέρως τὰς ἱστορίας διεκφᾶναι· τοῦτο μὲν οὖν βουλευθὲν, εἰς ἀμηχανίαν ἀψευδῶς (εἰρήσεται γὰρ) κατέστησεν ἡμᾶς πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἱστοριῶν ἀποβλέψαντας· οὐ γὰρ ᾠήθημεν ἐξαρκεῖν πρὸς τοσοῦτον, ἀλλ' ὅμως τῶν ἐλπίδων τοσοῦτον ἐτύχομεν, ὡς μηδὲ σχεδαρίοις δεῆσαι προτυπῶσαι· ἀλλ' ἅμα καὶ παρεκβάλλειν καὶ σχεδιάζειν, καὶ μηδὲ ταῖς ὅθεν ἐχρῆν τὸν νοῦν τῆς ἱστορίας λαβόντας παρατίθεσθαι βίβλοις ἐπικύπτειν, ὥσπερ βίβλου παρούσης, καὶ γραμματέως παρεστηκότος· οὐ γὰρ ἂν ἀοράτως αὐτὸν ἀπιστήσαιμ' ἄν, τὸν δι' ὃν ἡμῖν παρεῖναι τὸ σπουδαζόμενον· οὐδὲν τοιγαροῦν ἀνήνυτον ἡμῖν τῶν εἰς Γρηγόριον μέχρι δεῦρο βεβουλευμένων, ταῖς ἐκείνου πρεσβείαις τεθαῤῥηκόσιν· ἐπεὶ καὶ τὰς λέξεις ἡνίκα στιχηρᾶς ἐπεμερίζομεν βίβλου, οὐδὲ μέχρι λέξεως διημάρτομεν, καὶ τὰς ἀντιφράσεις ἐκ τοῦ τῆς ἐννοίας εἱρμοῦ παραθέμενοι, καίπερ τότε τυγχάνοντες ἄπειροι, τῆς ὀρθότητος οὐκ ἐσφάλημεν· ταύτας ἔπειτα παλιλλεξίαις γυμνάσαντες· καὶ τὸ θαυμαστὸν ὅτι μετὰ τὸ γράφειν ἐρωτώμενοι ἠποροῦμεν, εἰ μὴ πόνῳ καὶ σχολῇ μετέπειτα μεμαθήκαμεν, ἅπερ ἀπόνως αὐτοσχεδίως γεγράφαμεν· τοσαῦτα Γρηγόριος ἡμῖν, μᾶλλον διὰ τοῦ Γρηγορίου Θεὸς, ταῖς τοῦ θεράποντος πρεσβείαις πειθόμενος εὐμενέστατα· μέλι μὲν τὸ γλυκύτατον καὶ πᾶσι προσφιλέστατον, ὀστρακίνῳ σκεύει καταθέμενος, ἢ χρυσὸν ἐγκαταδήσας ἐσθῆτος εὐτελοῦς ἐῤῥικνωμένῳ τμήματι κοπριοσυλλέκτῳ, μονονουχὶ δὲ τοῖς πᾶσιν ἐπιβοώμενος· Γεύσασθε τῆς γλυκύτητος τοῦ μέλιτος κορεσθέντες, καὶ τὸ σκεῦος συντρίψατε (ὀστράκινον γὰρ καὶ λίαν εὐτελές)· ἐμφορήθητε τοῦ ἐντὸς, καταπτύοντες τοῦ ἐκτός· δέξασθε λύσαντες τὸν χρυσὸν, τὸ δὲ ῥάκος ἐν ᾧ περισφίγγεται, παροικτρώσατε· τοῖς ὑμετέροις ἐντίμως ἀπόθεσθε τα-

per illum dignatus est, ut iis, qui abunde facti sunt participes, multis modis innotuerimus atque magis etiam, sine dubio, in futurum innotescamus: quod vero beneficii mediatori pro merito gratias referre nobis proposuerimus, omnes illi imprimis qui horum bonorum participes fieri cupiunt, laude dignum. *Discant* enim, divinus inquit Apostolus, *mutuam vicem reddere: hoc enim bonum et acceptum est coram* Salvatore nostro *Deo* [1].

Quidquid igitur boni in Gregorium quis dixerit feceritve, illius sermonibus delectatus, in Christum dixit et fecit: Christi autem gloriam, qui ipsum genuit, Patris esse apparet. Itaque Gregorius jure meritoque est et appellatur Theologus: alii autem solummodo Gregoriologi dicti famam nacti sunt. Qui enim Gregoriana profert, Christum loquitur: Christum autem loqui vere est theologia: theologia autem Trinitatis est verissima, per quam loqui illi concessum est et per quem se celebratum iri prædixit. Nobis igitur hoc primo curæ fuit, ut Gregorii opera in unum colligeremus, ea nimirum quæ versibus numerisque astrinxit; deinde, cum unus liber antiphrasibus constaret, etiam cæteros sic ut cuivis faciles essent intellectu, in lucem protulimus, simulque id egimus ut phrases interpungeremus et, ubi id bene processerat, iterum capita divideremus, et ad unumquodque explicationem apponeremus: nec minus, ne versus turbarentur, singulis bene distinctam affiximus notam, ut ipsis ordo capitibus harmonia, explicationibus concinnitas constaret. Omnium autem gratissimum lectoribus erit, quod historias fusius explicuimus. Hoc igitur cum ageremus, magna historiarum silva haud levem sane (fateri enim lubet) nobis injecit curam, quippe qui huic rei sufficere nos posse diffideremus, quamvis spes subiret fore, ut schedis supersedere ac potius allegare simul et excerpere nobis liceret, quam libros, unde historiæ sensum depromeremus continuo inspicere, veluti liber adsit librariusque astet. Eum enim, propter quem hoc suscepimus opus, nobis invisibili modo esse adfuturum, certissime credo, ita ut, quæcunque, illius ope freti, hucusque in Gregorium suscepimus, ad finem perducturi simus. Cum nimirum versibus distinxerimus libri textum, ne unam quidem phrasin omisimus, et antiphrases, quamvis minus adhuc perspexissemus, tamen ita e sententiæ nexu apposuimus, ut bene recteque illud fecisse nobis videamur: nec minus omnem repetitionem elisimus. Ac profecto mirum quod post finitum opus interrogati nesciremus, annon quæ facile ac festinanter scripsimus, multo cum studio et labore addidicissemus: ita enim Gregorius vel potius per Gregorium Deus, servi sui precibus commotus omnia reddiderat facilia, quasi mel suavissimum omnibusque gratissimum in vas testaceum colligens, vel ad particulam vilis vestimenti immundam despectamque aurum assuens, omnibus fere dicat: Gustantes mellis dulcedinem satiamini, vas autem confringite, quoniam testaceum est ac vilissimum: interiora haurite, exteriora despicite: aurum accipite, pannum, quo involvitur, dedignamini: thesaurum honorificate, in penu vestro recondite, cento-

[1] I Tim. v, 4.

μείοις τὸν πλοῦτον, τὸ ῥυπῶδες ῥάκος εἰς ἀτίμους μαγείρων ἀποῤῥίψαντες χεῖρας· οὐκ ἔμφρονος γὰρ ὀστρακίνῳ προσφερόμενον ἀποπέμπεσθαι σκεύει, τὸ γλυκύτατον μέλι καὶ ῥωστικὸν, οὐδὲ χρυσὸν ἀποσείσασθαι ῥάκει προσαγόμενον εὐτελεστάτῳ. Εἴξατε Γρηγορίῳ, Χριστός φησι, τῷ ἐμῷ, δι' ὧν ὑμῖν ἐπιγίνεται· κἂν ὅτι μάλιστα μέγιστος ὢν, οὐκ ἀπάδει λαλεῖσθαι δι' εὐτελῶν· οὐ γὰρ ἐκεῖνος, ἐγὼ δὲ, φησὶν, ὁ λαλούμενος, ὃς τοσοῦτον ὢν ἀγαθὸς οὐδὲ τοὺς κακοὺς ἀποπέμπομαι, δίδωμι δὲ καὶ χάριν τοῖς αἰτοῦσι, κἂν ὅτι λίαν ὦσι τῶν εὐτελῶν. Αὕτη ἡ βίβλος Ἱστοριῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, *Μαργαρίτης* δὲ ὄνομα ταύτῃ.

Πάντων δὲ μέχρις ἐσχάτου χιτῶνος καὶ σπείρατος, ὤνιον ἀντιλάβοιτο τοῦτον ἔμπορος, ὅστις πυκνὸς τὰ βουλεύματα καλῶς εἰδὼς πραγματεύεσθαι, τοῖς τῆς ἰδίας ἐνστερνισάμενος δὲ καρδίας ἐναποθήσει ταμείοις, ὡς ἂν κεκτημένος μόνον πλοῦτον παρὰ πάντας, ἀπὸ πάντων δόξαν σχοίη μεγάλην· βίβλος ἱστοριῶν ὧν ἐμνήσθη Γρηγόριος ὁ Θεοῤῥήμων, ἐν τοῖς ἐμμέτρως αὐτῷ εἰρημένοις, ἔκ τε τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς καὶ τῶν ἔξωθεν, κατὰ τὸν προτεταγμένον εἱρμόν· πρῶτον μὲν οὖν σημειώσασθαι χρὴ ὡς ἑκάστου λόγου καθ' εἱρμόν εἰσιν ἰδιοτρόπως αἱ ἱστορίαι· καὶ γὰρ ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν μετὰ τῶν οἰκείων ἱστοριῶν ἀφώρισται· σημεῖον δὲ τῆς διαφορᾶς ὅθεν παρῆκται ἡ ἱστορία, τουτέστι κατὰ κεφαλῆς, αἱ μὲν τῆς θείας Γραφῆς ἔχουσι τὴν κατ' ἔθος νυγμήν· αἱ δὲ τῶν ἔξωθεν ὁμοίως, τὸν κατ' ἔθος ὀβελίσκον ὑπὲρ κεφαλῆς· ἐν δὲ τῇ ἐξηγήσει, πρόδηλός ἐστιν ὁ λόγος ἐν ᾧπερ ἡ ἱστορία· πᾶσαι δὲ καθ' εἱρμὸν ὑποτεταγμέναι κεῖνται προτεταγμένου τοῦ στίχου, δι' οὗ τὴν ἱστορίαν παρήγαγεν ὁ Θεοῤῥήμων Γρηγόριος· σκοπῷ δὲ τὸ τοῖς παιδευομένοις εὔληπτον καταστῆσαι τὸ πραττόμενον.

Τρισσὴν γὰρ ἐντεῦθεν ὠφέλειαν ὁ Γρηγορίου ταῖς βίβλοις ἐντυγχάνων καρποῦται· πρῶτον τὴν πεῖραν τῶν λέξεων καὶ τῆς καλλιεπείας τὴν μοῦσαν· δεύτερον τὸ μετὰ τῆς καλλιεπείας ταῖς θείαις καὶ οὐρανίαις ἐννοίαις οὐρανοπορεῖν συγγινόμενον, καὶ πάντα τοῖς νοεροῖς ὄμμασι βλέπειν, ὅσα καθ' ὑπερουρανίου στερεώματος μέχρις αὐτῆς (εὐμενὴς γενοῦ μοι, Χριστὲ) τῆς πρώτης ὑφ' ἑαυτῆς καὶ μόνης γνωριζομένης ἀκτῖνος, τῆς τρισσοφανοῦς ἐν μιᾷ φωτὸς μαρμαρυγῇ συνερχομένης θεότητος, λέγω δὴ καὶ τῶν μετ' ἐκείνην καὶ παρ' ἐκείνης τὰ δεύτερα τῆς φωταυγείας κεκληρωμένων, οὐρανοῦ τε μὴν αὐτοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ θεουργικῶς ἱδρυμένων· γῆς τε καὶ θαλάσσης, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ζώων τε καὶ καθύγρων, ἐναλίων, χερσαίων, ἀμφιβίων, ἀερίων, μέχρις αὐτῶν ὑποχθονίων, καὶ τῶν ἔτι· τρίτον δὲ τὸ ταῖς ἱστορίαις ἐντυγχάνειν, καὶ τῇ προγραφῇ τῶν στίχων ὀξύτητι νοὸς πρὸς πᾶσαν ἀνατρέχειν τὴν κατασκευὴν, καὶ τῇ τῶν ἱστοριῶν ποικιλίᾳ τέρπεσθαι κατὰ ψυχὴν ἡδόμενον, καὶ πεῖραν συναθροίζειν, καὶ πρὸς τὸ λέγειν γυμνάζεσθαι, πάντων τε τῶν ἀπ' αἰῶνος θαυμαζομένων πειραθῆναι, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ πάντα προνοίας τε καὶ διεξαγωγῆς, καὶ τῆς εἰς ἡμᾶς ἀνεκφράστου φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος ἐπιγνῶναι· δι' ὧν ἁπάντων ἐπιτυχεῖν δύναιτ' ἂν τοῦ Θεοῦ· φῶς γὰρ ὁ Θεὸς, ἐν δὲ τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως ὄψεταί τις φῶς· ταῦτα μὲν τοῖς φιλογρηγορίοις, οὓς καὶ φιλοθέους ὁ τῆς ἀληθείας σαφῶς ἐξεπίσταται λόγος· αὖθις δὲ πρὸς ἄλλο βλέψομεν πόνημα ταῖς Γρηγορίου πρεσβείαις τεθαῤῥηκότες· ἔστι δὲ τὸ συναγαγεῖν ἐς ταυτὸν ἅσπερ αὐτὸς μέμνηται φυσιολογίας· εἶθ' ἑξῆς ὅσα περὶ διχρόνων καὶ τέχνης καὶ ποιότητος στοιχείων συμφώνων, καὶ διαιρέσεως φωνηέντων, καὶ ἄλλων ὀνομάτων διαφόρου σημασίας, ἐπιχωρίων τε λέξεων Ἀττικῶν, καὶ ἐπιτετηδευμένων, καὶ τῶν ἐξ

nem sordidum impuris coquorum relinquite manibus : haud enim sapientis est, mel dulce ac corroborans, in vase testaceo oblatum respuere, neque aurum vili panno involutum repudiare. Imitamini, ait Christus, Gregorium meum, qualem vobis sese præbuerit, siquidem, quantumvis magnus, humiliter loqui non recusat : non ille enim, ait, sed ego loquor, qui in tanto perfectionis fastigio collocatus malos non rejicio, sed rogantibus, etiamsi perexigui sint pretii, veniam concedo. Hic liber historiarum Gregorii Theologi nomine margariti venire meretur.

Hoc margaritum quovis pretio, etiamsi vestis ac tunicæ jactura fieri debeat, sibi comparet emptor et ut consiliis recte uti queat, imis pectoris recessibus recondat : sic enim eximium præter omnes thesaurum possidens magno præ cunctis honore afficietur. Liber historiarum, de quibus Gregorius Theologus disseruit in *Carminibus* suis, ex Scriptura divinitus inspirata et aliunde est compositus, prout nexus rerum postulabat. Primum igitur ostendendum, quomodo cujusque capitis historiæ singulari modo cohæreant : singula enim cum suis historiis capita in semetipsis concluduntur : ut autem indicetur unde quævis historia deprompta sit, ad eas, quæ e Scriptura sacra sunt desumptæ, signum quod Græce νυγμὴ dicitur, ad initium appinximus, iis autem, quæ aliunde originem ducunt, veru anteposuimus; porro in explicatione citavimus librum, quo quævis historia continetur : denique singulæ historiæ ita sese invicem excipiunt, ut semper citetur versus, a quo Gregorius Theologus historiam exorsus est. Cæterum viris doctis operam meam haud improbatum iri confido.

Triplicem enim, quisquis Gregorii libros legerit, exinde fructum percipiet : primum quidem, verborum intellectum et facetiarum ingenium; secundum, ut cum verborum elegantia ad meditandas res divinas abreptus in cœlum ascendat et animi oculis aspiciat quæcunque in cœlesti firmamento exsistunt, et ipsum (propitius mihi esto, Christe) primarium, a semetipso solum perspectum radium trinæ Divinitatis, in unum luminis focum coeuntis, præterea etiam ea quæ post et per illam secundas luminis partes tenent, cœlum dico ipsum et quæ in eo divinitus firmata sunt, denique terram et mare et quæcunque ibi sunt animalia, maritima, terrestria, amphibia, volucria, atque adeo quæ sub terra reperiuntur et reliqua; tertium, ut, in legendis historiis, versuum dispositione omnem nexum cito mente assequatur, historiarum varietate delectetur, experientiam colligat, ad dicendum exerceatur, quæcunque admirationi unquam fuere cognoscat, denique Dei ad omnia spectantem curam et providentiam, nec non amoris ineffabilis vim persentiscat. Quæ omnia efficient ut possit ad Deum accedere : Deus enim est lumen, et in scientiæ lumine videbit aliquis lumen. Hæc quidem Gregorii amicis, quos etiam Dei amicos aperte appellat veritatis sermo. Jam vero nos Gregorii ope freti, aliud dispiciemus opus, nimirum ut ejus disputationes ad physiologiam pertinentes in unum redigamus; deinde dicemus de ancipitibus et gramma-

ἑτοίμου συγκειμένων, καὶ τῶν διασυρτικῶν ἐκπληκτικῶν, δυσφορουμένων, σχετλιαστικῶν, τῶν τε συνᾳδουσῶν τῇ ὑποκρίσει, ἐκκοπῶν, ἐκλείψεων, συναλοιφῶν, καὶ ὧν παρὰ πᾶσαν τὴν τῶν Ἑλλήνων συνήθειαν οἱ Ἀττικοὶ κέχρηνται, τῶν τε συντόμων ἐν τοῖς ὅρκοις, καὶ τῶν ἀνθ' ἑνικοῦ πληθυντικῶς λεγομένων ἐπιζεύξεων, ἀντὶ δὲ τοῦ παθητικοῦ ἐνεργητικῶν, τῶν τε ἐπιτρεπτικῶν ἐν τῷ μὴ παρόντος τινὸς, τῶν τε ὑφ' ἓν καὶ τῶν συνθέτων, καὶ τῶν ἐπὶ τὸ λίαν κἀπὶ τῶν ἀδυνάτων λαμβανομένων, τῶν τε δισσῶς καὶ τρισσῶς ἐκφερομένων, ἰσοτύπων τε καὶ ἰσοδυνάμων, καὶ τῶν ἑβδομηκονταδύο τῆς ποιήσεως τρόπων, τῶν τε ἑβδομήκοντα τεσσάρων τῆς ῥητορικῆς τρόπων, τὰ προειρημένα πάντα παρεκβάλλοντες ἰδιοτρόπως, ἔκ τε τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, καὶ τῶν λόγων τοῦ θείου Γρηγορίου.

ticæ et prosodiæ elementis consonis, de vocalium divisione aliorumque nominum varia significatione, tum de indigenis usitatisque apud Atticos vocabulis, de iis quæ in promptu sunt, quæ vituperium continent, metum injiciunt, mœrorem vel luctum indicant, et quæ responsionibus inserviunt, de excisione, omissione et contractione, de vocibus quibus Attici omnino præter Græcorum consuetudinem utuntur, de concinnitate in juramentis, de periodis in quibus pro singulari pluralis, pro passivo activum ponitur, de enuntiatis in quibus aliquid conceditur quamvis haud exsistat, de hyphen et de compositis, de iis quæ, quamvis sint impossibilia, accipiuntur, de iis quæ bis terve proferuntur, de iis quæ eamdem figuram et quæ eamdem significationem habent, de septuaginta duabus poetices, et de septuaginta quatuor grammatices figuris, ita ut hæc omnia partim e Scriptura sacra, partim e divini Gregorii operibus ea, qua par est, ratione explicemus.

ΚΟΣΜΑ ΜΟΝΑΧΟΥ ΑΓΙΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΦΙΛΟΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑΙ (1).

ΛΟΓΟΣ Α'. *Περὶ τοῦ καθ' ἑαυτὸν βίου* (2).

1 *Χριστὲ ἄναξ, ὃς ἁγναῖς ποτ' ἀειρομέναις παλάμῃσι,*
2 *Σταυροτύποις Μωσῆος ἐπ' οὔρεϊ σοῦ θεράποντος,*
3 *Ἔκλινας Ἀμαλὴκ ὀλοὸν σθένος.*

Τῆς Αἰγυπτίων πρὸς τὴν τῆς ἐπαγγελίας γῆν ἐπειγομένῳ τῷ Ἰσραὴλ κατὰ τὴν ἔρημον πρῶτος Ἀμαλὴκ συναντᾶται, ἔθνος πρῶτον τῇ Γραφῇ κατονομαζόμενον· *Ἀρχὴ* γὰρ, φησὶν, *ἐθνῶν Ἀμαλήκ*· ἢ διὰ τὸ πρῶτος τὸν Ἰσραὴλ πολεμῆσαι· ἢ τὸ πρῶτον ἐν ἔθνεσιν ὑποστῆναι τοῦτον διαρπάζοντα τοὺς εἰκὸς τοῦ λαοῦ καθυστεροῦντας, εἰς παράταξιν Ἰσραὴλ ἀντικαθίσταται· τῆς γοῦν μάχης ἐφ' ἱκανὸν διακρατούσης, ὁ Μωϋσῆς προφήτης δὲ καὶ τοῦ λαοῦ καθηγούμενος, οὗτος σταυροτύποις χερσὶ τροποῦται τὸν Ἀμαλήκ· συνέβη δὲ τῷ μὲν ταῖς χερσὶν ἐπαιρομέναις εἰς ὕψος, τὸ τρόπαιον συνεπαίρεσθαι, καθηκομέναις ὥσπερ οὖν συγκαθήκεσθαι· ταύτῃ τοι τὸν Ἀαρὼν καὶ Ὢρ προφήτας καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἐπί τινος βουνοῦ τοῦ Μωϋσέως ἀμφοτέρωθεν τὰς χεῖρας ὑποστηρίζειν· (τύπος δὲ τοῦτο τοῦ σωτηριώδους πάθους·) εἶτα δὲ καὶ λίθοις ἐπιθέτοις ἐπερείδειν, μέχρι παντελοῦς τῶν ἐναντίων τροπῆς· καὶ τῆς μὲν μάχης σταυρότυπον σχῆμα προηγεῖτο· τῶν μαχομένων δὲ τοῦ λαοῦ παῖς Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ· μέμνηται δὲ τούτων συνεχῶς Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ λέγων· *Ἐχθρανεῖς τῷ Ἀμαλὴκ, ὅτι*, φησὶ, *τὴν οὐραγίαν σου διήρπαξεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ οὐκ ἠλέησέ σε*· οὐραγία δὲ πλήθους ἐστὶν ὑστέρημα μόχθῳ τῆς ὁδοιπορίας κεκμηκὸς καὶ τεμνόμενον, ἢ πλάνῃ φερόμενον.

5. *Χάσματα καὶ φρικτὰς ὀνύχων ἐπέδησας ἀκωκάς.*

Ἐν Βαβυλῶνι τοῦ Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα πρότερον

CARMEN I. *De vita sua.*

Cum Israel ex Ægypto ad terram promissionis tenderet, primum eis occurrit Amalec, qui primus populus a Scriptura vocatur. *Principium* enim, ait, *gentium est Amalec* [1]. Hic igitur aut quia primus Israeli bellum intulit, aut quia gentium prima fuit, quæ turbam Israelis subsequentem aggrederetur: Israel in aciem assistit. Cum autem prœlium satis exarsisset, Moses propheta simul et populi dux manibus in crucis formam sublatis Amalec in fugam convertit. Accidit porro ut cum manibus in altum sublatis tropæum simul extolleretur, et cum delabentibus illud quoque descenderet, quare Aaron et Or, qui et ipsi prophetæ erant, in colle quodam manus Moysis utrinque suffulserunt (est autem hic typus passionis salvatoriæ), et postea etiam lapidibus congestis sustentarunt, usquedum hostes penitus fugati essent. Et aciei quidem signum crucis præfuit, populo autem pugnanti Jesus filius Nave. Cujus rei mentionem persæpe Moyses injicit, ad Israel dicens: Odio habebis Amalec, inquit, quia turbam tuam depopulatus est in deserto nec tibi pepercit. Turba autem est subsequens multitudo, itineris labore fatigata ac separata, aut vagabunda.

Cum Israel et Juda a Nabuchodonosore et postea a Nabuzardane in exsilium abducti et Hierosolymæ

[1] Num. XXIV, 20.

(1) Versus citatos in interpretatione nostra omittimus, cum jam ea Latine versa ad manus habeat Lector in præsenti editione. Paginæ indigitantur novæ recensionis Benedictinæ quæ typis crassioribus textui insertis, ut moris est nostri, repræsentantur. EDIT. PATR.

(2) Ed. nov. p. 630, περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν.

ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ καὶ Ναβουζαρδὰν τὸ δεύτερον ἀποικισθέντος, ἐμπρησθείσης τε τῆς Ἱερουσαλὴμ, τῆς τοιαύτης αἰχμαλωσίας Δαυϊτικῷ διαπρέποντες γένει παῖδες Ἰσραὴλ, Ἀνανίας, Ἀζαρίας, Μισαὴλ ὑπῆρχον· τούτους εὐσεβῶς κατὰ τὸν πατρῷον νόμον πολιτευομένους, προφητικῷ τε διαλάμποντας χαρίσματι, τῶν Ἀσσυρίων οἱ προὔχοντες τοῖς βασιλεῦσιν ἐνδιαβάλλουσι, τοῖς Περσικοῖς ἅτε δόγμασιν ἀντικαθισταμένους· ὁ μὲν οὖν Δανιὴλ ὑπὸ Βαλτάσαρ βασιλέως βορᾷ λάκκῳ ῥιφεὶς, χεῖρας πρὸς Θεὸν διαπετάσας, τῶν ὠμοφάγων θηρῶν τά τε ἀνεῳγμένα στόματα καὶ τοὺς σπαρακτικοὺς ἐπέσχεν ὄνυχας, σῶος δὲ μεθ' ἡμέρας ἐπάνεισι τοῦ βοθύνου.

6 *Ὃν διὰ καὶ μεγάλου ἀπὸ κήτεος ἔκθορ' Ἰωνᾶς.*

Προφήτης ὁ Ἰωνᾶς, ὑπὸ δὲ Θεοῦ προφητεῦσαι τῇ Νινευῇ μεγάλῃ Νίνου βασιλέως Ἀσσυρίων πεμφθεὶς, φεύγει τὸ πρόσταγμα, τὴν ἐπὶ Θαρσεῖς δὲ στέλλεται θαλασσοπορίαν· κλύδωνος δὲ γεγονότος, καὶ παρὰ καιρὸν τῶν ναυτικῶν οἰομένων τὴν ζάλην, ὑπ' αὐτοῦ τε μεμαθηκότων ὡς ἐκ προσώπου Θεοῦ φεύγων ἐστὶ, κλήρῳ καταδικασθέντα καὶ τῇ θαλάσσῃ βεβλημένον, ἐκ προστάγματος θείου κῆτος θαλάσσιος θὴρ ὑποδέχεται· τριῶν δὲ τοῦτον ἡμερῶν ἐν τοῖς σπλάχνοις ἄτρωτον πεφυλαγμένον, δι' εὐχῆς κἀντεῦθεν τῷ Θεῷ προσομιλοῦντα τριταῖον τὸ κῆτος ἀπήμεσεν ἐν ξηρᾷ, μυστηρίου τύπον ὑπογράφοντα τῆς Χριστοῦ μετὰ ταῦτα γενησομένης ἀναστάσεως.

8 *Ἐν φλογὶ δ' Ἀσσυρίῃ δροσόεν νέφος ἀμφεκάλυψε*

9 *Θαρσαλέους τρεῖς παῖδας, ἐπεὶ χέρας ἐξεπέτασσαν.*

Τρεῖς παῖδές εἰσιν Ἀνανίας, Ἀζαρίας, Μισαὴλ, ὧν ἀνωτέρω μεμνήμεθα· Ναβουχοδονόσορ τοίνυν ποτὲ τοῦ βασιλέως εἰκόνα στήσαντος χρυσῆν, ᾗ προσεκύνουν πάντες ὁμοθυμαδὸν ἔκ τινος συγκαλούμενοι μουσικῆς συμφωνίας, τοὺς μὴ λατρεύοντας ἀπειλουμένου προστάγματος παμφάγῳ παραδοθήσεσθαι πυρὶ, προσάγονται τρεῖς οὗτοι παῖδες· τοῦ δὲ βασιλέως πείθειν αὐτοὺς πειρωμένου, καὶ τῇ τῆς καιομένης ἐπ' ὄψεσι καμίνου τιμωρίᾳ ἐκδειματοῦντος, ἐπεὶ μὴ λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα διωμολόγουν Θεὸν, κάμινος τούτους ὑποδέχεται προστάγματι τοῦ κρατοῦντος· οἷς ἄγγελος Θεοῦ συγκάτεισιν· ἐκ δὲ πυρὸς δρόσος ἦν τοῖς παιδαρίοις· ἀλλ' οἱ μὲν ὕμνοις θεοπρεπέσι τὸν Θεὸν μειλισσόμενοι, τῆς καμίνου πρόεισιν ἄρτιοι θαῦμα πᾶσι τοῖς ὁρῶσι· περὶ δὲ τὴν κάμινον ἐπὶ πήχεις τεσσαρακονταεννέα ἡ φλὸξ διαχεθεῖσα, τοὺς παρατυχόντας ὄλλυσι Χαλδαίους· ὅθεν τὸν βασιλέα τούτους μηδὲ θριξὶ τοῦ ἀκαμάτου πυρὸς συνειλημμένους ἐκπληττόμενον δογματίσαι τὸν εἰς τὸν ἐκείνων Θεὸν βλασφημήσαντα πανοικίᾳ διόλλυσθαι.

10 *.... Ζείουσαν ὑπεὶρ ἅλα πεζὸς ὁδεύσας,*

11 *Κύματα καὶ ἀνέμων μένος ηὔνασας.*

Τοὺς μαθητὰς ἐν πλοίῳ προπέμψας Χριστὸς, αὐτὸς τῷ παρεπομένῳ διαλεγόμενος πλήθει, ταῖς ὄχθαις προσμένει τῆς θαλάσσης· κλύδωνος δὲ τούτους συνεσχηκότος, μέλλουσιν ὑποβρυχίοις ἀπολέσθαι· πάρεισι Χριστὸς ὀψίας, τὴν ὑγρὰν ποσὶν ἐπιπατῶν θάλασσαν· θροηθεῖσι δὲ καὶ κεκραγόσι προσφωνήσας τοῖς μαθηταῖς θαῤῥεῖν τε παρακελευσάμενος, σύμπλους ἦν αὐτοῖς τὸν μὲν σάλον κατευνάσας, ἐπιτιμήσας δὲ τοῖς ἀνέμοις, καὶ τῷ Πέτρῳ βυθιζομένῳ ἐπορέξας τὴν χεῖρα.

13 *Πολλοῖς δ' αὖ ψυχάς τε καὶ ἅψεα λύσαο νούσων.*

Συλλήβδην πάντων τῶν Χριστοῦ μέμνηται θαυμάτων, ὡς ἐν διαφόροις κάμνοντες νόσοις καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασι, τῶν θείων ἀπήλαυσαν ἄνθρωποι δωρεῶν.

329 *Οὐδ' ὁπότ' ἀχραίνοντι νέῳ λυγρὸν ἀμφὶς ἑλίξας.*

Τῇ ψυχῇ διαλεγόμενος, μεταγωγικῶς τὴν παρου-

incendio deletæ essent, tres filii Israel, Ananias, Azarias, Misael, e genere Davidico oriundi, Babylone degebant, quos, utpote pie secundum patriam legem viventes et prophetiæ dono excellentes, Assyriorum satrapæ apud reges accusaverunt, quod Persicæ religioni refractarentur. Postquam igitur Daniel a Baltasar rege tanquam esca in foveam conjectus erat, manibus ad Deum expansis apertos bestiarum crudivorarum rictus crudelesque ungulas sustinuit et, luce aborta, salvus e fovea prodiit.

Jonas propheta missus a Deo, ut prædicaret Ninive magnæ Nini Assyriorum regis urbi, mandatum effugere et in Tharsis navigare constituit. Exorta autem tempestate quam nautæ præter consuetudinem evenisse opinabantur, ipse eis dixit se e conspectu Dei confugere: quare sorte condemnatum marique traditum, secundum administrationem divinam, cete, quod est bellua marina, excepit. Cum autem per tres dies incolumis in ejus visceribus conservatus esset et precibus deinde Deum imploraret, tertio die cete evomuit eum in terram, quod est figura mysterii resurrectionis Dominicæ quæ postea evenit

Tres pueri sunt, Ananias, Azarias, Misael, quorum paulo ante mentionem fecimus. Cum Nabuchodonosor rex aliquando statuam auream erigendam curasset, quam concentu musico convocati cuncti simul adoraverunt, cumque edictum esset ut ii qui adorare recusarent, voraci flammæ traderentur, etiam tres illi pueri adducti sunt. Quoniam autem, quamvis rex ipse permovere eos et pœna fornacis coram ipsis accensi terrere conaretur, posthabita creatura tantummodo Deum creatorem sese adoraturos profitebantur, jussu regis fornaci traduntur: ingressus vero cum ipsis est angelus Dei, atque ex igne refrigerium contigit pueris, ita ut piis carminibus Deum celebrarent et integri e fornace progrederentur, quod omnes videntes admirati sunt et eo quidem magis cum flamma camini ad quadraginta novem cubitos exsurgeret et Chaldæos accedentes hauriret. Rex autem miratus, quod ignis vorax ne capillos quidem attigisset, edicto pronuntiavit, ut quicunque illorum Deum conviciis impetiturus esset, cum tota familia extirparetur.

Discipulis navigio abire jussis Christus, ad multitudinem ipsum comitantem peroraturus, in littore maris remanet. Cum autem tempestas exorta esset, in eo jam fuere, ut maris gurgitibus submergerentur: tum vespere Christus advenit, pedes in mari incedens. Perturbatos autem et vociferantes discipulos allocutus bono animo esse jussit, eorumque nave conscensa fluctus sedavit, ventos increpuit et Petro periclitanti manum porrexit.

Breviter omnia Christi miracula commemorat, quibus homines, variis animæ corporisque morbis oppressi, divinorum munerum participes facti sunt.

Cum anima colloquens hanc historiam Theologus tanquam exemplum profert dicens: Nondum rationi

σαν ὁ Θεολόγος ἱστορίαν ἐξ ὑποδείγματος παρεισάγει· φησὶν οὖν, ὅτι Οὔπω τῷ λογισμῷ ἀνοηταίνοντι περιέληκα ἱμαντῶδες φυτόν· λέγεται γὰρ τοὺς ἵππους τοῦ Ἀδράστου μυρίκης ὄζῳ συσχεθέντας, τὸν Ἄδραστον ἀποβαλεῖν· ὃν εὑρὼν Μενέλαος καὶ ζωγρῆσαι βουλόμενος, οὐ συγχωρεῖται, καὶ γὰρ Ἀγαμέμνων ὁ τῶν Ἑλλήνων βασιλεὺς ἐπιστὰς τοῦτον ἀναιρεῖ· μεταφορικῶς οὖν φησιν ὁ Θεολόγος, ὅτι Τὸν μὲν ἁλωτὸν τοῖς πολεμίοις συσχεθέντες δεδώκασιν οἱ ἵπποι, μικροῦ δέ με τοῖς πάθεσι πάρεργον παρέσχεν ὁ λογισμὸς ἀνοηταίνων, οὐκ ἔχων ὅποι στῇ τῆς ἀτάκτου φορᾶς, μηδ' ὑφ' οὗτινος τοὐναντίον ἐπ' ὠφελείᾳ ψυχῆς συσχεθῇ.

352 *Φεύγων Αἰγύπτοιο μέλαν πέδον, ἔργα τε πικρὰ,*
353 *Καὶ Φαραὼ βασιλῆα, πάτρην δ' ἐπὶ θείαν ὁδεύῃ.*

Μέλας μὲν ὁ τῆς Αἰγύπτου φύσει χῶρος, ἔργα δὲ πικρὰ τὰ τοῖς Ἑβραίοις πάλαι προστεταγμένα, πλινθοποιΐα καί τινα οἷς αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι κατεδουλοῦντο· διὸ καὶ τῷ Μωϋσῇ παραγενομένῳ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ διὰ θείου προστάγματος τῆς Αἰγυπτίων χειρὸς ἐξελέσθαι, πικρότερος καθίσταται Φαραὼ τῶν Αἰγυπτίων ὁ βασιλεύς· κατὰ γοῦν τὸν τῆς ἀναγωγῆς λόγον μέλαν πέδον, τὴν ἐν ἁμαρτίᾳ διατριβὴν ὁ Θεολόγος φησί· Φαραὼ δὲ τὸν διάβολον λέγει· πικρὰ δὲ τὰ ἔργα, τὰ παρ' ἐκείνου τῇ ψυχῇ προσεπινοούμενα· πατρίδα δὲ θείαν, τὸν μέλλοντά φησιν αἰῶνα, καθ' ὃν ἐπείγεσθαι τὴν ψυχὴν ὡς ἀϊδίου θέμις ταμιεῖον ζωῆς δι' ἀρετῆς καταπαύουσαν.

354 *Μηδὲ μένει Βαβυλῶνος ἐπὶ κραναοῖς πεδίοισι,*
355 *Δουριαλὴς ὄχθῃσι παρεζόμενος ποταμοῖο,*
356 *Ὠδῆς ὄργανα πάντα παρακλίνας ἀτίνακτα,*
357 *Δακρυδεὶς σπεύδει θ' ἱερῆς ἐπὶ τέρμα γαίης.*

Βαβυλῶνος τραχὺς μὲν ὁ χῶρος, ἔνθα τὸν λαὸν ἀποικισθέντα, ταῖς ὄχθαις λέγεται τοῦ ποταμοῦ καθῆσθαι, καὶ τὴν ἀποικίαν ὀδύρεσθαι, τήν τε ᾠδὴν ἐπ' ἀλλοτρίας μὴ θέλειν γῆς ᾄδειν, ἀλλ' ἀκίνητα καὶ ἀργὰ τῆς ᾠδῆς φυλάττειν τὰ ὄργανα· μεθ' ἑβδομήκοντα δὲ χρόνους τῆς τοιαύτης ἀφεθέντες αἰχμαλωσίας, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανιέναι πατρίδα· καὶ τοῦτο γοῦν ἀναγωγικῶς ὁ Θεολόγος φησί· Βαβυλῶνα μὲν τὴν αἰχμαλωτίζουσαν ἀπὸ Θεοῦ καλῶν ἁμαρτίαν· ὄργανα δὲ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις ὑποληπτέον, εὐχήν φημι καὶ τὴν εἰς Θεὸν ὑμνῳδίαν, ὧν ἡ ψυχὴ ἐξατονήσασα, τὸν δούλειον ζυγὸν ἀποδύρεται· γῆ δέ ἐστιν ἱερὰ, τῶν πραέων ὁ χῶρος, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἣν ἔστι καταλαβεῖν, τῆς τραχείας ἁμαρτίας ἀποδεδρακότας.

359 *Καὶ νηοῦ μεγάλοιο θεμείλια χερσὶ βάληται.*

Δαρεῖος ὁ Μήδων βασιλεὺς μεθ' ἑβδομήκοντα χρόνους τῆς θεοσεβείας ἀγάμενος τοὺς Ἑβραίους, τῆς αἰχμαλωσίας ἀφίησι· προστάσσει τε τὸν ναὸν Σολομῶντος καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνοικοδομηθῆναι· τότε γοῦν ἐπανελθὼν ὁ λαὸς Ἀσσυρίων, τὸν ναὸν καὶ τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ ἐπανορθοῦται· θεμέλια τοίνυν ὁ Θεολόγος τοῦ ναοῦ, τὰς ἰσχυρὰς φησιν ἀρετὰς, αἵτινες τὴν ψυχὴν ναὸν κατασκευάζουσι τοῦ Θεοῦ, κύκλῳ περιῳκοδομημέναι.

367 *Οἷον δ' ἐξ ἱερῆς Σολύμων κατιόντα πόληος*
368 *Ἱεριχοῦς πτολίεθρον ἐπὶ κλυτὸν, ὡς ἐνέπουσιν,*
369 *Φῶρες ἐδηλήσαντο κακοὶ λοχόωντες ὁδίτην.*

Παραβολὴν ὁ Σωτὴρ ταύτην φησὶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ὅτι τις ὁδοιπόρος κατέβαινεν ἀπὸ Ἱερουσα-

insanæ ramum frenatorem adstrinxi. Adrasti enim equi ramo tamarinthino coerciti illum excussisse feruntur, quem cum Menelaus invenisset et vivum capere aggrederetur, non potuit, Agamemnon vero Græcorum rex accessit eumque trucidavit. Metaphorice igitur Theologus hoc dicit : Captum quidem equi colligati hostibus tradiderunt, me autem parum abfuit quin ratio malesana cupiditatibus traderet, utpote quæ nec haberet ubi cæcum impetum sisteret, nec rursus a quo in animæ emolumentum cohiberetur.

Natura quidem Ægypti terra est nigra, acerbi porro labores qui olim Hebræis imponebantur, ut laterum fabricatio et reliqua quibus Ægyptii eos subigebant : et ideo Moysi qui secundum divinum mandatum Israelitas ex Ægyptiorum manu liberaturus erat, acerbior exsistit Pharao rex Ægyptiorum. Sensu igitur anagogico terram nigram Theologus dicit perseverantiam in peccato : Pharaonem intelligit diabolum : labores acerbos ea quæ per illum in anima procreantur : patriam divinam denique vocat futurum sæculum, ad quod veluti vitæ æternæ receptaculum anima in virtute requiescens contendere debet.

Aspera est Babylonis terra, ubi populus extorris dicitur ad fluvii ripas consedisse, et exsilium deflevisse, et canticum in terra peregrina cantare noluisse, sed organa immota et otiosa conservasse, post septuaginta autem annos ex hac captivitate liberati in patriam suam rediisse. Sensu igitur anagogico Theologus hoc dicit : Babylonem vocat peccatum quod a Deo abducit in captivitatem : organa sunt animæ virtutes, nimirum preces et cantus in Dei honorem oblati, a quibus anima sese abstinens servile jugum deplorat : terra denique sancta est ditio mansuetorum, regnum cœlorum quo potientur quicunque acerbi peccati tramitem deseruerunt.

Darius rex Medorum, post septuaginta annos, Hebræos ob pietatem admiratus ex captivitate dimisit simulque templum Salomonis et Hierosolymas reædificari jussit. Tunc igitur populus, ex Assyria revertens, templum atque urbem Hierosolymorum reconstruxit. Theologus autem fundamenta templi dicit egregias virtutes quæ animam circumcingunt et templum Dei reddunt.

In Evangeliis hanc Salvator enarrat parabolam : quidam descendit Hierosolymis et in itinere incidit in latrones qui exspoliatum eum multisque vulneribus laceratum deseruere semianimem. Forte autem levita et sacerdos prætererunt et immisericordi animo illum neglexerunt. Samaritanus autem, cum propius accessisset eumque conspexisset, misericordia commotus vulneribus medicinam larga manu suppeditavit, jumento suo imposuit et cum necessaria cura cauponi tradidit. Ex mente Theologi igitur viator est anima quæ per hanc vitam transit : quod autem ex Hierosolyma descenderit, hoc de virtute intelligendum : latronem dicit diabolum qui olim Adam a Deo abalienavit omnesque ex Adam oriundos eodem modo excipit et a Deo removere studet.

Salvator in Evangeliis hanc quoque proposuit parabolam : Duo viri precandi causa in templum ascen-

λὴμ καὶ λῃσταῖς περιέπεσεν, οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτὸν καὶ πληγὰς πολλὰς ἐπιθέντες κατέλιπον ἡμιθανῆ· κατὰ συγκυρίαν δὲ Λευΐτης καὶ ἱερεὺς παριόντες, κατέλιπον αὐτὸν ἀνηλεεῖ ψυχῇ· Σαμαρείτης δὲ πλησίον ἐλθὼν καὶ τοῦτον ἰδὼν ἠλέησε, πολλὰ δὲ ταῖς πληγαῖς ἐπιθέμενος φάρμακα, κἀπὶ τὸ ἴδιον ἐπιβιβάσας κτῆνος, τῷ πανδοχεῖ μετὰ καὶ τῆς δεούσης ἐπιμελείας καταλιμπάνει· τὸν γοῦν ὁδοιπόρον τὴν ψυχήν φησιν ὁ Θεολόγος, τὸν βίον τουτονὶ διαπερῶσαν· ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ κατιοῦσαν δὲ τῆς ἀρετῆς φησι· λῃστὴν δὲ τὸν διάβολον λέγει, πάλαι μὲν ἀπογυμνώσαντα τοῦ Θεοῦ τὸν Ἀδὰμ, τοῖς δὲ ἐξ Ἀδὰμ πᾶσι τὸν αὐτὸν ἐπαναδεδεγμένον, καὶ Θεοῦ γυμνοῦν ἁμιλλώμενον.

393 *Πυνθάνομ' ὡς δύο φῶτε, μέγα πνείων Φαρισαῖος,*
394 . . . . *ἠδὲ τελώνης,*
396 *Εἰς ἱερὸν ἀναβάντες.* . . . .

Παραβολικῶς καὶ τοῦτό φησιν ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, ὅτι δύο ἄνδρες ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι, ὁ εἷς Φαρισαῖος, ὁ δὲ ἕτερος τελώνης· ἀλλ' ὁ μὲν Φαρισαῖος, νηστείαις καὶ δεκάταις καὶ ταῖς ἄλλαις νομίμοις ἐντολαῖς μεγαλαυχῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις συγκρίνων ἑαυτὸν ἀνθρώποις, λόγοις δὲ καὶ τὸν τελώνην ἀποφαυλίζων, ἄτιμος ἀποπέμπεται· ὁ δὲ τελώνης τὸ στῆθος ταῖς χερσὶ πατάσσων, ἐκπροχέων τε δάκρυα θερμὰ καὶ τὸν Θεὸν αὐτῷ τοῖς ἐπταισμένοις εὐμενῆ γενέσθαι λισσόμενος, ἀφέσεως κατηξίωται, τοῦ Θεοῦ τῷ ταπεινουμένῳ μᾶλλον, ἢ τῷ τυφουμένῳ, προσεσχηκότος.

426 .... *Ἱερῆς Ἄννης ἐμιμήσατο φωνήν.*

Ἄννα μήτηρ ἐστὶ Σαμουὴλ τοῦ προφήτου, στεῖρα δὲ οὖσα καὶ πικρῶς ὀδυρομένη, κατέστη εἰς Σηλὼμ, ἔνθα ἦν ἡ κιβωτὸς διαθήκης Κυρίου· προσευξαμένης δὲ ταύτης, τὸν Σαμουὴλ αὐτῇ παρέσχεν ὁ Θεός· αὐτὸς δὲ καθ' ὑπόσχεσιν τῆς μητρὸς λειτουργεῖν ἀφιεροῦται Θεῷ, καὶ τῇ σκηνῇ προσάγεται τοῦ μαρτυρίου νήπιος ὤν· Ἐλκανᾶ ὄνομα τῷ πατρὶ αὐτοῦ.

432 .... *Νῦν δ' αὖτ' ἐναρίθμιός εἰμι βεβήλοις,*
433 *Ἠλεὶ σοῦ θεράποντος ἀγακλέος υἱέσι μάργοις·*
434 *Οἳ θυσίαις καθαρῇσιν ἐπέχραον ἄφρονι θυμῷ,*
435 *Χερσὶν ἐφαπτόμενοι θείων λίχνῃσι λεβήτων·*
436 *Τοὔνεκα καὶ χαλεπῆς κύρσαν βιότοιο τελευτῆς.*

Υἱοὶ τοῦ ἱερέως Ἠλεὶ Ὀφνεὶ καὶ Φινεὲς ὑπῆρχον παρανομώτατοι σφόδρα, τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου μὴ γινώσκοντες παρὰ τοῦ θύοντος λαοῦ· πρὶν ἢ γὰρ τὸ στέαρ θυμιαθῆναι, καθῆκαν τριόδοντα εἰς τὸ χαλκεῖον, καὶ πᾶν ὅπερ ὁ τριόδους ἀπέσπα τῆς χύτρας, ὁ παῖς ἐλάμβανε τοῦ ἱερέως· αὕτη τούτοις ἁμαρτία λελόγιστο μεγίστη· διὸ καὶ τῷ πατρὶ αὐτῶν διά τινος τῶν εὐσεβούντων ὁ Θεὸς δηλοῖ, τὸ δι' αὐτοὺς σὺν αὐτοῖς μέλλον αὐτῷ τέλος οἰκτρὸν ἐπελεύσεσθαι. καὶ διὰ Σαμουὴλ ἔτι παιδὸς ὄντος, καὶ κατὰ πρόσωπον ἐκείνου τῇ σκηνῇ λειτουργοῦντος· ὃ καὶ συνέβη· τῶν γὰρ ἀλλοφύλων ἐπιθεμένων, μετὰ τῆς κιβωτοῦ ἔξεισιν Ὀφνεὶ καὶ Φινεὲς οἱ τοῦ Ἠλεὶ παῖδες· κρατυνθέντος δὲ τοῦ τῶν ἀλλοφύλων ἐπ' αὐτοὺς πολέμου, καὶ τῆς κιβωτοῦ ἁλωθείσης, ἄμφω πεπτώκασι στόματι ξίφους· τινὸς δὲ τὴν ἀγγελίαν τῆς τε κιβωτοῦ καὶ τῶν παίδων καὶ τοῦ λαοῦ τῷ Ἠλεὶ ἀπαγαγόντος, δίφρῳ τοῦτον καθεζόμενον ἐς τοὐπίσω πεσεῖν συνέβη καὶ συντριβῆναι, καὶ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγῆναι· καὶ μέντοι καὶ τὴν τούτου γυναικόπαιδα κατὰ γαστρὸς ἔχουσαν ἅμα τεκεῖν τῷ πένθει καὶ σὺν τόκῳ μορῆσαι· ὡς πληρωθῆναι τὸ ῥῆμα τὸ δηλωθὲν ὑπὸ Θεοῦ· ἡμέρᾳ μιᾷ, παντὸς οἴκου τοῦ Ἠλεὶ τὸν τὸ θυμίαμα προσφέροντα τῷ Θεῷ ἐξολοθρευθήσεσθαι.

440 *Ἤδη τις φίλον υἷα θεόσδοτον ἤγαγε βωμῷ,*
442 *Σάῤῥας ὀψιτόκοιο γόνον ῥίζαν τε γενέθλης,*
444 *Ἀβραὰμ ἦν ἱερεὺς, ἀμνὸς δέ τε κύδιμος Ἰσάκ.*

Ἀβραὰμ τίκτει τὸν Ἰσαὰκ ἐξ ἐπαγγελίας ἐν γήρᾳ, Σάῤῥας στείρας καὶ αὐτῆς οὔσης καὶ γηραλέας· τούτῳ προστάσσει τὸν ἐκ τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ μονογενῆ υἱὸν, θυσίαν ὁ Θεὸς προσάγειν ἐπί τινα τόπον ὑψηλόν· ἐλθόντι δὲ σὺν τῷ παιδὶ τῷ Ἀβραὰμ ἐν τῷ τόπῳ, καὶ τὸ θυσιαστήριον οἰκοδομήσαντι, τά τε τῆς ὁλοκαρπώσεως ἐπιστοιβάσαντι ξύλα, πεδήσαντι δὲ καὶ τὸν Ἰσαὰκ, καὶ τὴν μάχαιραν ἐπ' αὐτὸν σπασαμένῳ, φωνήσας οὐρανόθεν ὁ Θεὸς τῆς ἐπὶ τῷ παιδὶ σφαγῆς ἀνατρέπει τὴν πρόθεσιν, εὖ μάλα προσδεδε-

derunt, alter Pharisæus, alter publicanus. Jam vero Pharisæus, qui de jejuniis et decimis aliisque legis præceptis magnopere gloriabatur, cum cæteris hominibus se comparabat et verbis quoque publicano detrahebat, sine honore discessit: publicanus autem pectus manibus percutiens, et acerbis lacrymis profusis Deum, ut peccatorum veniam sibi concedat, implorans, remissione dignus habitus est, siquidem Deus eum qui sese humiliat magis respicit quam qui se extollit.

Anna est mater Samuelis prophetæ: quæ cum propter sterilitatem amare flevisset, in Silo descendit, ubi arca fœderis Domini erat, et precibus ibi factis Samuelem Deus ei donavit, qui ex matris voto sacerdos Dei constitutus et, cum adhuc puer esset, ad tabernaculum testimonii adductus est. Pater autem ejus Elcana vocabatur.

Filii Eli sacerdotis, Ophni et Phinees, admodum impii erant, legis præcepta, sacrificante populo, haud observantes: priusquam enim adeps incenderetur, immiserunt fuscinulam tridentem in lebetem, et quidquid tridens arripuisset ex olla, sacerdotis puer sibi sumpsit. Et hoc quidem ut gravissimum peccatum eis imputatum est. Quare etiam patri eorum non modo per pium quemdam virum Deus prædixit, ipsum propter eos et cum eis miserabili morte interiturum esse, sed etiam per Samuelem qui admodum juvenis coram illo in tabernaculo sacrificia offerebat. Quod etiam accidit. Cum enim exteri terram invaderent, Ophni et Phinees, Eli filii, cum arca egressi sunt, et postquam hostes victoriam reportaverant arcamque abstulerant, uterque gladii acie interiit. Nuntio autem de arca, de filiis et de populo ad Eli perlato, ipse in sella considens retrorsum cecidit fractisque cervicibus mortuus est, ejusque nurus gravida, terrore perculsa peperit et cum partu exstincta est, ita ut verbum a Deo revelatum impleretur, nimirum omnes, qui sacra offerrent Deo ex tota Eli familia, uno die perituros esse.

Abraham senex factus gignit Isaac secundum promissionem, quamvis Sara ipsa et sterilis et decrepita esset. Illi autem præcepit Deus, ut in loco quodam edito filium quem habebat ex promissione unigenitum, in sacrificium sibi offerret. Cum igitur Abraham in illo loco advenisset cum puero, et altare construxisset, et, lignis ad faciendum holocaustum comportatis, Isaac ipse instaret, cumque in eo esset ut illum gladio transfigeret, Deus voce cœlitus emissa a filio trucidando revocat, magnopere delectatus

γμένης, ὡς οὐδὲν Θεοῦ τῷ Ἀβραὰμ ποθεινότερον· κριὸν δὲ φυτῷ τινι σαμὲκ λεγομένῳ τοῦ παιδὸς ἀντιδοὺς αὐτομάτως τῶν κεράτων κατεχόμενον, τὴν θυσίαν προστάσσει καθιερῶσαι· τούτου δὲ γενομένου, πρὸς τοὺς οἰκείους ἐπάνεισι, σῶον ἐπιφερόμενος τὸν μονογενῆ παῖδα.

480 *Οὐδὲ μεταστρέψεται Σοδόμων ἐπὶ τέφραν [ἔρημον,*
481 *Ἣν διὰ μαργοσύνην ξείνῳ πυριδηϊωθέντων·*
482 *Φεύγει δ' ἐσσυμένως ἐς ὄρος, πάτρης δὲ λέλη- [σται,*
483 *Μὴ μῦθος καὶ λᾶας ἁλὸς μετόπισθε λίπηται.*

Σοδόμων τόπος ἐστί τις περὶ τὸν Ἰορδάνην· ὑπῆρχον δὲ πέντε πόλεις· ὁ δὲ χῶρος πρὸ τοῦ καταστραφῆναι, τερπνός τε ἦν καὶ λίαν εὐθαλὴς, ποτιζόμενος ὥσπερ ἡ τῆς Αἰγύπτου γῆ· τοῦτον ᾤκησε Λὼτ τὸν χῶρον· πρὸς γένους δὲ τῷ Ἀβραὰμ οὗτος· σὺν αὐτῷ γὰρ ἀπὸ τῆς ἐνεγκαμένης πρὸς τὴν Χαναναίαν μετοικήσας, τοῦτον ἔλαχεν οἰκεῖν τοιῷσδε τὸν τρόπον· πολλῶν ὄντων τῶν κτημάτων αὐτῷ τε καὶ τῷ Ἀβραὰμ, ἐπεὶ χωρεῖν αὐτοὺς τὴν γῆν οὐχ οἷον ἦν, μάχην οἱ ποιμένες πρὸς ἀλλήλους συνάπτουσι· τοῦ τοίνυν Ἀβραὰμ εὐλαβηθέντος, τήν τε προτίμησιν εἰ θέλοι τῆς γῆς ὑποχωρῆσαι τῷ Λὼτ παρεσχηκότος αὐτοῦ, πανοικίᾳ μετατίθεται· τῶν δὲ τόπων οἱ ἄνδρες ἀδικώτατοι λίαν παντοίαις ἐμφυρόμενοι σαρκὸς ἀσελγείαις· τῆς τοίνυν αὐτῶν ἀσεβείας πληθυνθείσης, εἰκὸς τὴν θείαν ἐπ' αὐτοὺς μετιέναι ὀργήν· αὐτοῦ τε τοῦ Θεοῦ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον τῷ δικαίῳ περὶ τούτου διαλεχθέντος Ἀβραὰμ, ἐν τῇ παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ θρυλλουμένῃ ξεναγωγίᾳ· δύο τοιγαροῦν τοῖς Σοδόμων ἀποσταλέντων ἀγγέλων εἰς τὸ καταστρέψαι, τὸν μὲν Λὼτ αὐτίκα τῇ πύλῃ προσκαθεζόμενον, ἅτε φιλόξενον ὄντα καὶ ἄνδρα δίκαιον, εἰσοικίσασθαι τούτους συνέβη· τῶν δὲ γεγονότων εἴσω τῶν οἴκων, ἅπαντας θύραζε τοὺς Σοδομίτας πρεσβυτέρους ἅμα καὶ νέους τὸν Λὼτ ἐκκαλουμένους, ἐναγώνιον εἶναι· καὶ ὁ μὲν δίκαιος Λὼτ ἠπίως αὐτοὺς καταστέλλειν ἐπειρᾶτο, δυοῖν παῖδε προβαλλόμενος τοῖς ἀκολάστοις εἰς ἐπιθυμίας ὑπηρεσίαν ἀνδρῶν καθεστηκυίας ἐν συνουσίᾳ μηδέπω· ἀπωσθεὶς δὲ καὶ κινδυνεύσας ὑπ' αὐτῶν συντριβῆναι, τοῖς οἰκείοις προσραγεὶς κατὰ τὰς θύρας, ἐπικουρίας τῆς παρὰ τῶν ἀγγέλων τυχὼν, εἴσω χωρήσας διεσώθη· τοὺς δέ τις πρὸ τῶν θυρῶν ἐπήχλυσεν ἀορασία προσεωχθεὶς αὐτῶν· παρελύθησαν γὰρ καὶ ταύτας περιάγοντες οὐκ ἠδύναντο γνῶναι· τότε δὴ τὸν Λὼτ οἱ θεῖοι κατέσπευδον ἄγγελοι, πανοικὶ αὐτὸν αὐτόσε διαδρᾶσαι, μὴ προσβλέψαι δὲ πορευόμενον εἰς δεξιὰ ἢ ἐπ' ἀριστερά· τισὶ δὲ τῶν ἐγχωρίων ἐπιγαμβρευθεῖσιν αὐτῷ διαλεχθεὶς, καὶ νομισθεὶς γελοιάζειν, ὑπό τε τῶν ἀγγέλων ἐξελθεῖν συνωθούμενος, δυσὶν ἅμα κορίοις ἀμωμήτοις ἔξεισι καὶ τῇ γυναικί· πυρὸς δὲ θείου κατὰ τῶν Σοδόμων οὐρανόθεν ἐπομβρισθέντος, εἰς τοὐπίσω τὴν γυναῖκα τοῦ Λὼτ ἐπεστραμμένην πρὸς θεωρίαν, ἄψυχος ἐξεικονίζει στήλη ἁλός· μή τι δὲ συμπαραληφθείη τῷ Σοδομιτικῷ πυρὶ δεδιττόμενος ὁ δίκαιος Λὼτ, ἐπεὶ μὴ τέως προσαγαγεῖν οἷός τε ἦν τῷ ὄρει, πολίδριον αὐτόσε Σηγὼρ προσαγορευόμενον, προσφύγιον ἐξητήσατο· τούτου δὲ γεγονότος αὐτόθι διασωθεὶς, ἄνεισιν ἐπὶ τὸ ὄρος εὐκαιρίας λαβόμενος· Σόδομα τοιγαροῦν ὁ θεῖος Γρηγόριος τὴν ἐν ἁμαρτίαις φησὶ διατριβὴν, Λὼτ δὲ πρόσωπον εἶναι τῆς ἀρετῆς λέγει· τὸν τοίνυν ἐξ ἁμαρτίας ἀναχωροῦντα, μὴ πάλιν ἐπ' αὐτὴν ἐπιστρέφειν· τοῦτο γάρ ἐστιν εἰς τοὐπίσω βλέψαι καὶ στήλην παγῆναι ἁλός· πρὸς γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπεστραμμένην τὴν τοῦ Λὼτ γαμετὴν, εἰκὸς τοῦτο παθεῖν· στήλη δὲ δράματός ἐστιν ἐμφανὲς κατηγόρημα, διατρέχον εἰς τὸ διηνεκές· πόλιν δὲ Σηγὼρ, τὴν ἱδρυμένην ὑπ' ἀρετῆς ψυχὴν ὑποληπτέον, ἣν πρὸς ὕψος τελειότητος κατεπείγεσθαι ταῖς κατὰ Θεὸν ἀναβάσεσιν, ἀλλὰ μὴ μένειν πρὸ ποδῶν· ῥᾳθυμίας γὰρ καὶ τοῦτο καταδίκην κέκτηται.

577 *Τειρόμενος κάμπτω σοι γούνατα, πέμψον [ἔμοιγε,*
578 *Δακτύλῳ ἰκμαλέῳ ξηρὴν φλογὶ Λάζαρον ὦκα*
579 *Γλῶσσαν ἀναψύξοντα, χάος δέ με μηκέτ' [ἐρύκοι,*
580 *Μηδ' Ἀβραὰμ μεγάλων κόλπων ἀπὸ τηλόθι [βάλλοι,*
581 *Πλούσιον ἐν παθέεσσι. Τεὴν δ' ἐπὶ χεῖρα κρα- [ταιήν.*

quod Abraham super omnia Deum diligeret, et arietem ad arborem, quæ samec vocatur, cornibus implicatum pro filio traditum sacrificari jussit. Quo facto ad suos reversus est salvumque reduxit filium unigenitum.

Sodoma est regio ad Jordanem sita, ubi quinque urbes fuerunt. Erat autem, priusquam everteretur, terra amœna ac fertilissima, Ægypti instar irrigata, eamque Lot habitavit. Cum enim Lot cognatus esset Abraham et cum eo a teneris Chananæam incoluisset, accidit ut illic sedem figeret, hoc modo : Et ipse et Abraham numerosos habebant greges adeo ut terra capere eos non posset, ideoque pastores sese invicem infestarent. Quare cum Abraham prudenti consilio copiam ei faceret eligendi quamcunque vellet terram, Lot illuc transmigravit cum tota familia. Incolæ porro regionis illius admodum erant impii, variis corporis libidinibus inquinati. Qua impietate ad summum fastigium evecta non potuit fieri, quin iram divinam experirentur : et hac de re Deus ipse in faciem Abraham collocutus est, cum ab eo, ut Scriptura sacra dicit, hospitio illo sæpe laudato exciperetur. Duos autem angelos qui ad Sodomitas convertendos missi erant, Lot ad portam considens, utpote vir hospitalis ac justus, in domum suam recepit. Qui cum ingressi essent, omnes Sodomitæ et seniores et juvenes Lot foras evocaverunt et cum eo litigaverunt : justus autem Lot, ut erat mansuetus, satisfacere iis conabatur, et scelestis obtulit duas filias nondum virum expertas, quibus libidinem suam explerent. At vero repulsus ac pene oppressus, nonnisi a suis ad januam retractus angelorumque auxilio sustentatus domum suam incolumis ingressus est : qui autem foris erant, oculorum acie defecerunt, ita ut hac et illac errantes januam reperire haud possent. Tunc igitur divini angeli compulerunt Lot, ut illinc discederet, in itinere autem nec ad dextram nec ad sinistram prospiceret. Cum autem nonnullos affines hac de re moneret, eum ludibria agere opinati sunt, quare ab angelis ad fugam concitatus, cum duabus filiabus omnino integris et uxore discessit. Quoniam porro, igne divino cœlitus in Sodoma delabente, uxor Lot retrorsum oculos convertit, exanimis in columnam salis transmutatur : justus Lot autem, ne perterritus etiam flammis Sodomiticis hauriretur, cum ad montem pertingere non posset, in urbem Segor nominatam sese recepit. Quo facto conservatus,

Viri Græcorum docti tonitru dicunt a Cyclopibus originem trahere. Cyclopes in insula Sicilia regiones montanas habitasse feruntur, vitam pastoralem degentes; insuper anthropophagi appellantur. Eorum in numero tres statura præcellunt, Brontes, Asteropes, Arges, qui, fabri cum sint ærarii, tonitrua et fulgura Jovi fabricarunt. Cyclopes secundum Hesiodum nominantur quod unum oculum in circuli modum habebant. Palæphatus autem cyclopes eos vocat, quod insulam circularem incolebant. Hi porro Ulyssis socios persecuti sunt; quo enim tempore Ulysses errans in eas regiones venisset et apud Cyclopem devertisset, in antrum cum sociis includitur, in quo Cyclops cum grege pernoctabat, interdiu autem, lapide maximo ad antri os obvoluto, gregem pascebat. E sociis cum Ulysse ita conclusis, homo monstrosus unum quotidie manducavit, Ulyssem sibi reservans ultimum. Cyclops relicto in spelunca palo quem in querceto exciderat, et cujus altitudo navis malum æquabat, discessit. Ulysses ejus ope præacuti, monstri oculum excæcavit; rogatusque nomen suum, Οὔτις nominor, respondit. Ubi per ordinem successionis Ulysses manducandus esset, vinum Cyclopi offert dicens: Amabo, bibe. Cyclops cum præter consuetudinem bibisset, inebriatusque dormiret, palo eum excæcavit. Post ubi resipuisset seque cæcum sentiret, ad portam antri Ulyssem manibus quærebat, nec invenit, quippe qui arietis abdomini se alligasset. Tum lapide amoto unamquamque ovium egredientium investigabat, Ulysse, ut diximus, per dolum exeunte; de quo postea multus risus. Inimicum deinde nave conscensa aufugisse sentiens, saxa in navigantem jaculatus est atque ita maris fluctus sublevavit. Postremo Ulysses post tot tantaque rerum discrimina, cum Cyclops saxa jacere desiisset, credens ita se naviganti magis prodesse quam obesse, vociferatus cum ululatu omnes Cyclopes convocat; qui cum auctorem infortunii nosse vellent, ille, Οὔτις (nemo) me interficit, quærentibus reponit. Si nemo te interficit, numen aliquod divinum experiris; atque ita abierunt. Gregorius Proheresii eloquentiam vere Atticam cum tonitru comparat ejusque effectus contra Græciam fulgurare opinatur.

(1) Apud Murator. epigr. 1 [nunc 5, ed. nov. p. 1109]

τῆς σημαίνων πρὸς τὴν καλλιέπειαν καὶ τέχνην ἐναρμόνιον, εἴτε τοὺς λόγους τοῦ οἰκείου σοφιστοῦ Προαιρεσίου νεόκτυπον ὡς βροντὴν κατὰ τὴν Ἑλλάδα φερομένους, καὶ νέον τι βροντῶντας, ἀποσκοπήσας ταῦτά φησι.

ΛΟΓΟΣ ΠΔ', ΛΟΓΟΣ ΠΕ'. *Εἰς Μαρτινιανόν* (1).

Εἴ τις Τάνταλός ἐστιν ἐν ὕδασιν αὖος ἀπίστοις,
Εἴ τις ὑπὲρ κεφαλῆς πέτρος ἀεὶ φοβέων.

Τάνταλος υἱὸς ἦν τοῦ Διός. Οὗτος, ὡς Ἕλληνές φασιν, ἠξιώθη τῆς τραπέζης τῶν θεῶν, καὶ ἀξιωθεὶς ἐδημοσίευσεν τὰ μυστήρια αὐτῶν, καὶ κολάζεται κόλασιν διὰ τοῦτο τοιάνδε· Ἐν τοῖς ὑπὸ γῆν δικαιωτηρίοις ἐστὶν ἔχων πέτραν ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ κάτω ὕδωρ πολὺ καὶ βλαστήματα καρποφόρα, καὶ ἦρται ὁ λίθος κατ' αὐτοῦ. Ἐὰν οὖν θέλει πιεῖν ἐκ τοῦ παρακειμένου ὕδατος, πίπτει ἡ πέτρα ἐπάνω αὐτοῦ, καὶ τιμωρεῖται. Οὕτως οὖν λιμῷ καὶ δίψει τήκεται, ὁρῶν μὲν ἀφ' ὧν ἔδει φαγεῖν καὶ πιεῖν, μὴ δυνάμενος δὲ διὰ τὴν ἐπηρτημένην αὐτῷ πέτραν. Μέμνηται δὲ τούτων καὶ ἀλλαχοῦ Γρηγόριος ὁ θεῖος λέγων· Ἢ τὸ τοῦ μύθου πείσεσθαι, ἀνυδρίᾳ ξηραίνεσθαι ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος.

Δαπτόμενόν τ' ὄρνισιν ἀγήραον ἧπαρ ἀλιτροῦ.

Μέμνηται τούτου καὶ ἀλλαχοῦ, κείρεσθαι λέγων τὸ ἧπαρ ὑπὸ τῶν ὀρνίθων· ἔστι δὲ ἡ κατὰ τὸν Προμηθέα ἱστορία. Προμηθεὺς οὗτος λέγεται κλέψαι τὸ πῦρ παρὰ τῶν θεῶν, καὶ ἐνεγκεῖν εἰς ἀνθρώπους, καὶ ὅτι περὶ τὰ κρέα τῆς θυσίας ἀπατήσας τὸν Δία, εἰς ὀργὰς ἐκίνησεν διττάς. Ζεὺς οὖν βουλόμενος αὐτὸν τιμωρήσασθαι, ἐποίησεν ἀετὸν κατεσθίειν αὐτοῦ τὸ ἧπαρ, καὶ τὴν μὲν ἡμέραν κατήσθιε τὸ ἧπαρ, τὴν δὲ νύκτα πάλιν ἀνεπληροῦτο, καὶ πάλιν ἤρχετο ὁ ἀετὸς καὶ ἤσθιεν αὐτὸ, ἕως οὗ ὁ Ἡρακλῆς ἐλθὼν ἐτόξευσεν τοῦτο τὸ ὄρνεον. Ἀγήραον δέ φησι κατεσθίεσθαι δι' ὃν ἔφαμεν τρόπον, ὅτι κατὰ πᾶσαν νύκτα πληρούμενον, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοῦ Προμηθέως τὸ ἧπαρ ἠσθίετο. Τούτων τεσσάρων ἱστοριῶν ὑφ' ἓν μέμνηται Γρηγόριος ὁ θεῖος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν *Στηλιτευτικῶν* αὐτοῦ λόγων· φημὶ δὴ τῆς κατὰ τὸν Τάνταλον, ἐν οἷς αὐτὸν καὶ ἐπιγενείοις τοῖς ὕδασιν οὖσιν ξηραίνεσθαί φησιν, ὅτι τῆς γενειάδος μὲν ἅπτεται τοῦ ὕδατος, δίψει δὲ φλεγόμενος πιεῖν οὐ δύναται διὰ τὸν τῆς ἐπηρτημένης πέτρας φόβον· ὡσαύτως τῆς Ἰξίονος περιφορᾶς, περὶ ἧς ἡμῖν εἴρηται ἐν τῷ *Περὶ ψυχῆς* λόγῳ, ὅτι τῆς Ἥρας ὁ Ἰξίων ἐρασθεὶς, τροχῷ δεσμεῖται ὑπὸ Διὸς διηνεκῶς ῥοιζούμενος, καὶ τοῦτον κολαζόμενος τὸν τρόπον· εἶτα δὲ καὶ περὶ Προμηθέως, ὅτι τὸ πῦρ κλέψας καὶ τὸν Δία περὶ τὰ κρέα τῆς θυσίας ἀπατήσας, διηνεκῶς τὸ ἧπαρ ὑπ' ἀετοῦ κατεσθίεται.

Καὶ πυρόεις ποταμὸς καὶ ζόφος ἀθάνατος,
Ταρτάρεοί τε μυχοὶ καὶ δαίμονες ἀγριόθυμοι.

Κεῖται περὶ Φλεγέθοντος καὶ ζόφου καὶ Ταρτάρου καὶ Κωκυτοῦ καὶ Ἀχέροντος ἐν τῷ ιδ' λόγῳ. Πλάτων γὰρ ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ *Φαίδωνι* περὶ τούτων διεξῆλθεν.

Ἄλλαι τε φθιμένων τίσιες εἰν ἀΐδῃ.

Τῆς Λητοῦς ἐρασθῆναι λέγεται Τιτυὸς, καὶ ἐρασθεὶς αὐτῆς ἐκράτησεν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ κρηδέμνου· Ἄρτεμις δὲ καὶ Ἀπόλλων παῖδες ὄντες τῆς Λητοῦς κατετόξευσαν αὐτὸν καὶ ἀνεῖλον· καὶ νῦν, φησὶν, ἐν τῷ ᾅδῃ ἔχει τὰ βέλη ἐμπεπαρμένα καὶ κολάζεται· καὶ τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν ὁ θεῖος Γρηγόριος· *Ἄλλαι τε φθιμένων τίσιες εἰν Ἀΐδῃ.*

Ὡς φοβεραὶ (2) *ψυχῶν μάστιγες οὐχ ὁσίων·*
Οὗτος ἐμοῖσι λίθοισι φέρει στονόεντα σίδηρον,
Οὗτος ἐμοί, φεῦ φεῦ, ποῦ δὲ λίθος Σισύφου;

CARMINA LXXXIV, LXXXV. *Ad Martinianum.*

Tantalus, Jovis filius, ad deorum mensam, ut Græci dicunt, adhibitus est; sed postquam eorum arcana revelasset, hancce pœnam subiit. Ad inferos relegatus saxum capiti habet imminentem, infraque aquam copiosam et ramos frugiferos. Quando aquam bibere præsumit, saxum minatur. Sic itaque fame ac siti languet: cibus et potus adsunt, sed adest etiam saxum. Gregorius eorumdem quoque meminit alio loco: fabulam docere, fieri posse, ut aliquis in mediis aquis ariditate languescat.

Passim dicit, hepar ab avibus corrodi; factum autem legimus in Prometheo, qui ignem de cœlo raptum hominibus detulisse fertur, et ob carnes inter sacrificandum dolose subreptas duplicem Jovis iram incurrisse. Hic ultionem ab eo sumpturus, aquilam misit, qui hepar miseri ita tunderet, ut quod interdiu ablatum fuerat, noctu succresceret, donec Hercules avem telo occideret, tormentumque cessaret. Gregorius has quatuor narrationes singillatim memorat in suis contra Julianum orationibus; eam, inquam, quæ de Tantalo est, quem in mediis aquis siti languescere dicit. Aquam enim quasi manibus tangit miser siti laborans, sed ob saxum imminens eam explere nequit; altera est de Ixione cum rota simul circumagitato de quo nos in sermone *De anima* verba fecimus, dicentes, Ixionem ob amorem Junonis rotæ alligatum una cum ea ad perpetuam circumvolutionem damnatum fuisse. Deinde Prometheus, cujus ob ignem subreptum et fraudem Jovi inter sacrificandum illatam pœna ea est ut hepar ejus quotidianis aquilæ morsibus corrodatur. De Phlegethonte, de tenebris Tartareis, de Cocyto atque Acheronte in decimo quarto carmine dictum est. Plato etiam philosophus de iis in *Phædone* disseruit.

Tityum dicunt Latonæ amore captum illam veste arreptam capere voluisse. Artemis autem et Apollo, Latonæ liberi, telis eum transfoderunt. Sed nunc quoque, prosequitur, telis confoditur, et sic pœnas dat. Hi sunt quos Gregorius innuit dicens: Aliæque perditorum in inferno pœnæ.

Sisyphus ille criminosus qui multum in Jovem peccaverat, et, secundum fabulam, Asopo fluvio filiam suam a Jove raptam cum indicasset, quinque annis Mortem in vincula conjecit; et cum per hoc tempus nemo decederet, Mors soluta e vinculis eum rapuit, et in orco positum ita punivit. Jupiter eum condemnavit ut saxum prægrande in collem manibus volvendo tolleret; quod ubi in cacumine advenit, subito

(1) Apud Murator. carm. 5 [nunc 40, ed. nov. p. 1123]

(2) Apud Murator. epigr. 9 [nunc 46, ed. nov. p. 1123].

Πανοῦργος ὁ Σίσυφος καὶ πολλὰ εἰς τὸν Δία ἁμαρτὼν, ὡς ὁ μῦθος, τῷ μὲν Ἀσωπῷ ποταμῷ τὴν ἥνπερ αὐτοῦ Ζεὺς ἥρπασε θυγατέρα δείξας, χρόνοις ε' δεσμεύει τὸν θάνατον· μηδενὸς δὲ τοσοῦτον ἐπὶ χρόνον τελευτῶντος, λυθεὶς ὁ θάνατος αὐτὸν ἀφαιρεῖται· γενόμενος ἐν τοῖς ᾅδου δὲ ταύτην ἔσχε τὴν τιμωρίαν· Λίθον αὐτὸν μέγαν ἀνακυλίειν ὁ Ζεὺς προσέταξεν ἐπί τι γεώλοφον· ὁ δὲ λίθος ἐπ' ἄκρῳ γενόμενος τῷ βουνῷ, αὖθις κατεκυλινδεύετο, ἕως οὗ τὸ πεδίον κατελάμβανεν· ὁ δὲ Σίσυφος τοῦτον πάλιν ἀνάγων, μόχθῳ πολλῷ διηνεκῆ τιμωρίαν ὑπέμεινεν.

ΛΟΓΟΣ ΠΖ', ΛΟΓΟΣ ΠΗ'. *Εἰς Εὐφήμιον* (1).

Αἱ Χάριτες Μούσῃσι· Τί ῥέξομεν; οὐκέτ' ἄγαλμα
Χειρῶν ἡμετέρων Εὐφήμιος ἐν μερόπεσσι;
Κ' αἱ Μοῦσαι Χαρίτεσσιν· Ἐπεὶ φθόνος ἐστὶν ἀλιτρός.

Χάριτές εἰσι τρεῖς, Πασιθέα, ἡ Πειθὼ, καὶ Εἰρήνη (2). Μοῦσαι δὲ ἐκ Διὸς καὶ Μνημοσύνης ἐννέα, Κλειὼ, Εὐτέρπη, Θάλεια, Μελπομένη, Τερψιχόρη, Ἐρατὼ, Πολυμνία, Οὐρανίη, Καλλιόπη, ἥτις καὶ προέχει πασῶν. Ταύτης υἱὸν φημίζουσιν Ὅμηρον τὸν ποιητὴν Ἑλλήνων, ὃς τῶν ἄλλων παρ' αὐτοῖς ἐστιν ἐπίσημος. Ταύτας δὲ πάντας μουσικοῦ τυγχάνειν ἐφόρους φασί· ταύτῃ καὶ μουσικὸν ἅπαν, τὸ τερπνὸν νομιζόμενον, καὶ μουσόπνευστος ὁ περί τι τῶν τοιούτων δεξιός· μουσότευκτος δὲ ἄγαν ὁ εὔμορφος.

Κάλλιμος (3) ἦν λέων Εὐφημιὰς, ὃς σε θανών περ
Κάλλιμος ἐν χώροις χώροις ἔδ' Ἠλυσίοις.

Μέμνηται τῶν Ἠλυσίων πεδίων ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ *εἰς Βασίλειον* τὸν θεῖον λόγῳ, φάσκων ἐπὶ λέξεως ὧδε· « Οὐδὲν ὁ Μίνως ἐκεῖνος καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς, οὓς ἀσφοδελῶν λειμώνων καὶ Ἠλυσίων πεδίων ἐτίμησαν Ἕλληνες. » Πλάτων μὲν οὖν ὁ φιλόσοφος, ἐν τῷ *Φαίδωνι* περὶ Ταρτάρου καὶ Πυριφλεγέθοντος Κωκυτοῦ τε καὶ Ἀχέροντος εἰπὼν, καὶ ὅτι τοὺς κακοὺς ἐκεῖσε δεῖ κολάζεσθαι, φησὶ καὶ περὶ τῶν ἀσφοδελῶν λειμώνων, καὶ Ἠλυσίων πεδίων, ὅτι δὴ τοὺς ἀρετῇ βεβιωκότας τοιοῦτος ὑποδέξεται χῶρος. Τὸ μὲν οὖν Ἠλύσιόν ἐστιν ὄνομα τοῦ τόπου, οἱονεὶ ἀλύσιον καὶ ἀπολύσιον· τὸ δὲ τοῦ ἀσφοδελοῦ, καὶ τοῦτο φυτοῦ τινός ἐστιν ὄνομα, ὀσμὴν ἔχοντος οὐ φαύλην καὶ τὸ ἄνθος ἐπιτερπές. Ἕλληνες οὖν φασιν, ὅτι ὁ Μίνως καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς εἰς τοῦτον μετετέθησαν τὸν χῶρον, ὡς εὐσεβεῖς. Λέγονται γὰρ οὗτοι Διὸς υἱοὶ, ὧν ὁ μὲν Μίνως νομοθέτης ἦν, παρὰ τοῦ πατρὸς δεξάμενος τὴν νομοθετικήν· ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς δίκαιος δικαστὴς, ὡς παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν δικαιοσύνην μαθών· διὸ τοιούτοις αὐτοὺς μετὰ θάνατον τιμῶσι χώροις. Γρηγόριος δὲ ὁ θεῖος Βασίλειον τὸν μέγαν, ταῖς ὄντως ἀρεταῖς ἀπαστράψαντα βουλόμενος ὑπερεξᾶραι καὶ ἐκ τῶν ἔξωθεν, Οὐδὲν, φησὶ, πρὸς τοῦτον ὁ Μίνως ἐκεῖνος καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς, οὓς τοσοῦτον ἐθαύμασαν Ἕλληνες ἐπ' εὐσεβείᾳ, ὡς καὶ τοιοῦτον αὐτοῖς μυθολογῆσαι χῶρον, φημὶ δὴ τὸν Ἠλύσιον καὶ ἀσφοδελὸν λειμῶνα. Καὶ μέν τοι Εὐφήμιον νέον ὄντα καὶ πολλαῖς ἀρεταῖς διαπρέψαντα κάλλιστον ἐν χώροις φησὶν ὁ θεῖος Γρηγόριος· ὁ δὲ χῶρος Ἠλύσιος, τοῦτ' ἔστι τερπνός τε ὁμοῦ καὶ τῶν πώποτε θαυμαζομένων οὐ δεύτερος.

ΛΟΓΟΙ ΠΘ', Ϟ', ϞΑ', ϞΒ', ϞΓ', ϞΔ', ϞΕ', ϞϚ', ϞΖ', ϞΗ'.

Εἰς Καισάριον τὸν ἀδελφόν (4).

Εἴ τινα δένδρον ἔθηκε γόος καὶ εἴ τινα πέτρην,
Εἴ τις καὶ πηγὴ ῥεῦσεν ὀδυρομένη,
Πέτραι καὶ ποταμοὶ καὶ δένδρεα λυπρὰ πέλοισθε
Πάντες Καισαρίῳ γείτονες ἠδὲ φίλοι.

Δένδρα μὲν ἔθηκεν ὁ θρῆνος τὰς τοῦ Φαέθοντος ἀδελφάς· ὃς υἱὸς ὢν τοῦ Ἡλίου, ὡς ὁ μῦθος, θνητὸς,

delapsum in planitiem cecidit. Sisyphus iterato labore et extenuato corpore, pœnam sempiternam dedit.

CARMINA LXXXVII, LXXXVIII. *Ad Euphemium.*

Gratiæ sunt tres, Pasithea, Pithon, Irene. Musæ, Jovis et Mnemosynes filiæ, sunt novem : Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpsichore, Erato, Polymnia, Urania, et omnium prima Calliope, cujus filium dicunt Homerum qui apud Græcos maxime honoratur. Eas omnes artium ingenuarum præsides prædicant. Ad Musas igitur pertinere putatur, quodquod gratum est, sive μουσόπνευστος aliquis sit sive μουσότευκτος.

De campis Elysiis divus Gregorius in sermone *De divino Basilio* hæc dicit : Nullius pretii ille Minos et Rhadamanthus quos Græci in pratis florentibus Elysiisque campis honorant. Plato philosophus certe in *Phædone* disserens de Tartaro, de Pyriphlegethonte, de Cocyto et Acheronte dicit ibi malos pœnas subire ; de pratis item floridis et campis Elysiis loquitur ut de loco qui recipit eos qui in vita virtutem exercuerunt. Elysium itaque est nomen loci, sicut ἀλύσιον et ἀπολύσιον. Quod ad asphodelum attinet, nomen est plantæ odoris boni florem gignentis amœnissimum. In hunc igitur locum Græci Minoem et Rhadamanthum utpote viros probos translatos esse perhibent. Sunt autem Jovis filii : Minos legislator, leges condendi arte a patre accepta ; Rhadamanthus autem judex justus, utpote a patre justitiam edoctus ; quare etiam mortuos eos inibi mortales venerantur. Gregorius porro Basilium Magnum qui virtutibus cunctis præfulserat, laudibus celebrare volens, dicit : Nihil cum illo comparati Minos, Rhadamanthus, quos Græci adeo venerati sunt virtutis gratia, ut eis campum Elysium et pratum semper florens assignarent. Gregorius Euphemium, adolescentem forma maxime egregium in istis locis commoratum esse refert. Est autem campus elysius, locus perquam amœnus nullique, quoad pulchritudinem, secundus.

CARMINA LXXXIX-XCVIII. *In Cæsarium fratrem.*

Luctus in arbores mutavit sorores Phaethontis, qui Solis filius mortalis et ætate florens rogavit patrem

(1) Apud eumdem. epigr. 27 [nunc 35, ed. nov. p. 1121].

(2) Codex Πασιθέα, exin lacuna, in qua recentior manus scripsit ἡ Πειθὼ καὶ Εἰρήνη.

(3) Apud Murator. epigr. 28 [nunc 36, ed. nov. p. 1121].

(4) Apud Murator. epigr. 64 [nunc 18, ed. nov. p. 111..]

νήπιος ὢν ᾔτει τὸν πατέρα τὸ πύρινον ἡνιοχῆσαι ἅρμα, καὶ λάμψαι τοῖς ἀνθρώποις· οὐκ ἰσχύσας δὲ οὐδὲ τὴν κατὰ τάξιν εὑρηκὼς ἐξανύσαι πορείαν, ὡς ἔνιοι, κεραυνωθεὶς ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐῤῥίφη, ὡς δὲ ἕτεροι, ὑπὸ τῆς ἀμέτρου φλογὸς τοῦ πυρίνου ἅρματος κατεκάη. Τοῦτον αἱ ἀδελφαὶ ἐπένθουν οἰκτρῶς· ἃς ἐλεήσας ὁ Ζεὺς εἰς αἰγείρους μετέβαλεν. Αὗται λέγονται καὶ μετὰ τὸ ἀποδενδρωθῆναι δακρύειν ἤλεκτρον ἐν τῷ Πακτώλῳ (*ita cod.*) ποταμῷ. Ἡ δὲ Νιόβη ἓξ υἱοὺς καὶ ἓξ θυγατέρας ἐσχηκυῖα κατεκαυχᾶτο τῆς Λητοῦς, ὡς αὕτη μὲν δύο τέτοκεν τῷ Διΐ, αὐτὴ δὲ δώδεκα· ἀνθ' ὧν οἱ τῆς Λητοῦς ὀξυνθέντες Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις ἀπέκτειναν τοὺς ἐξ αὐτῆς· ἡ δὲ τῷ πένθει κατείχετο. Ταύτην ὁ Ζεὺς οἰκτείρας, ἐκείνους μὲν ἔθαψεν, αὐτὴν δὲ εἰς λίθον μετέβαλεν, ἀφ' ἧς τῶν ὀφθαλμῶν πηγὰς δακρύων ἐκρέειν φασὶν καὶ μέχρι τοῦ νῦν.

ΛΟΓΟΣ ϞΘ', ΛΟΓΟΣ Ρ'.

Εἰς τὸν πατέρα (1).

Μέμνηται Μωϋσέως καὶ τῆς Βηθλεὲμ καὶ τῆς Χριστοῦ μεταμορφώσεως. Κεῖνται δὲ ἱστορίαι ἐν τοῖς ἤδη προλεχθεῖσιν.

ΛΟΓΟΣ ΡΑ'.

Εἰς τὴν μητέρα (2).

Σάῤῥα σοφὴ τίουσα φίλον πόσιν.

Σάῤῥα μεμαρτύρηται τὸν Ἀβραὰμ τετιμηκέναι, καθὼς Πέτρος φησὶν ὁ ἀπόστολος, ὡς Σάῤῥα τῷ Ἀβραὰμ ὑπήκουσεν, κύριον αὐτὸν καλοῦσα. Καὶ γὰρ ὅτε πρὸς αὐτὴν περὶ τοῦ Ἰσαὰκ γέγονεν ἐπαγγελία, ὑπὸ τὴν σκηνὴν οὖσα, λεγόντων ἀκούσασα πρὸς Ἀβραὰμ τῶν ξενωθέντων αὐτοῖς ἀγγέλων περὶ τῆς συλλήψεως αὐτῆς, ἐγέλασεν, καί φησιν· *Εἰ οὔπω μέν μοι γέγονεν ἄχρι τοῦ νῦν, ὁ δὲ κύριός μου πρεσβύτης·* διὸ καὶ ἠρνήσατο μετέπειτα φοβηθεῖσα, καὶ ὡς *Οὐκ ἐγέλασα*, λέγουσα· ὅμως κατὰ τὸν καιρὸν εἰς ὥρας τὸν Ἰσαὰκ τέτοκεν.

Ἄννα σὺ δ' υἷα φίλον καὶ τέκες εὐξαμένη.
Καὶ νηῷ μιν ἔδωκας ἁγνὸν θεράποντα Σαμουήλ.

Ἡ μὲν τοῦ Σαμουὴλ μήτηρ Ἄννα τὸν Σαμουὴλ εὐξαμένη τῷ Θεῷ καὶ τεκοῦσα προσήνεγκεν· ἡ δὲ Νόννα τοῦ θείου Γρηγορίου ἡ μήτηρ καὶ τέτοκεν εὐξαμένη, καὶ τῷ Θεῷ τουτονὶ τὸν μέγαν παρέσχεν ἀρχιερέα.

Ἡ δ' ἑτέρη κόλποις Χριστὸν ἔδεκτο μέγαν.

Ἑτέρα ἐστὶν Ἄννα τῆς Θεοτόκου ἡ μήτηρ (3), ἥτις τὴν Μαριὰμ διὰ τῆς προσευχῆς κυήσασα, Χριστὸν δι' αὐτῆς τὸν ὄντως μέγαν Θεὸν ἀνθρωπίνως τοῖς κόλποις ὑπεδέξατο. Μήτηρ μὲν οὖν Χριστοῦ Μαρία ἡ Θεοτόκος, Μαρίας δὲ μήτηρ Ἄννα, καὶ πατὴρ Ἰωακείμ.

Sequentia usque ad carm. 140 continuatim leguntur in codice.

Ἐμπεδόκλεις (4), σὲ μὲν αὐτίκ' ἐνώπια φυσιόωντα,
Καὶ βροτὸν Αἰτναίοιο πυρὸς κρητῆρες ἔδειξαν.

Ὁ Ἐμπεδοκλῆς βουλόμενος ἑαυτῷ Θεοῦ δόξαν περιποιήσασθαι, ἐν τῷ ἀναδιδομένῳ πυρὶ τῆς Αἴτνης βαλὼν ἑαυτὸν ἀνῃρέθη. Κεῖται ἡ ἱστορία ἐν τῷ ξδ' λόγῳ.

Νόννη δ' οὐ κρητῆρας ἐσήλατο, πρὸς δὲ τραπέζῃ
Τῇδέ ποτ' εὐχομένη καθαρὸν θύος ἔνθεν ἀέρθη.
Καὶ νῦν θηλυτέρῃσι μεταπρέπει εὐσεβέεσσι
Σουσάννῃ Μαριάμ τε καὶ Ἄννας ἕρμα γυναικῶν.

Σουσάννα σώφρων οὖσα, χεῖρας ἀθεσμοτάτας ἐξέφυγεν ἱερέων ἀκολάστων. Κεῖται ἐν τῷ γ' λόγῳ. Μαριὰμ δέ ἐστιν ἡ Μωϋσέως ἀδελφὴ καὶ Ἀαρὼν,

ut currum igneum sibi conducendum concederet. Imperitus autem artis currum regendi et paterna præcepta prudentia exsequendo impar, fulmine tactus ex alto cecidit, secundum alios autem flammis currus igniti consumptus est. Sororum fratrem amare lugentium Jupiter misertus, in populos eas mutavit. Quo facto illæ electrum prope Pactolum lacrymando distillare dicuntur. — Niobe sex filiorum et totidem filiarum genitrix, Latonam præ se despiciebat quod duo pepererat Jovi, ipsa vero duodecim. Hinc Apollo et Diana indignati Niobæ liberos omnes trucidarunt, ipsamque dolentem, liberis sepultis, in lapidem mutaverunt matrem, cujus ex oculis fontes lacrymarum fluere perenniter fabulantur.

CARMINA XCIX, C. *Ad patrem.*

De Moyse, de Bethlehem, deque Christi transfiguratione sermo est. Quæ omnia supra memorata sunt.

CARMEN CI. *Ad matrem.*

Abrahamum constat a Sara uxore in maximo honore habitum fuisse, et Petrus apostolus dicit : *Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocando*[1]. Ubi enim Isaac ex ea nascendus ei annuntiabatur, pone tentorium stans, angelos hospitio exceptos ea de re loquentes audiens risit, dicens : *Nondum tale mihi obtigit, et dominus meus vetulus est ;* ideo etiam præ timore negavit se risisse ; sed nihilominus tempore et hora statutis Isaacum peperit.

Anna, mater Samuelis cum filium vovisset Domino, ubi pepererat, eum Deo obtulit ; sed Nonna quoque, divi Gregorii mater, precibus suis efflagitavit filium a Deo, et postea magnum archipresbyterum Deo consecravit.

Altera Anna, Deiparæ mater, filiam Mariam precando adepta, Christum, vere Deum, per eam more humano in sinu suo concepit. Mater ergo Christi est Maria Deipara ; Mariæ autem parentes Anna et Joachim.

Empedocles divino se honore circumdaturus in Ætnæ flammas se præcipitavit, et sic interiit.

[1] I Petr., III, 6.

(1) Apud Murator. epigr. 75, 78, 81 [nunc 57, 62, 65 ; ed. nov. p. 1131, 1133].

(2) Apud Murator. epigr. 84 [nunc 68, ed. nov. p. 1135].

(3) Ergo videtur corrigendus Muratorius, qui Annam hic intelligit illam piam vetulam, quæ Jesum parvulum in templo cum Simeone excepit. Certe hoc Cosmæ priscum testimonium pro Anna divæ Virginis genitrice non est negligendum.

(4) Apud Murator. epigr. 85 [nunc 69, ed. nov. ibid.].

ἥτις μετὰ τὴν διάβασιν τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης καὶ τὴν παντελῆ τῶν Αἰγυπτίων καθαίρεσιν, λαβοῦσα τὸ τύμπανον, πασῶν ἐξῆρχεν τῶν Ἰσραηλιτίδων, χορεύουσα καὶ τὴν ἐπινίκιον ᾠδὴν ᾄδουσα· *Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται.* Ἄννα δέ ἐστιν ἡ τοῦ Σαμουὴλ μήτηρ, ἥτις τεκοῦσα, τῷ Κυρίῳ ἐξωμολογήσατο, *Ἐστερεώθη*, λέγουσα, *ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ·* αἷς τὴν ἰδίαν συγκρίνει μητέρα Γρηγόριος, ἐπείπερ εὐχομένη παρὰ τῇ θείᾳ τραπέζῃ, τῆς ζωῆς ἐλύθη τῆς ἐπικαίρου.

Ἡρακλες (1), *Ἐμπεδότιμε*, *Τροφώνιε*, *λήξατε μύθων* (2),
Καὶ σύ γ' Ἀρισταίου κενεαυχέος ὀφρὺς ἄπιστε.

Κεῖνται αἱ παροῦσαι ἱστορίαι ἐν τῷ ξδ' λόγῳ.

Οὐ μόσχων (3) *θυσίην σκιοειδέα, οὐδὲ χιμάῤῥων,*
Οὐδὲ πρωτοτόκων Νόννα ἔθηκε Θεῷ.
Ταῦτα νόμοις προτέροισιν ὅτ' εἰκόνες. ἡ δ' ἄρ' ἑαυτὴν
Δῶκεν ὅλην βιότῳ μάνθανε καὶ θανάτῳ.

Μόσχων θυσίαν καὶ χιμάῤῥων καὶ πρωτοτόκων λύτρα τῷ Μωϋσῇ προσέταξεν ὁ Θεὸς νομοθετῶν διδόναι Θεῷ· Γρηγόριος δέ φησιν, ὅτι τοῖς σκιώδεσι ταῦτα ἀναγκαῖα ἦν· νυνὶ δὲ οἷον Νόννα πεποίηκεν ἑαυτήν τε καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὸν παῖδα καθιερώσασα τῷ Θεῷ.
Πίστις Ἐνὼχ (4) *μετέθηκε καὶ Ἠλίαν.*

Κεῖται ἐν τῷ β' λόγῳ.

Δῶκε Θεῷ θυσίην Ἀβραὰμ παῖν, ὡς δὲ θύγατρα
Κλεινὸς Ἰεφθάε, ἀμφότεροι μεγάλην.

Ἡ μὲν ἱστορία τῆς Ἀβραὰμ θυσίας ἐν τῷ α' λόγῳ κεῖται. Ἡ δὲ τῆς Ἰεφθάε θυσίας ἐξήγησίς ἐστιν αὕτη· Τίκτεται δὲ αὐτῷ καὶ Ἰεφθάε ἀπὸ παλλακῆς, ἀνὴρ ἀμφοτεροδέξιος, σοφός τε καὶ θείου Πνεύματος καὶ δυνάμεως πλήρης. Τοῦτον οἱ ἀδελφοὶ ζηλώσαντες, ἀτίμως αὐτὸν ὡς παλλακῆς υἱὸν ἐξαποστέλλουσι, πατρῴας αὐτὸν ἀπωσάμενοι κληρονομίας· ὁ δὲ ἀναστὰς, ἐπ' ἀλλοδαπῇ μετῴκησεν. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ πόλεμος ἐφύετο τῶν Ἀμμανιτῶν, παρῆσάν τε τὸν Ἰσραὴλ κακωσόμενοι· πτοηθέντες δὲ καὶ γενόμενοι ἔντρομοι, τὸν Ἰεφθάε συμμαχῆσαί σφισιν ἐξελιπάρουν. Αὐτὸς μὲν οὖν εὖ εἰδὼς τῇ μὲν κακίᾳ προσανέχειν, τοῖς ἀτίμοις δὲ μὴ προχείρως συνέπεσθαι, πρεπόντως καὶ ὡς θέμις ἦν ἀπεκρίνατο· *Ὑμεῖς γάρ με*, φησὶν, *μεμισήκατε καὶ παρ' ὑμῶν ἐξαπεστάλκατε, καὶ νῦν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀνάγκης ὑμῶν ἔρεῖτε· Δεῦρο καὶ πολέμησον τὸν πόλεμον ἡμῶν·* οἱ δὲ τοῖς ῥήμασιν καταιδεσθέντες αὐτοῦ, συνιέντες τε, καὶ μέντοι πρὸς τὸν πόλεμον ἱκανὸν ὑπάρχοντα προγινώσκοντες, ὅμως ἠπίοις ῥήμασιν κατεμάλασσον, αὐτὸν ἄρχειν μετὰ τὸν πόλεμον παντὸς Ἰσραὴλ ὑποσχόμενοι. Πεισθέντος γοῦν καὶ πρὸς τὴν μάχην ἀφικομένου, οἱ μὲν πολέμιοι κατὰ κράτος ἐτρέποντο· τούτῳ δὲ δι' εὐχῆς ἦν, τὸν πρώτως αὐτῷ συναντήσοντα τῶν οἰκείων ἐπανιόντι καθιεροῦν τῷ Θεῷ· μονόπαις δὲ τούτῳ παρθένος ἦν ὅτι λίαν καλὴ, ἣ προσυπαντήσασα τῷ πατρὶ μετὰ χαρμοσύνης καὶ τυμπάνων, τῶν ἄλλων προηγεῖτο· βαρὺ δὲ καὶ λίαν στενάξας ἐκ βάθους ὀδυνηρὸν, *Οἴ μοι*, φησὶ, *θύγατερ, ἔμποδος ἕστηκάς μοι· τὸ γὰρ στόμα μου περὶ σοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ἤνοιξα, καὶ νῦν σκόλωψ γέγονας ἐν ὀφθαλμοῖς μου· οὐ γὰρ δυνήσομαι τὴν εὐχὴν παραβῆναι.* Ἡ δὲ νεᾶνις ἀλύπῳ τε προθέσει καὶ ψυχῆς ἀνδρειότητι, *Πληρώσαις*, ἔφη, *πάτερ, τὴν ὑπόσχεσιν οὗ χάριν συνέτριψεν Κύριος τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ χεῖράς σου·* μικρὸν δὲ ταῖς συνεταίραις ταύτην συνεῖναι φήσασα συγχωρῆσαι, τὴν παρθενίαν ἀνὰ τὰ ὄρη τεσσάρακοντα ἡμερῶν κλαύσασα μετὰ τῶν παρθένων Ἰσραὴλ, πατρικῆς ὑπὸ χειρὸς ἐργασθεῖσα τῷ Θεῷ καθιερώθη.

Susanna femina casta manus impuras senum pravorum effugit. Adisis carm. III. — Maria, Moysis et Aaron soror, post transitum maris Rubri et stragem Ægyptiorum, cymbalo sumpto omnes Israelitas antecessit, saltans et ita canens : *Cantemus Domino : gloriose enim magnificatus est* [1]. Anna, mater Samuelis, post partum filii Dominum glorificavit, dicens : *Confirmatum est cor meum in Domino* [2]. His mulieribus Gregorius suam matrem comparat; postquam enim ad mensam divinam preces fecisset, casu felici vita est defuncta.

Vitulorum et hædorum immolationem primogenitorum autem redemptionem Moysi Deus præceperat in honorem divinum. Gregorius autem dicit hæc necessaria esse iis qui sub umbra viverent. Et Nonna quidem legi satisfecit, se ipsam, maritum et prolem Deo consecrando.

Abrahami sacrificium in carm. III narratur. Historia vero Jephthe hæcce est : Natus est Iephthe ex meretrice, vir ambidexter, sapiens et Spiritu divino ac virtute abundans. Hunc fratres ut spurium expellentes, paterna hæreditate spoliarunt; quare in alia regione consedit. Paulo post bellum Ammonitarum exortum est, et hostem vastabundi terram invaserant. Territi igitur et trepidantes Jephthe obsecrati sunt ut ipsis auxilio esset. Hic autem malignitati resistere, et improbis non obtemperare edoctus, jure respondit : *Nonne vos estis, qui odistis me, et ejecistis de domo patris mei, et nunc venistis ad me necessitate compulsi, dicentes : Veni, et prœliare prœlium nostrum* [3]. Hoc ejus responso commoti et se juste reprehensos sentientes, ejus tamen fortitudinem suspicientes, ei persuaserunt, declarando, ipsum post bellum regnaturum esse, ut belli summam capesseret. Cum igitur exercitum in aciem duceret, hostes vi repulsi sunt; spopondit itaque se consecraturum quem primum ex ædibus suis obviam habuerit. Habebat autem filiam unicam, egregia forma quæ patri obviam facta cum lætitia et tympanis alias omnes antecedebat. Tum pater ex imo pectore gemens : *Heu, heu, filia mea, decepisti me; aperui enim os meum ad Dominum; et nunc omen facta es in oculis meis ; non enim votum prætergredi potero* [4]. Puella autem læto animo : *Implebis*, inquit, *pater, promissum, cujus gratia Dominus hostes sub manus tuas redegit*. Tum postulat ut cum socialibus esset aliquandiu, et virginitatem suam in montibus deflevit; postremo a patre Deo consecrata est. Matrem suam propriam Saram vocat, siquidem ipse, ad exemplum Isaaci, voti beneficio in lucem editus

[1] Gen. XVIII, 12 sqq. [2] Exod. XV, 1 sqq. [3] I Reg. II, 1. [4] Jud. XI, 35 sqq.

(1) Id. epigr. 86 [nunc 70, ed. nov. p. 1135].
(2) Male μύθους apud Muratorium, cujus vide adn. Secundum casum more Græco posuit etiam Horatius, II, od. 9, 17 :
Desine mollium querelarum.
(3) Id. epigr. 92 [nunc 76, ed. nov. p. 1129]
(4) Id. epigr. 108 [nunc 92, ed. nov. p. 1145].

Σάῤῥα φίλη (1), *πῶς τὸν σὸν Ἰσαὰκ λίπες, ἢ ποθέουσα*
Τῶν Ἀβραὰμ κόλπων ὡς τάχος ἀντιάσαι;

Σάῤῥαν τὴν ἰδίαν ἀποκαλεῖ μητέρα, διὰ τὸ αὐτὸν ἐξ ἐπαγγελίας κατὰ τὸν Ἰσαὰκ τεχθῆναι, καὶ τῷ Θεῷ καθιερωθῆναι. Κόλπους δέ φησιν Ἀβραὰμ οἷς ὁ πτωχὸς ἐπαναπαύσασθαι λέγεται. Κεῖται περὶ τῶν κόλπων τοῦ Ἀβραὰμ ἱστορία ἐν τῷ α' λόγῳ.

Στήλη σοι (2) *θανάτου μελιηδέος ἥδε τράπεζα,*
Νόννα παρ' ᾗ ἐλύθης εὐχομένη πύματα.

Χρὴ εἰδέναι, ὅτι ὁ ψόγος διὰ τῶν ἐγκωμιαστικῶν προέρχεται, οἷον γένους, παιδεύσεως καὶ πράξεων. Εἰ γὰρ μή τις εὐγενὴς, ἢ φρόνιμος, ἢ εὔτροπος εἴη, ψεκτὸς τοῖς πᾶσι καθέστηκεν. Στήλη δὲ διηνεκές ἐστι κατηγόρημα ἐπί τε τῶν εὖ ἐχόντων καὶ τῶν ἐναντίων, οἷον ὡς Ἀθηναῖοι τὸν Ἀρίθμιον Ἐξελίτην στηλιτεύουσιν, ὅτι διέφθειρεν τοὺς Ἕλληνας χρήμασιν ἐπὶ τὸ μᾶλλον ὑπακοῦσαι τῷ Πέρσῃ, ἀτιμώσαντες καὶ αὐτὸν καὶ ἅπαν αὐτοῦ τὸ γένος, ἄδειαν δεδωκότες ἐν τοῖς γράμμασι τῷ βουλομένῳ ἀνελεῖν αὐτὸν, ἐπιγράψαντες καὶ τὴν αἰτίαν ἐν στήλῃ, ἥτις ἦν αὐτῷ ψόγος, Ὅτι, φησὶ, τὸν χρυσὸν τῶν ρ' Μήδων εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν. Ὡσαύτως καὶ τῶν εὐεργετῶν ἀνεγράφησαν αἱ εὐεργεσίαι στηλωθεῖσαι, ὡς περὶ τοῦ Βοσπορίτου Λεύκωνος τοῦ ἄρχοντος εὐεργεσία ἐν Ἀθήναις ἀνεγράφη. Στήλης δὲ ἄξιον τῆς ἰδίας μητρὸς τὸ τέλος φησὶν ὁ θεῖος Γρηγόριος, οὐχ ὡς ἄν τις ὑπολάβοι τὴν στήλην ἐπὶ ψόγῳ, ἀλλ' ὥστε τὸν ἔπαινον εἰς τὸ διηνεκὲς ἀνακεῖσθαι. Στήλη δέ ἐστιν, ἢ λίθος, ἢ χαλκὸς ἐπιμήκης, τετράγωνος, ἐν ᾧ στηλιτεύεται ὁ γραφόμενος, καθὼς ἐν τῷ *κατὰ τυμβωρύχων* λόγῳ φησίν· *Στήλῃ γράψατε νεκροφόνον τοὔμπαλιν*· ἢ τὸ καλῶς ἐνταῦθα σημαίνων γραφῆναι.

ΛΟΓΟΙ ΡΒ', ΡΓ', ΡΔ', ΡΕ', ΡϚ', ΡΖ', ΡΗ', ΡΘ, ΡΙ', ΡΙΑ', ΡΙΒ', ΡΙΓ', ΡΙΔ'.

Κατὰ τυμβωρύχων δι' ἐπῶν (3).

Ἑπτὰ βίοιο πέλει τάδε θαύματα, τεῖχος, ἄγαλμα,
Κῆποι, πυραμίδες, νηὸς, ἄγαλμα, τάφος.

Τεῖχός ἐστιν τὸ Βαβυλῶνος ὅπερ ἔφημεν ἐπίδρομον τοῖς ἅρμασι· οἱ δέ φασι τὸ Ῥώμης Καπετώλιον. Ἔστι γὰρ κτίσμα μέγα περιβόλοις συνεχόμενον, ἐν ᾧ πλήθη ζωδίων ἐστὶν, καὶ σημεῖον ἑκάστῳ τούτων ἦν ποτε· καὶ γάρ φασι κώδωνας ἐκ χειρὸς ἀποκρεμασθῆναι τούτων. Ζώδιον δὲ κατ' ἔθνος ἦν ἅπαν, ὅπερ, φησὶν, ἐσήμαινεν διὰ τοῦ κώδωνος τὴν οὗπερ εἰκονίζει κίνησιν ἔσθ' ὅτε πολεμικὴν ἔθνους· πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα θαύματα ἄξια κατὰ Ῥώμην ἐστίν. Ἄλλοι δέ φασιν ἐν Ἡρακλείᾳ τυγχάνειν ἵδρυμά τι κατὰ ἀμφιθεάτρου, ἐν ᾧ καλλίστη μὲν καὶ θαυμασία τίς ἐστιν οἰκοδομή· ἔχει δέ τι καὶ πλέον. Κατὰ γὰρ τὸ ἀκρότατον τῆς οἱασοῦν γωνίας τοῦ τείχους εἴ τις καθ' ἑαυτὸν τῷ λίθῳ μυστικῶς λόγον ἐπαφῇ, τὸν ἑτέρωθεν ἱστάμενον τηλαυγῶς ῥήματος ἀκροᾶσθαι φασιν. Ἄγαλμα δέ ἐστιν ὁ ἐν Κολοσσαῖς τῇ λεγομένῃ Ῥόδῳ χαλκὸς ἀνδριὰς, ὃν ὑπερμεγέθη τυγχάνοντα καθεῖλον Ἀγαρηνοὶ γεγονότες αὐτοῦ· οὗτος δὲ ὀγδοηκοντάπηχυς ἐλέγετο εἶναι. Κῆποι δέ εἰσιν Ἀλκινόου καὶ Ἀδώνιδος· Ἀλκίνοος δὲ τῶν Φαιάκων γέγονεν βασιλεὺς, φιλόξενος καὶ λαμπρός τις τούς τε οἴκους καὶ κήπους καὶ τὰς εὐωχίας· ἡ γὰρ Ἀλκινόου πλουσία μάλιστα καὶ φιλότιμος τράπεζα. Πυραμίδες δὲ οἱ παρ' ἡμῶν λεγόμενοι τοῦ Ἰωσὴφ σιτοβολῶνες, τῆς κατ' Αἴγυπτον Βαβυλῶνος μικροῦ διεστηκότες. Ναὸς δὲ ὁ ἐν Κυζίκοις τῇ πόλει· μέγας γὰρ οὗτος καὶ θαύματος ἄξιος· ὃς τῷ μὲν Ἀπόλλωνι πρότερον ἵδρυτο, ὑπ' αὐτοῦ δὲ προκεχρησμῴδηται Μα-

Deoque consecratus est. Sinum porro Abrahami nominat, quia in eo pauper recipitur. Videsis Abrahami historiam in carmine I.

Sciendum, vituperationem ex rebus invidia dignis nasci, ut genere, artibus liberalibus, fortiter factis. Nisi quis enim nobilis aut ingeniosus aut bonis moribus imbutus fuerit, omnibus contemptibilis est. Columna (στήλη) est monumentum perenne in memoriam bonorum æque ac pravorum. Sic Athenienses Arithmium Exelitam in inscriptione lapidaria infamia notarunt, quod Græcos pecunia corrumpere voluisset, ut se Persarum regi dederent, ipsum et liberos ejus infamantes, et cuique volenti eum occidere permittentes, impunitate promissa, et columnæ punitionis causam insculpentes: quod C. pond. aur. a Medis in Peloponnesum attulerat. Sed bonorum quoque nomina memoriæ tradebantur; sic Bosporitæ Leuconis, qui archon fuerat, et cujus erga Athenienses bene facta isto modo notabantur. Columna denique dignum fuisse matris suæ finem dicit Gregorius, matronæ, quæ non vituperationem sed laudem meruisset. Est autem στήλη lapis aut æs quadrangulum in quo ob facinus aut beneficium laudandus notatur, ut in sermone contra tumulorum violatores: *Utrinsecus in stela mortuorum tortorem scribite*, significans ibi honoris causa inscribenda esse nomina.

CARMINA CII—CXIV. *Contra sepulcrorum effossores.*

Mœnia Babylonis adeo lata esse diximus, ut plures ibi quadrigæ una commeare possent; idem de Capitolio Romano referunt. Est autem ædificium grande vallis circumdatum, ubi multitudo animalculorum est signatorum, et tintinnabulum portantium. Ζώδιον est in universum quidquid διὰ τοῦ κώδωνος significabat motum hostilem vel alium nationis quam imagine exprimit. Sed et alia Romæ memoratu digna. Sunt qui Heracleæ ædificium esse dicant e regione amphitheatri cum conclavi magnifico; huc accedit quod si quis stans adversum angulum muri vocem debilem secreto protulit, is qui altrinsecus stat clare audit quod dictum est. — Statua est ænea Colossis, Rhodi urbe, maxima, quem Agareni huc devenientes humi æquarunt; octoginta ulnas longa fuit. — De hortis Alcinoi et Adonidis fama percrebuit. Erat autem Alcinous rex Phæacum, hospitalitatis amans et in domibus, hortis, epulis conspicuus, mensa lauta, inquam. — Pyramides a nobis pro horreis habitæ parum a Babylone distabant. — Non prætereundum est

(1) Apud Murator. epigr. 106 [nunc 90, ed. nov. p. 1145].
(2) Id. epigr. 116 [nunc 110, ed. nov. p. 1147].
(3) Apud Murator. epigr. 140 [nunc 50, ed. nov. p. 1187].

ρίας ἔσεσθαι μετὰ ταῦτα, ἧς κέκληται καὶ ἔστιν· ἢ ὥστε δ' ἄν τις, εἰ μὴ νεώτερον εἴπῃ, τὸν ἐκ Κωνσταντινουπόλεως ναὸν τὸν πάλαι θαυμαστώτερον ὄντα θεαμάτων. Ἄγαλμα πάλιν ἐστὶν τὸ ἐν Σμύρνῃ τοῦ Βελλεροφόντου, ὅπερ ἐστὶν ἐπ' ὀχήματος ἐπὶ τὴν θάλασσαν προκύπτον τοῦ τείχους, ὅ τε Πήγασος ἵππος μικρὸν ὄπισθεν τοῦ ποδὸς κατεχόμενος, πολλάκις μὲν ἠρέμα σαλευούσης συνεπόμενος χειρός· προωθούμενος δὲ σὺν βίᾳ, μένων πάγιος καὶ ἀκράδαντος. Τάφος δέ ἐστιν ὁ τοῦ Μαυσώλου ἐν Κάραις, περὶ οὗ νῦν εἰρήσεται πλατυτέρως. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα νεώτερα καθέστηκεν, ἅτινα θαύματος ἀξιοῦσιν ἄνθρωποι· τάς τε Ἑπταπύλους τῆς Ἑλλάδος ἃς Ἀμφίων καὶ Ζῆθος ᾠκοδόμησαν διὰ κιθάρας, καὶ τὰς Θήβας ἑκατονταπύλους, καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας Φάρον ἐπὶ τεσσάρων φάσκοντες ὑελίνων ἐστηρίχθαι παγούρων, εἴ γε ἀληθῶς, καὶ τούτων ἄλλα τινὰ νεώτερα γέγονεν ἔν τε δομήσεσι καὶ ναοῖς ἀγάλμασι καὶ περιβόλοις καὶ λοετροῖς καὶ φοροστασίοις καὶ πράγμασι διαφόροις.

Μαυσώλου (1) *τάφος ἐστὶ πελώριος, ἀλλὰ Κάρεσσι Τίμιος, εἴ τις ἐκεῖ τυμβολέτης παλάμῃ.*

Ὁ Μαυσώλου τοῦ Καρὸς τάφος μέγιστός ἐστι. Μαύσωλος γὰρ Καρίας γέγονε τύραννος· Καρία δὲ πρὸς τῇ Ἀσιανῇ χώρᾳ καὶ αὕτη μεγίστη τίς ἐστιν ἐπαρχία, ἕως Τρωάδος διατείνουσα. Οὗτος οὖν ὁ Μαύσωλος τάφον ᾠκοδόμησεν ἑαυτῷ πολυανάλωτον ἐν χώματί τινι καὶ λιμναζούσῃ λίμνῃ, ἔνδον κειμένου τοῦ τάφου· γράφεται δὲ καὶ Καρικὸς τάφος, ἵνα ᾖ κτητικός· γράφεται δὲ καὶ Καρὸς, ἵνα ᾖ ἐθνικὸν τοῦ Μαυσώλου τοῦ Καρὸς ὁ Καρικὸς τάφος. Οὕτω γὰρ ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ *εἰς Βασίλειον τὸν μέγαν λόγῳ*, κτητικῶς φησι· Καὶ Μαυσώλου Καρικὸς τάφος. Ἐν Κνίδι (*ita cod.*) δὲ ἄλλος τάφος ἐστὶν, Τίμωνος προσαγορευόμενος. Οὗτος πλούσιος μὲν ἦν ἐκ προγόνων, βραχὺς δὲ καὶ νέος τὴν ἡλικίαν ὀρφανισθεὶς, τὸν προγονικὸν πλοῦτον διεσκόρπισεν συναναστρεφόμενος λούπαξιν· ὕστερον μέντοι πενωθεὶς, ὑπ' αὐτῶν κατεγελᾶτο τῶν τὴν αὐτοῦ καταναλωσάντων περιουσίαν· εἶτα πάλιν πλουτήσας, κἀκείνων οἰομένων κατ' ἔθος αὐτῷ κολλᾶσθαι, καὶ λόγοις ἐξαιρόντων εὐφήμοις, καὶ φιλικὰ τῷ δοκεῖν ἐπιβοώντων, Χαῖρε, κύρι Τίμων, αὐτὸς ἑαυτῷ προσλαβὼν ἀπεκρίνατο· Χαῖρε, Τίμων, χαῖρε κύρι Τίμων, χαῖρε κύρι πολὺ Τίμων, χαῖρε τὸ ἐμὸν βαλάντιον· διὰ τούτου σημαίνων τῆς εὐπορίας εἶναι καὶ φρονήσεως τὴν τιμὴν ἁρμοδίαν, εἰδώς τε τοὺς κόλακας μέχρι τότε κολακεύειν ἕως ὁ πλοῦτος ῥεῖ, καὶ τρυφὴν αὐτοῖς ἐμποιεῖ. Πτωχεύοντος γὰρ τοῦ πρὶν εὐεργετοῦντος, αὐτοὶ πρῶτοι τῶν συμφορῶν αὐτῷ παραίτιοι γίνονται. Τούτου δὲ τοίνυν τοῦ Τίμωνος τάφος ἐστὶν ἐν Κνίδι, τῆς αὐτοῦ μνημόσυνον ἀρετῆς. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος τάφος ἐν Καλαβρίᾳ τοῦ καρατομηθέντος ναυάρχου· τοῦτον δέ φασι σημᾶναι πρῶτον τὴν Φαρίαν πάροδον ἐν Κατάναις, διὰ τοῦ μεταξὺ Σικελίας καὶ Καλαβρίας διαῤῥέοντος πόρου· τούτου δὲ τὸν τάφον ἐφ' ὕψους ἀνακείμενον τιμῶσιν οἱ ναυτικοὶ, λυχναψίας τινὰς ἀμφ' αὐτὸν ἐπιτελοῦντες, καὶ μάλα γε γαννυμένως εὐωχούμενοι.

Στῆλαι (2) *καὶ πλοκέντες ἐν οὔρεσιν, ἔργα γιγάντων.*

Πρὸς τοὺς τυμβωρύχους ὁ θεῖος Γρηγόριος ἀποτεινόμενος, τὰ θαυμαστὰ προβάλλεται ἔργα, ὅτι δὴ ταῦτα μὲν ἐπὶ θαύμασιν ᾄδονται, οὐδεὶς δὲ πώποτε θαύματος ἔργον ἐπεδείξατο, τάφον τινὰ καθελών· ὡς εἶναι νέον τὸ θαῦμα τοῖς κακῶς ἐπιτηδεύουσιν. Προστίθησιν οὖν τοῖς τοῦ βίου θαύμασιν καὶ τὰς στήλας,

Cyzici templum, magnum et spectatu dignum, Apollini constructum, quod Mariæ fore, ab oraculo prædicebatur, ad quam re et nomine pertinet. Tamen aliquis templum quod Constantinopoli est, magnificentius dixerit. — Statua Bellerophontis est Smyrnæ, currui impositus, simul mobilis et immobilis. — De Mausoleo, quod apud Cares est, nunc pluribus dicendum. Sed alia etiam monumenta recentiora exsistunt quæ inter miracula annumerantur : Thebæ cum septem portis quas Amphion et Zethus citharæ sonis construxerunt, Thebæ centum portis ornatæ ; Pharus Alexandriæ qui quatuor paguris insistit, si verum dicunt, et alia quæ occurrunt in ædificiis, templis, statuis, vallis, balneis et aliis hujusmodi.

Mausoli Caris natione sepulcrum prægrande est. Mausolus Cariæ tyrannus innotuit ; Caria Asiam minorem attingit, provincia magna et quæ ad Troadem usque protenditur. Mausolus igitur magnis expensis tumulum sibi ædificavit, in aggestu et loco paludoso, intusque sepulcrum. Scribitur etiam tumulus καρικὸς cum vi possessiva ; item καρὸς ad significandam vocem ethnicam. Sic divus Gregorius in oratione in Basilium magnum possessivo sensu καρικὸς dicit. — Cnidi alius cernitur tumulus ; Timonis appellatur. Hic parentibus pecuniosis, natus iisque in tenera ætate orbus, patrimonium luxuriose vivendo dissipavit. Ubi pauper esset factus, ii ipsi qui ejus bona deglutiverant, eum ridebant. Postea dives redditus, irrisores, rati, eum pristinam vitam acturum esse, laudibus et blanditiis eum prosecuti sunt clamantes : Salve, Timon domine. Hic autem sibi ipse succlamabat : Salve, Timon, Salve, Timon domine, salve multum .... mea crumena, significans honores divitiis et intelligentiæ accommodari solere, adulatores autem cum pecuniis avolare se optime scire. Dives enim pauper fit quia parasiti divitias in egestatem mutant. Hujus igitur Timonis sepulcrum Cnidi est, ut ejus prudentiam testetur. — Alius tumulus, navarchi scilicet decollati, in Calabria est. Hic primus Pharium prope Catanam fretum inter Siciliam et Calabriam monstrasse dicitur, quare nautæ ejus sepulcrum ignibus accensis et epularum apparatu honorant.

Adversus sepulcrorum effossores Gregorius invehens dicit, horum facta carminibus celebrari, nullo modo autem opus a tali violatore peractum laude dignum esse. — Mirabilibus annumerat stelas, gigantum circa montes conamina, quæ singula licet jam memorata, hic repetere haud piget. Columnæ (στῆλαι) sunt quas Hercules a Gadensibus cepit ; in quo illud mirum est quod Herculis columnas, i. e. Gadium urbem, non

(1) Apud Murator. epigr. 147 [nunc 57, nov. ed. p. 1189].

(2) Apud Murator. epigr. 163 [nunc 74, ed. nov. p. 1195.]

καὶ τῶν γιγάντων τὰ ἐν ὄρεσιν ἔργα, καὶ τούτων μὲν εἰ καὶ τὰ μάλιστα τὸν λόγον προκαταβεβλήμεθα, καὶ πάλιν εἰπεῖν οὐκ ὀκνητέον· Στῆλαι μὲν οὖν εἰσιν ἃς Ἡρακλῆς εἴληφεν παρὰ τῶν τὰ Γάδειρα κατοικούντων, θαυμαστόν τι τὸ μὴ πέρα τῶν Ἡρακλέους στηλῶν, τοῦτ' ἔστι Γαδείρων, περατὸν εἶναι· γιγάντων ἔργα δὲ τὰ κατὰ τοὺς Μολιονίδας. Τῆς γὰρ Μολιόνης δύο υἱοὺς Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην τεκούσης, οἳ κατ' ἐνιαυτὸν ηὔξανον κατὰ μὲν τὸ μῆκος πῆχυν ἕνα, κατὰ δὲ τὸ πλάτος σπιθαμὴν, λέγεται τούτους ὑβριστὰς γεγονέναι καὶ λίαν ὑπερηφάνους, οἳ τὴν Ὄσσαν τῷ Ἄθῳ βουλευσάμενοι ἐπιθεῖναι, τοῖς θεοῖς ἀντᾶραι κατ' οὐρανὸν γενόμενοι προὐθυμήθησαν. Ἡ οὖν Ὄσσα καὶ ἡ Ἄθως δύο εἰσὶν ὄρη περὶ τὴν Θράκην, ἅτινα ἀλλήλοις ἐπιθεῖναι σκεψαμένους, καὶ δι' αὐτῶν εἰς οὐρανοὺς ἀνελθεῖν οἰηθέντας, κεραυνωθέντας ἀπολέσθαι τούτους ὁ μῦθος διαγορεύει. Ταῦτά φησιν ἔργα πεπληρωμένα τῶν γιγάντων ἐν ὄρεσιν ὁ θεῖος Γρηγόριος· ἀλλ' ἐκείνοις μὲν ὁ σκηπτὸς ἀντὶ τοῦ τολμήματος. ὡς εἴθε καὶ τοῖς τυμβωρύχοις ἡ ὁμοία ὑπήρχθη δίκη.

Δήποτε (1) *Κῦρος ἄναξ βασιλήϊον ὡς ἀνέῳξε*
Τύμβον, ἐπὶ χρυσῷ γράμμα τόδ' εὗρε μόνον·
Οἴγειν ἀπλήστοιο τάφους χερός.

Τῶν ἀρχαιοτέρων τις βασιλέων τάφον ἑαυτῷ δειμάμενος, ἐν πολλοῖς ἐπιστώσατο τρόποις πλήρη τοῦτον ὑπάρχειν χρυσίου· τῷ δὲ σκοπὸς ἦν τὴν ἀπληστίαν στηλιτεῦσαι τοῦ μέλλοντος αὐτὸν ἐπ' ἐλπίδι χρυσοῦ διανοίγειν· οὐδὲν ἐναπέκειτο δὲ τῷ τάφῳ πλὴν ἐπιγράμματος· ἐγγέγραπτο δέ· Ἀπλήστου χειρὸς τάφους ἀνοίγειν. Κῦρος οὖν ὁ βασιλεὺς δελεασθεὶς τῇ περιφανείᾳ τῆς ἔξωθεν τοῦ τάφου θεωρίας, ὡς ἐπὶ χρήμασι τὸν τάφον ἀνέῳξεν· εὑρηκὼς δὲ τῶν ἐλπισθέντων οὐδὲν, τῆς οἰκείας πλεονεξίας ἔλεγχον τὴν ἐπιγραφὴν εὑράμενος, διὰ στόματος γέγονε πάντων ἐπὶ ἀπληστίᾳ.

Ὡς ἐπὶ (2) *βουκτασίῃ γαῖαν ἄφεῖσα δίκη.*

Ταύτην ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ ἱστορίαν παρεθέμεθα· ἔστιν δὲ ἡ κατὰ τὸν βουθοῖνα Ἡρακλῆν καὶ Θειοδάμαντα τὸν ἀροτῆρα καὶ τοὺς Δρύοπας.

Ἤλυθεν (3) *εἰς ἀΐδην τις· ὁ δ' ἔπτατο, ἄλλος ὄλεσσε*
Θῆρας· ὁ δὲ πλεκτὸν υἱέϊ τεῦξε δόμον.

Μέμνηται πάλιν τῶν δοκηθέντων εἶναι θαυμαστῶν παρὰ ἀνθρώποις, ὅτι δὴ τοιοῦτον πεποίηκεν, ὁ τὸν τάφον ἀναῤῥήξας, εἰ καὶ τὰ μάλιστα διὰ στόματος πάντων ἐστὶν ἐπὶ λώβῃ. Ὁ μὲν οὖν εἰς ᾅδην ἐλθὼν, ἔστιν ὁ Πειρίθους, ὃς ἄπυγος ἐκλήθη. Κατελθὼν γὰρ εἰς τὸν ᾅδην διὰ τὸ ἁρπάξαι τοῦ Πλούτωνος τὴν Περσεφόνην, ἐδέθη κάτω παρὰ πέτραις τισίν· ὁ δὲ Ἡρακλῆς κατελθὼν, θέλων λαβεῖν τὸν Πειρίθουν, αὐτὸν μὲν ἀνείλκυσεν, αἱ δὲ πυγαὶ αὐτοῦ προσέμειναν τῇ πέτρᾳ· ἐκλήθη οὖν ὁ Πειρίθους ἄπυγος. Αὖτις μὲν οὖν, ὡς ὁ μῦθος, κατῆλθεν εἰς τὸν ᾅδην, καὶ αὐτὸς ἐπετάσθη τοῦτον τὸν τρόπον, ἑλκύσαντος αὐτὸν τοῦ Ἡρακλέους. Μυθεύεται δὲ κύων τις εἶναι παρὰ τὰς πύλας τοῦ ᾅδου, τρεῖς ἔχων κεφαλὰς, ὃς καὶ τρίκρανος καλεῖται καὶ τρικέρβερος. Οὗτος τοὺς μὲν κατιόντας ἐν τῷ ᾅδῃ σαίνει κολακεύων, τοὺς ἀνιόντας δὲ δεινῶς κατεσθίει· φύλαξ γὰρ τῶν πυλῶν εἶναι λέγεται τοῦ ᾅδου. Ὁ οὖν Ἡρακλῆς κατελθὼν τῷ Πειρίθῳ τὴν Περσεφόνην συναρπάσαι, ἀνιὼν ἀπέκτεινεν αὐτόν. Ἐπειδὴ δὲ τοῦ Πειρίθου μνήμην ἠγάγομεν, ἄπυγον αὐτὸν εἰρηκότες (ἔστιν δὲ ἐν τῷ πρώτῳ *Στηλιτευτικῷ* λόγῳ περί τε τῶν ἀπύγων καὶ

licet superare. — Gigantum opera ad Moliones filios spectant. Molione enim duos filios, Otum et Ephialten peperit, qui unoquoque anno cubitum unum in altitudinem, unam palmam in latitudinem crescebant, indeque altos spiritus sumebant; nam Ossam Atho imponere conati, diis ipsis bellum inferre præsumebant. Sunt autem Ossa et Athos montes Thraciæ, quos alium alii imponere tentantes inde in cœlum ipsum ascensuri, ut putabant, fulmine tacti perierunt, testante fabula. Hæcce igitur Gregorius a gigantibus peracta esse ait in montibus; sed audaciæ pœnam fulmine tacti dederunt. Utinam sepulcrorum violatores simile judicium maneret!

Antiquorum quidam regum tumulum sibi construxit et, quacunque posset ratione, illum auro plenum esse famam divulgavit. Id autem fecit ut avaritiam ejus qui illud ob aurum aperire auderet, reprimeret. Inscriptum autem erat : Non nisi avarus tumulos aperit. — Cyrus rex, ad quem fama erat perlata, aurum sitiens, sepulcrum aperuit. Cum autem nihil eorum quæ speraverat, invenisset, excepta inscriptione memorata, quæ ipsius avaritiam perstringebat, ab omnibus avarus est habitus.

Hanc historiam in tert. carm. narravimus; est autem de Hercule Buthœna, de Theodamante colono et de Dryopibus.

Rursus de iis loquitur quæ hominibus mirabilia videntur, et sepulcrorum violatorem accusat, quod, spreto aliorum de se judicio, sepulcrum aperuerit. In infernum descendit Pirithous cognomine ἄπυγος. Cum enim Proserpinam liberaturus in Orco esset, saxis quibus insederat adhæsit, et cum Hercules eum inde avelleret, nates in saxis pependerunt, unde nomen. Fabula de cane tricipite narrat, portas inferni custodiente; hic ingredientibus in orcum cauda blanditur, exeuntes vero crudeliter devorat. Hercules descendens, ut Pirithoo auxiliaretur, Cerberum obtruncavit. — Quandoquidem de Pirithoo locuti sumus, ἄπυγον eum nominantes, reminiscendum est, Pirithoum sine clunibus esse, quæ Herculi nigræ sunt. De duobus enim sermo est fratribus circa omnia et ubique injuste agentibus, Passalo et Aclemone. Vocabantur quoque Cecropes ob indolis duritatem, ut ait Dius commentator. Horum mater, Temnenis nomine, cum filiorum male facta in terris vidisset, eos monuit caverent ne in Herculem inciderent. Quondam ubi Hercules sub arbore cubans dormiret atque arma ejus in herba jacerent, illi prope accedentes capere ea

(1) Apud Murator. epigr. 175 [nunc 84, ed. nov. p. 1197].
(2) Apud Murator. epigr. 176 [nunc 87, ed. nov. p. 1199].
(3) Apud Murator. epigr. 177 [nunc 88, ed. nov. ibid.]

μελαμπύγων τῷ θείῳ λόγος Γρηγορίῳ), τὸν μὲν ἄπυγον τὸν Πειρίθουν εἶναι ἰστέον, μελάμπυγον δὲ τὸν Ἡρακλῆν αὐτόν. Δύο γὰρ εἶναί τινας ἀδελφοὺς ὁ λόγος διαγορεύει κατὰ γῆν πᾶσαν ἐπιδεικνυμένους ἀδικίαν· ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐλέγετο Πάσσαλος, ὁ δὲ ἕτερος Ἀκλήμων· ἐλέγοντο δὲ καὶ Κέκροπες διὰ τὴν τῶν ἔργων δριμύτητα, ὥς φησι Δῖος ὁ ὑπομνηματιστής. Τούτοις δὲ ἡ μήτηρ, Τεμνονὶς τοὔνομα, ἑωρακυῖα κατὰ γῆν πολλὰ δεινὰ ἐργαζομένους, εἶπεν μὴ περιτυχεῖν μελαμπύγῳ. Καί ποτε τοῦ Ἡρακλέους ὑπὸ δένδρον κοιμωμένου καὶ τῶν αὐτοῦ ὅπλων ἐπικεκλιμένων τῷ φυτῷ, πλησιάσαντες οὗτοι τοῖς ὅπλοις ἐπιχειρῆσαι ἠβουλήθησαν· εὐθὺς δὲ ὁ Ἡρακλῆς αἰσθόμενος, λαβὼν αὐτοὺς κατακέφαλα ἐπὶ ξύλῳ δεσμεύσας ἐβάστασεν. Τότε οὖν ἐκεῖνοι τῆς ἐντολῆς ἐμνήσθησαν τῆς ἑαυτῶν μητρὸς, ἑωρακότες κρεμάμενοι τοῦ Ἡρακλέους τὴν πυγὴν μέλαιναν ἐκ τῆς τῶν τριχῶν δασύτητος· καὶ πρὸς ἀλλήλους αὐτὸ τοῦτο διαλεγόμενοι, γέλωτα πολὺν προσῆψαν τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ εὐθὺς αὐτοὺς καὶ τῶν δεσμῶν ἐλυτρώσατο καὶ ἀπέλυσεν. Ὁ δὲ κατασκευάσας τῷ υἱῷ πλεκτὸν οἶκον (1)... Ὁ δὲ τοὺς θῆρας ὠλέσας αὐτός ἐστιν Ἡρακλῆς, ὡς δοκεῖ τῷ μύθῳ. Θῆρας διέσπασε Σαμψὼν ὁ τοῦ Θεοῦ Ναζιραῖος· τὸν γὰρ λέοντα ταῖς χερσὶ διεῖλεν ὡσεὶ ἔριφον· καὶ Δαβὶδ ἔτυπτεν τὸν λέοντα, καὶ τοῦ φάρυγγος κατέχων ἀπέπνιξεν ἐν τῷ ποιμνίῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ παιδάριον ὤν, καὶ τὴν ἄρκον ἔτυπτεν καὶ ἀπέπνιγεν, καὶ τῶν στομάτων ἐκ μέσων αὐτῶν ἀπέσπα τὴν θήραν. Καὶ Βαναΐας ὁ Καβασαηλίτης, ὁ παῖς Δαβὶδ, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμέραις χιόνος ἐν λάκκῳ καταβὰς, τὸν λέοντα, γυμνὸς ὢν, ἀπέπνιξεν.

Χρυσὸς (2) *μὲν Λυδίοισιν* (3) *ἐπέκλυσεν*.

Κεῖται ἡ παροῦσα ἱστορία ἐν τῷ νθ' λόγῳ, καὶ ὅσα μὲν ἄλλα περὶ τῶν ἐν ᾅδου κολάσεων ὁ παρὼν μέμνηται λόγος τῶν τυμβωρύχων κατευχόμενος ἐν τοῖς ἤδη προλεχθεῖσι λόγοις εὑρήσεις ἅπαντα.

ΛΟΓΟΣ ΡΙΕ', ΛΟΓΟΣ ΡΙϚ'.

Περὶ ἐνανθρωπήσεως Χριστοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου (4).

Ὁ παρὼν λόγος δογματικός ἐστιν· μέμνηται δὲ τῆς Ἀδὰμ διαπλάσεως καὶ παραβάσεως, καὶ τῆς Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως, καὶ τῶν εἰς κοινὴν τοῦ γένους σωτηρίαν αὐτοῦ παθημάτων. Κεῖνται δὲ ἐν τοῖς προκειμένοις ταῦτα διαφόρως.

ΛΟΓΟΣ ΡΙΖ'.

Περὶ Προνοίας (5).

Χρὴ εἰδέναι, ὡς Ἐπίκουρος ὁ φιλόσοφος μὴ προνοεῖσθαι τὸν Θεὸν τῶν τῇδε πραγμάτων ἐδόξασεν· οὗτος δὲ τέλος παντὸς ἀγαθοῦ τὴν ἡδονὴν ἐτίθετο. Καὶ οἱ μὲν νῦν ἐξηγηταὶ λέγουσι τίθεσθαι τὴν ἡδονὴν, οὐ τὴν ἀκάθαρτον, ἀλλὰ τὴν φυσικωτάτην κατάστασιν, καὶ τοῦτον οἱ φιλόσοφοι ἀποσκορακίζουσιν καὶ ὡς μὴ λέγοντα Πρόνοιαν, καὶ ὡς τὴν ἡδονὴν τέλος ὁριζόμενον τοῦ καλοῦ, ἀλλ' οὐχὶ τὸ πρῶτον καὶ μόνον καλὸν, ὅπερ ἐστὶ Θεός. Χρὴ σημειώσασθαι, ὡς ὁ θεῖος Γρηγόριος τὸν Θεὸν πρῶτον καλὸν καὶ ἔσχατον ὀρεκτὸν ἀποκαλεῖ καὶ δυσόρεκτον· τὴν δὲ Πρόνοιαν Ἑλλήνων παῖδες ἐξαίρουσιν, τῇ φορᾷ τὸ πᾶν ἐπιτρέποντες καὶ τοῖς ἄστροις καὶ τοῖς ἀποτελεσματικοῖς προσανέχοντες, τύχας καὶ γενέσεις καὶ εἱμαρμένας παρεισάγουσιν. Γρηγόριος οὖν ὁ θεῖος τὴν τῆς Προνοίας ἄρσιν ἄνταρσιν ἰσχυριζόμενος εἶναι Θεὸν, τὸν Δαβὶδ παρεισάγει καὶ Μωϋσῆν καὶ Ἐλισσαῖον, ὧδε φάσκων δι' ἰάμβων·

conati sunt. Hercules quem eorum conatus non fugiebat, aggressores capillis apprehensos arbori suspendit. Tum moniti materni memores facti sunt videntes Herculis posteriora nigris crinibus obumbrata. De quo cum plurima inter se colloquerentur, Herculi amplam ridendi materiam præbuerunt, qui brevi post vinculis solutos dimisit. Cum filio suo domum... exstruxisset..... Ferarum occisor est ipse Hercules, teste fabula. Feras interemit etiam Samson, Dei Nazaræus; manibus enim leonem ut hædum strangulabat. David quoque leonem interemit, arrepto gutture eum suffocando, idque cum admodum puer gregem paternum pasceret; idem ursum suffocavit et prædam e media gula eripuit. Banaias Cabasaelita hiberno tempore in foveam descendens leonem suffocavit. Adesis carm. LIX.

CARMINA CXV, CXVI. *De incarnatione Christi adversus Apollinarium.*

Carmen hoc dogmaticum de Adami creatione et prævaricatione et Christi incarnatione loquitur ejusque pro communi salute suppliciis. De his omnibus passim in iis quæ præcedunt, mentionem fecimus.

CARMEN CXVII. *De Providentia.*

Notandum, Epicurum philosophum existimasse Deum rebus terrestribus non providere. Idem finem summi boni in voluptate ponit. Sunt autem et nunc quidem maxime qui illum accusent quod voluptatem intelligat non illam quidem impuram, sed eam quæ cum rebus naturalibus conjuncta est; sed nihilominus Epicurum coarguunt quasi Providentiam non in mente habuisset et quod voluptatem definit finem boni neque vero bonum ipsum et solum, quod est Deus. Gregorius, ut videmus, Deum primum et ultimum bonum concupiscibile appellat. Græci econtra, sublata Providentia, omnia motui siderum et astrologiæ concedentes, fortunam utramque, nativitatem et sortes docent. Divus igitur Gregorius Providentiam ejusque effectum affirmans, David, Moysen et Elisæum argumentandi gratia allegat.

(1) Deest aliquid.
(2) Apud Murator. epig. 179 [nunc 90, ed. nov. ibid].
(3) Male apud Muratorium Ῥοδίοισι. Et quidem in loco mox citato νθ', *εἰς Ἕλληνας*, vers. 263 sqq.
(4) Ed. nov. p. 255.
(5) P. 929.

Δαυῒδ σε ταῦτα πειθέτω καὶ Μωϋσῆς,
Ἐλισσεύς τε, οὗ τρέμω μεμνημένος·
Ὁ μὲν κολασθεὶς ἐνδεῶς τοῖς πταίσμασιν,
Ὁ δ' ἀντὶ μικρῶν καὶ Θεοῦ λαβὼν θέαν,
Νόμον τε, καὶ τοσοῦτον ἐκσῶσαι στρατόν.
Ὁ δ' ἐκ βραχείας ὕβρεως καὶ νηπίοις
Πληγὴν τοσαύτην ἀντιδοὺς παρ' ἐλπίδα.

Ὁ μὲν Δαβὶδ μερικῶς ἐκολάσθη τοῖς πταίσμασιν, ἡνίκα τὴν Οὐρίου γυναῖκα μοιχεύσας τὸν Οὐρίαν ἐφόνευσεν, τὸν ὅμοιον παθὼν τρόπον ὑπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ τοῦ ἰδίου υἱοῦ. Οὗτος γὰρ τὰς παλλακὰς αὐτοῦ ἐταπείνωσεν καὶ τοῦτον πρὸς βραχὺ τῆς βασιλείας ἀπέστησεν, ἐπ' ἀλλοδαπῆς αὐτὸν ἀπελάσας, ὡς ἐν τῷ ξγ' διεξήλθομεν λόγῳ. Πάλιν τε κολάζεται τὸν λαὸν Ἰσραὴλ ἀριθμήσας· καὶ γὰρ ἄγγελος παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθεν θραῦσαι ἐν τῷ λαῷ. Τριῶν γὰρ αὐτῷ προταθέντων παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἢ λιμῷ διαφθαρῆναι τὴν γῆν, ἢ χερσὶν ἐχθρῶν καταπονεῖσθαι διωκόμενον, ἢ θανάτῳ τριῶν ὑποβληθήσεσθαι ἡμερῶν· εἰς χεῖρας Θεοῦ παραδοὺς ἑαυτὸν, ἴδεν ἄγγελον ἐσπασμένον ῥομφαίαν καὶ θραύοντα· ἐξ ὡρῶν δὲ πάρεργον ἦν ἑβδομήκοντα χιλιάδες ἀπὸ Δὰν πεπτωκυῖαι καὶ ἕως Βηρσαβέε· μικροῦ δὲ τὸν λαὸν εἰκὸς συντριβῆναι, εἰ μὴ σπεύσας Δαβὶδ ἐξωμολογήσατο, τὴν ὀργὴν ἐφελκυσάμενος· ὡς αὐτοῦ μὲν ἁμαρτόντος μὴ δεῖν ἐπὶ τὸν λαὸν τὴν θείαν ἐπενεχθήσεσθαι μῆνιν· οὕτω δὲ καὶ θυσίαις τὸν Θεὸν ἐξιλεώσασθαι ταῖς ἐκ Σιὼν ἐξενεχθείσαις λέγεται παρὰ τὴν ἅλω τοῦ Ὀρνᾶ, δι' ὧν ἁπάντων ἵλεω τὸν Θεὸν ποιησάμενος, τὴν ὀργὴν ἀνεχαίτισεν παραυτίκα. Μωϋσῆς δὲ μικρᾶς ἀντιτιμᾶται προθέσεως τοσοῦτον, ὡς καὶ Θεὸν αὐτὸν φανεροῖς κατιδεῖν ὀφθαλμοῖς, καὶ τοσούτου προστασίαν δέξασθαι πλήθους καὶ τῶν μεγάλων τεράτων ὑπηρετῆσαι Θεῷ, καὶ Θεὸν ὅμως Φαραὼ χρηματίσαι. Οὐ γὰρ ἦ ζῆλον ἐνδιάθετον ἐπεδείξατο πατάξας τὸν Αἰγύπτιον, καὶ τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ συγκακουχεῖσθαι τοῦ συμβασιλεύειν προκρίνας τοῖς Αἰγυπτίοις. Οὕτως Ἐλισσαῖος μικρᾶς χάριν ὕβρεως, καὶ ὅτι λίαν εὐτελοῦς τοῖς νηπίοις ἀντιμετρήσας τοσαύτην ἀπανθρωπίαν, ἄρκους τοῦ δρυμοῦ τῷ λόγῳ προστάξας ἐξελθούσας ἀνηλεῶς τοὺς ἀθλίους σπαράξαι. Οὐ γὰρ πλὴν ἐκερτόμησαν αὐτὸν ἢ βοήσαντες· Ἀνάβαινε, φαλακρὲ, ἀνάβαινε· ὅπερ ἦν τῇ νηπιαζούσῃ συγγνωστὸν ἄδεια, καὶ μέντοι τοσαύτης ἐπειράθησαν αὐτίκα τῆς ἀπανθρωπίας, οὐχ ὡς τοῦ προφήτου ταῖς λοιδορίαις τῶν παίδων προσεσχηκότος, ἀλλὰ τῆς μελλούσης αὐτοῖς ἐπιφύεσθαι πονηρίας πρὸ τοῦ βλαστῆσαι ῥιζόθεν τὸν καρπὸν ἀποκείραντος, ὅπερ αὐτοῖς καὶ ψυχικῆς αἴτιον ὑπῆρχεν σωτηρίας. Οὐ γὰρ δή τις εἴποι ταῦτα συγκρίνων τὴν κατά τινα γέννησιν ἐμοὶ ἢ εἱμαρμένην συμβῆναι, οὐδὲ τῇ φορᾷ καὶ τοῖς ἄστροις ἐπιτρέψει τοὺς οἴακας τοῦ παντὸς, ἀλλ' ὡς ὁ θεῖος ἀπέδειξεν Γρηγόριος τῷ Θεῷ τὴν πρόνοιαν παραχωρήσοι, πιστεύσῃ τε τοῖς τῶν θείων κριμάτων πηδαλίοις οἰακίζεσθαι καὶ περιστρέφεσθαι δὴ τὸ πᾶν.

ΛΟΓΟΣ ΡΙΗ'.

Ὅροι παχυμερεῖς (1).

Ὁ παρὼν λόγος ὁρίζεται πάντα τὰ ὄντα, σημαίνων ἑκάστου τὴν ποιότητα· δηλοῖ δὲ δι' ἣν αἰτίαν ἕκαστον τῆς οἵας ἔτυχεν κατωνομάσθη προσηγορίας· περὶ δὲ τὰ τέλη μέμνηται τῆς Χριστοῦ ἐνανθρωπήσεως, ἀρχόμενος ἀπὸ τῆς ἐκ Παρθένου γεννήσεως, καθ' ἓν ἕκαστον ὧν ἔδρασε καθ' ἡμᾶς γεγονὼς, μέχρις αὐτοῦ τῆς δευτέρας ἐνδόξου παρουσίας. Καὶ κεῖνται ἐν τοῖς ἤδη προλεχθεῖσιν αἱ ἱστορίαι.

gentia accurate meditanti mea est nec in somniis meis, de his quæ nosse cupio: nam Deum nosse cupio et non est qui Deum comprehendat. Dixi: Sapiens efficiar, et sapientia longius recessit a me multo magis quam erat, et omnes isti contemptibiles et semper errantes corde, quibus crassæ istius carnis tenebrosa officit nebula interjacens. « Ille vero me est, » et seq. Ego, inquit, optime novi quod nec entium nec nascentium notionem accuratam ut oportet habeo: et hæc mea sapientia, scire quod nihil secure cognoscere possim. Quivis me sapientior, quem magis quam alios animæ decipit mendacium, quod est opinio mentis, temere et inconsiderate emittens fluxum verbum quo quæ nec vidit nec novit asserit homo. Et sic considerat: « Sum, dic quid est, » et seq. Tantum hic intendit divus interpres sapientiam Ecclesiastæ explanare dicentis vanitatem vanitatum et applicationem spiritus omnia; ita sane et Davidis sapientiam vanum hominem omnem canentem cum substantia ejus, qui non sit æstimandus ante plasmantis eum conspectum. Eadem fiducia audens philosophat et ipse interrogans: Dicis quod sim, profer et demonstra quid sit illud? Nam in tribus temporis partibus omnino cuncta videntur, in præsenti nempe, in futuro et in præterito; sed præteritum jam non est, quippe quod præterivit; futurum non exsistit; et quoad præsens, cogitationis tempus est et subito aufugit, antequam mens contemplari valuerit, ipsum verbo rapidius avolavit. Sicut tempus ipsum, sic ego cui sors una affligitur cum tempore. Idem enim ordo temporis, et eorum quæ in tempore versantur; ipso currente, eodem cursu involvuntur. Sic aliud exsistentiæ meæ cum tempore evanuit et aliud nunc possidere arbitror, sed aliud et me habiturum arbitratus fui, si tamen exsistens permanebo; nam mihi nihil certum, nihil stabile, nihil manens, nec similiter certus sum fore ut oculos injiciam in non firma nec certa, sed in perpetuo et indesinenter volutata quasi flumine turbido et ad perpetuum effluvium destinata.

29 *Quid me horum esse dices?* etc.

Dicens præsenti temporis parti et præteritæ et futuræ consortem hominis naturam quasi eamdem cum tempore habentem, utraque continuo efflua, Quid inquit, horum trium esse me dicis natum? Et certe transiit quod natus sim. Sed futurum? et illud nullo modo est. Sed nunc exsistentem? Sed nec illud est, spiritum præit, ut dictum est, ipsius effluum et transitorium. Dices ergo, His deficientibus quid tandem sum? Tu doce me, si in te sapientiæ sermo sit, aut docentem audi vanum esse omnem hominem et nihil ultra: et nunc me qui hæc profero, sequaris illic manens; vide ne a te latenter sub temporis puncto recedam. Abundanter tibi sermonem probabit fluminis exemplum: quem-

ταίαις περιφερόμενος ἐννοίαις, καὶ οὐδὲν βέβαιον ἐν ἀκριβεῖ ἔχων καταλήψει οὐδ' ἐν ὀνείρῳ, ὧν εἰδέναι ποθῶ. Ποθῶ γὰρ Θεὸν γνῶναι, καὶ αὐτὸν οὐκ ἔστι καταλαβεῖν· σοφίαν (43), εἶπα, σοφισθήσομαι, καὶ αὐτὴ ἐμακρύνθη ἀπ' ἐμοῦ μακρὰν ὑπὲρ ὃ ἦν (44)· καὶ πάντες οὗτοι ταπεινοὶ καὶ ἀεὶ πλανώμενοι καρδίᾳ, οἷς ἡ τῆς παχείας ταύτης σαρκὸς σκοτεινὴ ἐπικρέμαται ἢ ἐπίκειται ἀχλύς.

Κεῖνος δ' ἐστὶν ἐμεῖο, κ. τ. ἑξ.

Ἐγὼ μὲν, φησὶν, οἶδα σαφῶς, ὡς οὐδὲν τῶν ὄντων ἢ γενομένων ἀκριβῶς, καθ' ὃ δεῖ γνῶναι, οἶδα· καὶ τοῦτο ἡ ἐμὴ σοφία, τὸ εἰδέναι ὡς οὐκ ἔστιν ἀσφαλῶς εἰδέναι οὐδέν· ἐμοῦ δὲ σοφώτερος πᾶς, ὃν μᾶλλον τῶν ἄλλων τὸ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἀπατᾷ ψεῦδος, ὅ ἐστι νοὸς οἴησις εἰκῇ τε καὶ ἀπερισκέπτως ἀπερευγομένη λογύδρια, ἃ οὐκ οἶδεν καὶ ἃ οὐκ ἐπίσταται διαβεβαιουμένη. Σκοπεῖ δὲ οὕτως·

Εἰμί. Φράζε τί τοῦτο, κ. τ. ἑξ.

Ὅλος ἐνταυθοῖ τῷ θεηγόρῳ σκοπὸς τὴν τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ σοφίαν σαφηνίσαι, ματαιότητα λέγοντος ματαιοτήτων καὶ προαίρεσιν πνεύματος τὰ πάντα· ναὶ δὴ καὶ τὴν τοῦ Δαβὶδ, μάτην πάντ' ἄνθρωπον εἶναι μελῳδοῦντος, καὶ τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ ὡσεὶ οὐδὲν καθορᾶσθαι ἐν προσώπῳ τοῦ πλάσαντος αὐτόν. Ἰσοδύναμα τούτοις φιλοσοφῶν πυνθάνεται καὶ οὗτος· Λέγεις ὅτι εἰμί· πρόσθες καὶ τί τοῦτο εἶ φάναι. Καὶ γὰρ ἐν τρισὶ μέρεσι χρόνου πάντως τὰ ὄντα ἐνορᾶται, ἐνεστῶτι δῆλον ὅτι καὶ μέλλοντι καὶ παρεληλυθότι. Τὸ μὲν οὖν παρεληλυθὸς οὐκ ἔστι· παρῆλθεν γάρ· τὸ μέλλον δὲ οὔπω πάρεστι· τὸ ἐνεστὼς δὲ οὐ φθάνω νοῆσαι παρὸν, καὶ παρέδραμεν εὐθὺς, οὐ φθάνω τῷ νῷ καταλαβεῖν· καὶ αὐτὸ θᾶττον ἢ λόγος οἴχεται ἀποπτάν. Οὕτως ὁ χρόνος αὐτὸς, οὕτως κἀγὼ, ᾧ τὸ εἶναι συμπαραῤῥεῖ τῷ χρόνῳ· συστοιχεῖ γὰρ τῷ χρόνῳ τὰ ἐν χρόνῳ καὶ τῇ ῥοῇ τούτου συνέπεται καὶ τῇ ἀποῤῥοῇ συναποῤῥεῖ. Οὕτως ἄλλο μὲν τῆς ἐμῆς ὑπάρξεως τῷ χρόνῳ συναπῆλθεν, ἄλλο δὲ νῦν οἴομαι ὑπάρχειν, ἄλλο δ' ἔσεσθαι ὑπείληφα, εἴ γε ἄρα καὶ ἔσομαι· οὐδὲν γὰρ ἔγωγε βέβαιον, οὐδὲν ἀραρὸς, οὐδὲ μόνιμον, οὐδὲ ὡσαύτως ἑστὼς ἔστι θεωρεῖν ἐν τῷ μὴ ἱδρυμένῳ, μηδ' ἑστῶτι, ἀλλ' ἀενάως καὶ διηνεκῶς ὡς θολερῷ ποταμῷ κατεπειγομένῳ, καὶ τὸ ῥεῖν συνεχῶς χαρακτηριζομένῳ.

29 *Τίπτε με τῶνδ' ἐρέεις;* κ. τ. λ.

Εἰπὼν σύστοιχον εἶναι τῷ ἐνεστῶτι τοῦ χρόνου μέρει καὶ τῷ παρεληλυθότι καὶ τῷ μέλλοντι τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, ὡς συμφυῶς αὐτῷ ἔχουσαν, καὶ αὐτῷ συνεχῶς συμπαραῤῥέουσαν, Τί με, φησὶ, τῶν τριῶν ἐρεῖς εἶναι; Ὡς γεγονότα; καὶ μὴν παρῆλθε τὸ γεγονός· ἀλλ' ὡς γενησόμενον; καὶ τοῦτο οὔπω ἔστιν· ἀλλ' ὡς νῦν ὑπάρχον; ἀλλ' οὐδὲ τοῦτό ἐστι, νοῦ θᾶττον, ὡς εἴρηται, παραῤῥέον τε καὶ παροδεῦον. Ἐρεῖς οὖν· Καὶ τί λοιπόν εἰμι ἐγώ; Σὺ δίδαξον, εἴ σοι λόγος ἔνεστι σοφίας· ἢ διδάσκου, ὅτι πλὴν μάτην πᾶς ἄνθρωπος· καὶ νῦν πρόσεχέ μοι ἐνταυθοῖ μένων, ὡς φθέγγομαι ταῦτα· ὅρα μή σε διαφύγω στιγμῇ διαλαθὼν χρόνου. Ἀποχρώντως δὲ τὸ τοῦ ποταμοῦ σοι παράδειγμα πιστώσεται τὸν λόγον. Ὡς

(43) *Σοφίαν, εἶπα*, v. Eccle. vii, 24.

(44) Cod., ὑπὲρ, ὃ ἦν· ἄνθρωπον, πάντες etc.

γὰρ ἀμήχανον τὸν ποταμὸν περῶντα δὶς τῷ αὐτῷ ὕδατι τὸν πόδα βάψαι, οὕτως οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον, ὃν πρῶτον ἑώρακας, ἀπαραλλάκτως ἐσαῦθις ὄψει τὸν αὐτόν. Καὶ γὰρ τῷ νῷ μὲν ἐν βουλεύμασι καὶ διανοήμασι συνεχῶς μεταβαλλόμενος, οἷα ἄνθρωπος ἀνίδρυτος καταθεωρεῖται ἐν αὐτοῖς, εἰ μή που Θεὸς ὁ ὢν ἀεὶ καὶ τὸ ῥῆμα Κυρίου μένον ἐν αὐτῷ, τὸ ἑστὼς καταδείκνυσι καὶ μόνιμον. τῇ ψυχῇ δὲ ταῖς τε λαλιαῖς καὶ αἰσθήσεσι, ταῖς τε φαντασίαις καὶ ταῖς ὀρέξεσιν ἀβέβαιος καθορᾶται καὶ ἀστήρικτος, ἀενάῳ κινήσει κατ' αὐτὰς διαμειβόμενος· τῷ σώματι δὲ πάλιν ταῖς τε μεταβάσεσι κατὰ τὸν τόπον, ταῖς τε διαθέσεσι καὶ ἕξεσι καὶ χρόαις ἀλλοιούμενος καὶ ἀεὶ μετατρεπόμενος, ἄπαυστον ἔχει τὴν τροπήν. Οὕτω μὲν κατὰ τὸ συνεχὲς τοῦ χρόνου καὶ ἀείῤῥυτον ἡ ἀνθρωπίνη φύσις καταδείκνυται ματαία· κατὰ τὸ ὁλοσχερῶς δὲ ἢ παχυμερῶς θεωρούμενον, οὑτωσὶ σκεπτέον.

Ἦν πάρος ἐν χροΐ, κ. τ. ἑξ.

Ὥσπερ ὁ Λευῒ γέγραπται ἐν τῇ ὀσφύϊ τοῦ πατρὸς εἶναι Ἀβραὰμ (45), οὕτω καὶ πᾶς ἄνθρωπος πρὸ τοῦ γεννηθῆναι, ἐν τῇ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ φύσει νοούμενος, ἔπειτα εἰς τὴν ὑποδεξαμένην αὐτὸν μητέρα διὰ τῆς συνουσίας μεταβαίνων, κοινὸν μετὰ ταῦτα κρέας ἀμφοῖν τοῖς τεκοῦσιν ἐν τῇ μητρῴᾳ γαστρὶ βρεφουργούμενος καθίσταται· ἐν ἀρχῇ δὲ τῆς βρεφουργίας, ἀδιάκριτον καὶ ἀδιάρθρωτον ὂν τὸ κρεάδιον, οὔτε βροτὸς, οὔτ' ἄνθρωπος δύναται καλεῖσθαι, αἶσχος ἀνείδεον ὂν καὶ ἀκαλλὲς, οὔτε λόγου μετεσχηκὸς, οὔτε νοός· ποῦ γὰρ ταῦτα παρὰ τῷ ἐμβρύῳ τῷ ὡς ἐν τύμβῳ τῇ μητρικῇ νηδύϊ ἐνεχόμενον; ὡς ἐν τάφῳ γὰρ ταύτῃ περιείληπται· δι' ὃ καὶ ἐπιφέρει· « Διστάφέες ζώοντες ἐπὶ φθοράν· » ταλανιστικῶς τοῦτο λέγων καὶ ἐποικτιζόμενος. Ὡς ἀπὸ τάφου γὰρ τῶν μητρῴων χωρίων ἐξιόντες, καὶ ζῶντες, ὁδεύομεν ἐπὶ φθορὰν, ἥ ἐστι δεύτερος τάφος, καὶ τοῦ πεπηγότος σώματος διάλυσις· ἣν δὲ, φησὶν, ὡδεύσαμεν ὁδὸν, καὶ ζωὴν ἐν τῷ βίῳ ζῆσαι μετὰ σώματος ἐδόξαμεν, οὐδὲν ἄλλο μοι ἢ ἐτῶν δαπάνη, καὶ χρόνου κένωσις, ἤτοι παρέλευσις, δοκεῖ· αὕτη δέ μοι καὶ ἐδυνηρὸν καὶ ἐπίπονον γῆρας καταχεῖ. Τοιαύτη μὲν ἡ ἐπίκηρος ζωὴ, ἀπὸ τάφου ἀρξαμένη καὶ καταλήγουσα εἰς τάφον· εἰ δέ με ἄλλος αἰὼν, καὶ ζωὴ ἄφθαρτος καὶ ἄλυτος, καθὼς γέγραπται, λυθέντα τοῦ σώματος διαδέχεται ἐκεῖ, σκέψαι, ὦ οὗτος, ὁ θεῖός φησιν ἱερολόγος, μή ποτε ἡ δοκοῦσα μὲν αὕτη ζωὴ ἔχῃ τέλος τὸν μόρον καὶ τὸν θάνατον, ἡ τελευτὴ δὲ ζωῆς ἀθανάτου ὁδοποίησίς σοι καὶ πρόξενος καθίσταται, ἔμπαλιν ἢ ὑπονοεῖς. Σὺ μὲν γὰρ τεθνάναι πάντως τὸν τελευτῶντα ὑποπτεύεις, ὁ δὲ τῷ λυθῆναι τῆς ζωῆς ταύτης, ἄριστα δηλαδὴ βιώσας, πρὸς τὴν ἀληθινὴν μετέβη ζωήν.

45 *Οὐδὲν ἔφυν*, κ. τ. λ.

Ἀποδείξας ματαίαν καὶ οὐδαμινὴν τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν, καὶ ὡσεὶ οὐδὲν οὖσαν τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ, ἀποδυσπετεῖ λοιπὸν ἐπὶ τοῖς ἄλγεσι καὶ ταῖς ἐπερχομέναις ἀνθρώπῳ συμφοραῖς. Οὐδὲν ἔφυν, λέ-

admodum pronum flumen bis eadem aqua pedes tingere impossibile est, sic nec eumdem hominem quem primo vidisti rursus eadem habitudine videbis. Nam quoad voluntatem, intentionibus et propositis indesinenter mutans, immoderate instabilis homo in istis cernitur, donec Deus in æternum exsistens et in ipso manens Verbum Domini stabilia et perdurantia ostendat; quoad animam sensualem, vaniloquiis et affectionibus, phantasiis et appetitibus, inconstans apparet et diversus, perpetuis motibus in his immutatus; quoad corpus adhuc et statibus secundum occasiones et constitutione et colore vitali commutans et semper vicissitudinibus obnoxius, incessantem mobilitatem ostendit. Sic per assiduum tempus et semper fluens vanitatem præ se fert humana natura, sic consideranda sive in toto, sive crassis in partibus. « Præsens eram in carne, » et seq. Quemadmodum scriptum est in lumbis Abraham patris fuisse Levi, sic et omnis homo antequam nascatur patris sui in natura conceptus, deinde in concipientem matrem per commercium transiens, inde communis caro amborum fit parentum in vulva matris feturatus; verum fetura in principio cum sit informis caro et quæ internosci nequeat, nec mortalis nec homo vocari potest, turpe aliquid sine lineamentis et sine decore est, sermone carens et intellectu; quomodo enim hæc essent in fetu quod quasi in sepulcro in vulva matris coarctatur? Nam tanquam in tumulo ibi includitur, inde addit: « Bis sepulcrales viventes ad corruptionem, » adgemens his verbis atque lugendam vicem miserans. Nam quasi e tumba e maternis vicibus exeuntes et viventes iter agimus ad corruptionem quæ est alterum sepulcrum et coagulati corporis solutio; et quam, inquit, viam cucurrimus, quam vitam in sæculo degere cum corpore visi sumus, hæc nihil nisi annorum impensa et temporis evacuatio aut consumptio a me æstimatur. Ipsa mihi effundit doloribus et ærumnis confertam senectutem. Ea est fatalis vita a tumba incipiens, ad tumbam desinens; si vero mundus alius, vitaque incorruptibilis et indissolubilis, sicut scriptum est, a corpore solutum me ibi recipit, vide, o tu, fatur divus sancta prædicans, ne forte quæ apparet vita, finem, supplicium et mortem habeat, et vitæ præsentis finis iter tibi et causa adsit vitæ immortalis longe aliter quam putas; tu quidem totaliter mori suspicaris morientem, qui autem ab hac vita solvendus optime omnino vixerit, ad veram transibit vitam.

45 *Nihil sum*, etc.

Postquam vanam et nullius pretii hominis naturam demonstravit et tanquam nihilum substantiam ejus; minime facit reliquum de doloribus et supervenientibus in hominem calamitatibus dicens: Natus

(45) Alludit ad id quod ait Apostolus ad Hebr. VII, 5.

sum quasi nihil, nihil sum; et cur tot malis superabundanter confectus opprimor, quasi bene constans essem factura et valida et robusta? Etenim quemadmodum Deo et cœlestibus quod ad essentiam et potentiam et gloriam in excelsis et beatitudinem spectat indissolubile est et immutabile; sic et hominis naturæ indissolubile et adhærens est et immutabile infelicem esse semperque alios aliis vitæ ærumnis et miseriis urgeri. Ex quo primum e vulva matris exiens in terram cecidi, ploratus ab oculis emisi; mihi ergo manifestum profecto signum hoc est, hoc testimonium, quot et quantis obviam ero lugendis et malis qui priusquam vitam delibem, lacrymas ab oculis fundo. « Terram quamdam foris liberam, » et seq. Est, inquit, terra et insula in qua belluarum genus non vivit, et est locus tostus quo non appropinquat frigida nox; ærumnas autem vitæ et labores nemo gloriabitur quod intactus et indomitus hic subterfugerit. Sed quædam miseræ hominum vitæ dura recenset et dicit: Sunt debilitas et paupertas, corporis variæ infirmitates et vitæ necessariorum egestas, partus et triste fatum, aut dolores parientium et pro educatione prolis sese consumentium, odium et in proximum invidiæ, et injusti viri et scelerati ab egentibus necessaria vitæ rapientes, more belluarum in mari et super terram miseros consumunt, et omnem hanc vitam ærumnosam et doloribus affluentem hominibus inducunt. « Damna quidem et omnino, » et seq. Quod dicit, illud est: Mala quæ homines esse putant ac molesta, pleraque reputavi omnino injucunda et ærumnosa omnique solatio destituta; bonorum quæ eo nomine designantur molestia immune nullum profecto vidi, ex quo lethifera a ligno degustatio et homicidæ invidia amaram et acerbam mihi transgressionis pœnam attulit.

γων, οὐδέν εἰμι. Καὶ ἵνα τί τοσούτοις ταλαιπωροῦμαι κακοῖς, ἐνδαπανώμενος, ὥστε πεπηγὸς ὂν πρᾶγμα καὶ ἰσχυρὸν καὶ στεῤῥόν; Καὶ γὰρ ὥσπερ Θεῷ καὶ τοῖς θείοις τὸ κατ' οὐσίαν, καὶ δύναμιν, καὶ δόξαν τὴν ἀνωτάτω, καὶ μακαριότητα, ἄτρεπτόν τέ ἐστι καὶ ἀμετάβολον· οὕτως ἀνθρώπου φύσει τὸ ταλαιπωρεῖσθαι, καὶ ἀεὶ τοῖς τοῦ βίου διαπονεῖσθαι ἄλλοτε ἄλλοις ἐπιπόνοις καὶ ἀλγηροῖς, ἄτρεπτον ὑπάρχει καὶ συμφυὲς καὶ ἀμετάθετον· ἐξ οὗ δὴ τὸ πρῶτον τῶν μητρικῶν λαγόνων ὀλισθαίνων, καὶ εἰς γῆν ἐκπεσὼν, δάκρυον ἀφῆκα τῶν ὀφθαλμῶν· καὶ γάρ μοι τουτὶ δηλαδὴ σύμβολον ἐναργὲς, τοῦτο γίνεται τεκμήριον, ὅσοις καὶ οἵοις μέλλω συναντήσεσθαι λυπηροῖς καὶ κακοῖς, τὸ πρὶν ἢ τοῦ βίου ἅψασθαι δάκρυον ἐξ ὀφθαλμῶν ἀφεῖναι.

Χώρην μέν τιν' ἄθηρον, κ. τ. ἑξ.

Ἔστι, φησὶ, χώρα, καὶ νῆσος, ἐν ᾗ θηρῶν ἀγρίων οὐ διαιτᾶται φύσις· καὶ ἔστι τόπος κατακεκαυμένος, οὗ κρυερὰ οὐ προσεγγίζει νιφάς· τῶν λυπηρῶν δὲ τοῦ βίου καὶ τῶν μόχθων οὐδεὶς καυχήσεται ὡς ἀδάμαστος καὶ ἄγευστος ἐνταῦθα διαφυγών. Ἄλλα τινὰ τὰ δυσχερῆ (46) τοῦ ταλαιπώρου τῶν ἀνθρώπων βίου κατ' εἶδος ἀναριθμεῖται, καί φησιν· Ἀδράνεια καὶ πενία, σώματος ἀῤῥωστίαι ποικίλαι καὶ ἔνδειαι τῶν ἐπιτηδείων πρὸς ζωὴν, τόκος καὶ μόρος, ἤτοι κακοπάθεια ταῖς τικτούσαις καὶ περὶ τὴν ἀνατροφὴν τῶν ἐκγόνων πονουμέναις, ἔχθος καὶ αἱ πρὸς τοὺς γειτονοῦντας ἔχθραι, καὶ ἄδικοι ἄνδρες καὶ ἁμαρτωλοὶ, τὰς πρὸς τὸ ζῆν τῶν ταπεινοτέρων ἁρπιώμενοι ἀφορμὰς, ὅμοιον τρόπον τοῖς ἐν θαλάσσῃ θηρσὶ καὶ τῇ ξηρᾷ κατατρίβουσιν αὐτοὺς, καὶ πάντα τὸν βίον ἀλγηρὸν καὶ ἐπώδυνον τοῖς ἀνθρώποις καθιστῶσιν.

Πήματα μὲν καὶ πάμπαν, κ. τ. ἑξ.

Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· Τῶν παρ' ἀνθρώποις λεγομένων κακῶν καὶ δυσχερῶν πολλὰ κατενόησα παντελῶς ὄντα ἀτερπῆ καὶ λυπηρὰ, καὶ οὐδεμίαν ἔχοντα παραψυχὴν παρομαρτοῦσαν· τῶν ἀγαθῶν δὲ ἐν βίῳ κατωνομασμένων οὐδὲν ἄμοιρον λύπης παντάπασι τεθέαμαι, ἀφ' οὗ ἡ ὀλεθρία τοῦ ξύλου γεῦσις καὶ ὁ τοῦ ἀνδροκτόνου φθόνος πικράν μοι καὶ ἀλγηρὰν τὴν τῆς παραβάσεως τιμωρίαν ἐναπήμεσεν.

59 *Hæc tibi, caro, dicta sint, non facile sanabili*, etc.

Ad te ergo, o caro, sanatu difficilem, immedicabilem forte hæc a nobis: nam hoste amœna te utor et semper militanti; hostis debita semper inimica placens caro, tum sæpe cooperans ad bona, tum ordinarie propensa ad malorum abyssum. Feræ blandienti mihi similis videris et adulanti, et interdum acerbe mordenti; et igni calefacienti similabo, sed et simul vehementer refrigeranti; quod insolitum, eoque magis mirum est, si forte ad finem totum mihi benevola fieres pacemque dares; tibi ergo, o caro, hæc dicta sint, sed et tibi animæ ipsi dicentur prout justum est. « Quis? Unde? aut quid es? » et seq. Quis et unde, et quid es secundum naturam, dic si habes; quis te mortuum ferentem aut corpus ferentem plasmavit? Quis undequaque oneratam et ad terram religatam catenis validis vitæ religavit? Quomodo commista es? Quomodo

59 *Σοὶ μὲν δὴ, σὰρξ, τοῖα δυσαλθέϊ*, κ. τ. λ.

Πρὸς σὲ μὲν οὖν, ὦ σὰρξ, δυσαλθῆ τε καὶ δυσίατον ὑπάρχουσαν τοιαῦτα παρ' ἡμῶν· καὶ γὰρ ἐχθρῷ σοι εὐμενεῖ χρῶμαι καὶ φιλοπολεμοῦντι ἀεί. Φίλεχθρος αἰεὶ δυσμενὴς, ἡ σὰρξ φίλος, τὸ μὲν συνεργὸς πρὸς τὰ καλὰ πολλάκις, τὸ δ' ἐκτόπως βρίθουσα πρὸς κακῶν βάθος· θηρίῳ γὰρ ἐοικέναι μοι δοκεῖς προσσαίνοντι μὲν κολακικῶς, δάκνοντι δ' ἐνίοτε πικρῶς, καὶ πυρὶ θερμαίνοντι παρομοιάσω, ἀλλ' αὐτῷ τούτῳ καὶ ψύχοντι σφοδρῶς· ὃ καὶ παράδοξον, μεῖζον δὲ θαῦμα, εἴ ποτε κἂν ἐς ὕστερον τὸ ὅλον μοι εὐμενὴς γένοιο καὶ εἰρηνεύοις. Σοὶ μὲν οὖν δὴ, ὦ σὰρξ, ταῦτα προσειρήσθω· ἀλλὰ καὶ σοὶ τῇ ψυχῇ αὐτῇ τὰ καθήκοντα ῥηθήσεται.

Τίς; πόθεν; ἢ τί πέλεις; κ. τ. ἑξ.

Τίς καὶ πόθεν καὶ τί κατὰ τὴν φύσιν αὐτὴν εἶ, φράσον, εἴ σοι παρόν· τίς δέ σε νεκροφόρον, ἤτοι σωματοφόρον, ἐποιήσατο, στερεοῖς ἐν δεσμοῖς τοῦ

(46) Codex ἀλλὰ τίνα τὰ δυσχερῆ.

βίου καταδήσας πανταχόθεν βαρυνομένην καὶ συνειλκυσμένην εἰς γῆν; πῶς ἐμίγης; πῶς ἐκράθης, πνεῦμα οὖσα, τῷ βάρει τοῦ σώματος; πῶς δὲ νοῦς πέλουσα, σαρκὶ κραθῆναι κατεδέξω; κούφη δὲ τυγχάνουσα πῶς ἄχθος φέρεις; Ταῦτα γὰρ ἀντικείμενα ὡς ἐναντία ἀλλήλοις διαμάχεται.

69 *Εἰ μὲν δὴ σάρκεσσιν ὁμόσπορος ἐς βίον ἦλ-[θες*, κ. τ. λ.

Προσλαλήσας τῇ σαρκὶ πρῶτον, εἶτα τῇ ψυχῇ, ὅσα θεοληπτούμενον ἄνδρα προσλαλεῖν ἐχρῆν, αὖθις πρὸς τὴν ψυχὴν περὶ τῆς κατ' αὐτὴν γενέσεως καὶ πρὸς τὸ σῶμα συγκράσεως διαλέγεται θεοφορούμενος, Εἰ μὲν ἅμα, λέγων, τῷ σώματι καὶ αὐτή, ὦ ψυχή, συσπειρομένη, τῇ μητρῴᾳ γαστρὶ συγκατεβλήθης, καὶ οὕτω παρῆλθες εἰς τὸν βίον, ὤ μοι τῆς συζυγίας διὰ μακροῦ ἀπολομένης! Καὶ γὰρ εἰκὼν εἶναι Θεοῦ φρονῶν καὶ μεγαλαυχῶν, μαργοσύνης αἰσχρᾶς καὶ ἀτίμου ῥεύσεως ἀποτετέλεσμαι υἱός. Αἰσχύνομαι δὴ οὖν μητέρα τιμῆς, φημὶ δὴ τῆς εἰκόνος, τὴν τῆς σαρκὸς ἀκόλαστον λέγων ἢ ὑπονοῶν ἐπιθυμίαν· εὐλαβοῦμαι καὶ δέδια μητέρα τῆς ψυχῆς τὴν ῥεῦσιν εἰπεῖν, ὅτι αὐτὴ μὲν ἔφθαρται εἰς σῶμα παγεῖσα βροτοῦ, ὃς νῦν μὲν ὁρᾶται βροτὸς γενεσιουργηθείς, αὖθις δὲ οὐδὲ βροτὸς, ἀλλὰ κόνις ἐσόμενος τὸ τελευταῖον. Εἰ οὖν, ὦ ψυχή, τῇ σαρκὶ συγκατεσπάρης, μή ποτε καὶ συγκαταφθαρῇ[ς].

Εἰ δὲ σύ γ' οὐρανίη τις, κ. τ. ἑξ.

Εἴπερ, φησὶν, οὐχ ὁμόσπορος, ὦ ψυχή, γέγονας τῷ σώματι, ὥσπερ οὐδ' ὁμοφυὴς (πῶς γάρ; ὅτι τὸ μὲν χοῦς καὶ ἐπάγη ἐκ χοὸς, σὺ δὲ οὐρανίας κομπάζεις φύσεως εἶναι καὶ ἀφθάρτου), ὅθεν ἔφυς, σαφήνισον ἡμῖν· εἰ μὲν Θεοῦ ἄημα ἢ πνεῦμα, καὶ λάχος, ἤτοι κλῆρος, ὡς οἴει, καὶ μερὶς, ῥίψον ἀτασθαλίαν πᾶσαν ἀδικίας τε καὶ πονηρίαν, καὶ συνθήσομαι· καὶ γὰρ οὐδὲ ἔξεστι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ καθαροῦ φύσει μοῖραν ἢ ἀπόῤῥοιαν ὑπάρχουσαν, κακὴν εἶναι ἢ ῥύπου κἂν ὁπωσοῦν ἐν μεθέξει καθεστάναι· οὐδὲ γὰρ σκότος ἡλίου πέφυκεν ἐνέργημα, οὔτε πονηροῦ καὶ ζοφώδους πνεύματος φώταυγον (47) πνεῦμα ἢ ἀγαθουργὸν ἐξέφυ· τὸ ὅμοιον γὰρ κατὰ φύσιν ὅμοιον γεννᾷ. Πῶς οὖν σὺ, ὦ ψυχή, ταῖς τοῦ Πονηροῦ κακαῖς ἐπιθέσεσι τοσοῦτον τοῦ ὀρθοῦ λόγου καὶ τοῦ ἀγαθοῦ παρατρέπῃ καὶ παρεξελαύνῃ, καίπερ, ὡς φῄς, οὐρανίῳ καὶ ἀγαθῷ πνεύματι συγκεκραμένη; Καὶ γὰρ εἰ βοηθὸν ἔχουσα τοιοῦτον, ἐπὶ τοσοῦτον βρίθεις πρὸς τὴν γῆν καὶ οὕτως ἐπὶ τὸ χεῖρον καταῤῥέπεις, τίς ἂν εἴης ἐστερημένη βοηθείας; Αἲ αἲ τῆς πανωλέθρου κακίας ἀμίκτως πρὸς τὸ ἀγαθὸν διακειμένης!

Εἰ δ' οὔ μοι θεόθεν σὺ, κ. τ. ἑξ.

Εἰ μὴ οὐρανία καὶ ἐκ τοῦ ὑπερουρανίου Θεοῦ ἡ σὴ φύσις καὶ οὐσίωσις, ὦ ψυχή, πέλει, δέος μοι σφόδρα μέγα, καὶ ἀγωνία, καὶ φόβος ὑποτρέχει, μή ποτε κενῷ δοξαρίῳ φυσιοῦμαι, καὶ γαυριάματι μετεωρίζομαι; εἰκῇ πλάσμα καὶ εἰκὼν Θεοῦ εἶναι μεγαλαυχῶν.

87 *Πλάσμα Θεοῦ παράδεισος, Ἐδὲμ*, κ. τ. λ.

Εἰπὼν οὐρανίαν εἶναι τὴν ψυχὴν, ὡς πλάσμα Θεοῦ τοῦ ὑπερουρανίου, δι' ὃ καὶ βοηθουμένην ὑπ'

spiritus cum sis, onere corporis domita es? Quomodo animus cum sis, imperium carnis coacta ex recipere? Pondere immunis quid pondus fers? Nam hæc sibi invicem contraria inter se repugnant.

69 *Quod si cum carnibus sata in vitam venisti*, etc.

Postquam carni primum, dein animæ, sicut Deo concitante loqui decebat virum, locutus est, iterum cum anima de ipsius natura et cum corpore de ejus mistura conversatur divino spiritu afflatus: Siquidem, inquit, cum corpore et ipsa, o anima, inspirata e matris gremio exiisti et ad vitam venisti, væ mihi ob conjunctionem lente pereuntem! Nam imago Dei quod sim cogitans et glorians, dementiæ turpis et ignominiosæ originis perficior filius. Erubesco ergo matrem honoris, dico imaginis, infrenatam dicere aut suspicari carnis cupiditatem; pio affectu et tremente vereor matrem animæ influxionem memorare, quia ipsa quidem cum corruptione seminatur in corpus mortalis coagulata, qui nunc videtur mortalis creatus, postea vero jam non mortalis, sed pulvis futurus in finem. Si ergo, o anima, in carne seminata sis, vide ne simul corrumparis. « Si vero cœlestis tu.., » et seq. Si, inquit, non ex simili origine, o anima, prodiisti, ac corpus, nec a simili loco genita es, quid? Illud quidem terra et sumptum est e terra, tu tamen cœlesti natura et incorrupta gloriaris? Unde orta es, indica mihi : si a Deo halitus et spiritus es, et pars aut hæreditas, ut opinaris, et portio, omnem malitiæ thesaurum et malignitatem projice, et consentiam. Etenim non licet beni et puri partem naturaliter aut emanationem esse malam aut quantulo libet modo fecis participem esse. Nam nec tenebras genuit solis efficacia, nec mali et tenebrarum spiritus efficacia spiritum illuminantem et bona operantem genuit : nam simile sibi secundum naturam quælibet res gignit : quomodo ergo tu, o anima, in malos Mali conatus adeo a recta ratione et a bono declinares et irrumperes, licet, ut dicis, cœlesti et bono spiritui commiscearis? Namque tali fruens auxiliante si tantum prosternaris in terram, sicque ad pejora te extendas, quid auxilio orbata remanebis? Eheu letalis malitiæ absque mistura pro bono impotenter jacentis! « Si non a Deo tu mihi, » et seq. Si non est cœlestis nec ab altissimo Deo natura tua et substantia, o anima, magnus valde timor et tremor et lucta occurrit, ne forte vana gloria tumeam et arrogantia me exaltem, creaturam et imaginem Dei me jactans.

87 *Figmentum Dei paradisus, Eden*, etc.

Dicens cœlestem animam tanquam Dei altissimi plasma, ideoque ab ipso adjutam, quædam inter

(47) *Φώταυγον*, sic cod.; addubitavit hanc formam Schneiderus.

maxima auxilia quæ pro ipsa præstitit memorat. Primo ergo paradisum in Eden in animæ hominis favorem plantavit; et primum decus gloriamque perfudit in ipsum quem ad imaginem similitudinemque suam plasmavit; deinde in auxilium ipsi dedit mandatum quo observato immortalitatis et deificationis spes promittebatur. Admissa vero transgressione in irrequietam vitam istam, peccatis abundantem et mortalem inde lapsum noxium, sic sine adjutorio non neglexit hominum amator. Diversis institutorum generibus sive generalioribus, sive magis specialibus impietates et impiorum in ipsum indigne acta juxta justitiam insecutus est : sic paulatim sui ipsius agnitionis instituta dabat; et aqua morti deditum inundavit mundum et fulguribus incendium spargentibus Sodomorum lasciviam in cinerem redegit. Deinde post hæc aliud remedium aut auxilium peccatoribus lex scripta per Moysem insinuavit. Quorum omnium fortissimum, Domino dignissimum et pietatem erga homines spirans, ipse in temporum plenitudine, sinum Patris non relinquens Filius unigenitus Dei, Verbum, supremam Dei naturam humanæ conjunxit, totus secundum hypostasim tota natura humana sese includens ineffabiliter, ita ut Deus impassibilis manens, passionibus meis a parte humana patiens, fortitudinem et vires mihi præberet, et me mortalem ipso consummante deum efficeret. Adeo ergo, ait anima a Deo illumináta et divina revelans, mihi præstitis ab optimo boni amatore beneficiis, præpotentem ut et perillustrem habeo animam. Verum suum more qui se occidere quasi furunt, corde volenti in ferrum ruentes, ad mortem quæ ob peccatum nobis impendet præcipites festinamus.

Ecquod vitæ bonum Dei lux? et seq.

In iis quæ reperiuntur in hac vita quid testificandum est bonum? Unanimiter respondebitur, lumen : Nam, inquit, vidit Deus lumen quod esset bonum; et quid aliud melius aut jucundius esset eorum quæ sunt in vita? Sed et ne ipse particeps sim aut fruar majori parte ipsius me invidæ et odiosæ privant tenebræ, aciem oculorum obscurantes, nec mihi plus hujus remanet luminis si pie vivere reputor. Quinimo majus lumen videtur apud impios, unde me oculorum acie hebetem precatur idem cum illis visu prospere assequi, licet alia ex parte infirmitate laborem et onerer et ægrotans sim et jacens et abjectus : verum Dei timor me humilem diu noctuque cogitationibus conturbatum et consumptum facit.

Ille me superbus supinum impulit retro, et seq.

Illa superba vita et excelsa, illa mollis et crudelis et languida in voluptatibus, pede terens illa et a propensione in progressum reprimens me retro repellit : Dixi, inquit, et timores et metus et tremores quibus te torquet, Tartarum tenebrosum,

αὐτοῦ, ὑπόμνησιν δι' ὀλίγων τῶν μεγίστων αὐτοῦ βοηθημάτων, ὧν ὑπὲρ αὐτῆς εἰργάσατο, ποιεῖται. Πρῶτον οὖν τὸν παράδεισον τὸν ἐν Ἐδὲμ διὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου ἐφύτευσε ψυχήν· καὶ πρῶτον μὲν κλέος αὐτῷ κατέχεε καὶ δόξαν, κατ' εἰκόνα πλάσας ἰδίαν καὶ ὁμοίωσιν· ἔπειτα ἐντολὴν αὐτῷ δεδώκει εἰς βοήθειαν, ἧς τῆς ἀθανασίας ἐλπὶς καὶ θεώσεως ἐπήγγελτο· παραβάσεως δὲ γενομένης, καὶ εἰς τὸν ἐμπαθῆ τουτονὶ βίον καὶ ἁμαρτητικὸν καὶ θνητὸν τοῦ παραβεβηκότος ἐκεῖθεν ὀλισθήσαντος, οὐδ' οὕτως αὐτὸν ὁ φιλάνθρωπος ἀβοήθητον παρεῖδεν, διαφόροις δὲ τρόποις παιδείας καθολικωτέροις καὶ μερικωτέροις τὰς ἀσεβείας καὶ ἀθεσίας τῶν εἰς αὐτὸν ἀσεβούντων ἐν δικαιοσύνῃ μετερχόμενος, οὕτω κατὰ μικρὸν πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτοῦ ἐπίγνωσιν ἐπαιδαγώγει· καὶ ὕδατι μὲν κατακλύσας τὸν κόσμον ὀλέθρῳ παραδέδωκε, κεραυνοῖς δὲ πρηστηρίοις τὴν τῶν Σοδομηνῶν ἐξετέφρωσεν ἀσέλγειαν· ἔπειτα μετὰ ταῦτα ἄλλο ἴαμα, ἤτοι βοήθημα, τοῖς ἁμαρτάνουσιν ὁ γραπτὸς νόμος διὰ Μωσέως παρεισῆλθεν· τὸ πάντων κράτιστον, κυριώτατόν τε καὶ φιλανθρωπότατον, αὐτὸς ἐν τῷ τῶν χρόνων πληρώματι τῶν πατρικῶν οὐ διαστὰς κόλπων ὁ μονογενὴς Θεὸς Λόγος τὴν θεαρχικὴν φύσιν τῇ ἀνθρωπίνῃ συνεκέρασεν, ὅλος ὅλῃ καθ' ὑπόστασιν ἀποῤῥήτως συνενούμενος, ὅπως ἂν Θεὸς ἀπαθὴς μένων, τοῖς ἐμοῖς δὲ πάθεσι τῷ ἀνθρωπίνῳ μέρει παθὼν, ἰσχύν τέ μοι καὶ δύναμιν παράσχοι, κἀμὲ τὸν βροτὸν, θεὸν ἀποδείξειε τελεσιουργήσας. Τοσοῦτον οὖν μοι, φησὶν ἡ θεοπτικωτάτη ψυχὴ καὶ θεοῤῥήμων, τῶν ὑπὸ τοῦ φιλαγάθου παρεσχημένων εὐεργετημάτων, ὅμως ἀδάμαστον ἔτι καὶ ὑπερήφανον ἔχω τὴν ψυχήν· συῶν δὲ τρόπον αὐτοφόνῳ μανίᾳ καὶ καρδίας αὐθαιρέτῳ ῥοπῇ πρὸς τὸν σίδηρον, εἴτουν τὸν δι' ἁμαρτίας ἀπειλούμενον ἡμῖν θάνατον, σπουδῇ χωροῦμεν.

Τίπτ' ἀγαθὸν βιότοιο; Θεοῦ φάος, κ. τ. ἑξ.

Τί ποτέ ἐστι τῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ μαρτυρούμενον καλόν; Πάντως συνομολογήσεις τὸ φῶς. Εἶδεν γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλόν· τί δ' ἂν καὶ εἴη ἄλλο βέλτιον ἢ ἥδιον τοῖς ἐν τῷ βίῳ; ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτοῦ μεταλήψεως ἢ ἀπολαύσεως τὸ πλεῖον μέρος ἡ φθονερά με καὶ στυγητὴ ἀποστερεῖ σκοτία, τὸ ὀξυδερκὲς τῆς βλέψεως ἐξείργουσα, καὶ οὐδὲν ἐμοὶ τοῦ φωτὸς τοῦδε πλέον ὡς εὐσεβεῖν νομιζομένῳ· μᾶλλον μὲν οὖν τὸ πλεῖον τοῖς ἀσεβοῦσιν ἐνορᾶσθαι,ὡς κἀμὲ ἀμβλυώττοντα ἐπεύχεται τοῦ ἴσου αὐτοῖς τῆς ὄψεως κατευστοχεῖν, καίπερ τἄλλα ἀῤῥωστίᾳ τε κάμνων καὶ νοσηλευόμενος (48), καὶ κατακείμενος, καὶ ὀλιγοψυχῶν· φόβος δέ με Θεοῦ κατακάμπτει, ἡμεριναῖς τε φροντίσι καὶ νυκτεριναῖς δαπανώμενον καὶ κατατρυχόμενον.

Οὗτος ὁ βρισαύχην με καὶ ὕπτιος ὦσεν ὀπίσσω, [κ. τ. ἑξ.

Οὗτος ὁ ὑψαύχην βίος καὶ μετέωρος, ὁ ὕπτιος καὶ ἀνάλγητος καὶ ἀναπεπτωκὼς ταῖς ἡδοναῖς, λὰξ ἐπιβὰς οὗτος καὶ τῆς εἰς τὸ πρόσω φορᾶς ἀνακόψας εἰς τοὐπίσω με ἀπώσατο· Εἶπον δὲ, φησὶ, καὶ τὰ δείματα καὶ τοὺς φόβους καὶ τρόμους, οἷς σε κατα-

(48) Cod. νοσιλευόμενος.

κάμπτει, Τάρταρον ἠερόεντα, σκοτεινὸν Ἅδου χῶρον καὶ ἀλαμπῆ λίαν φαντάζεσθαι παρασκευάζει, Πυριφλεγέθοντας οὓς δή φασιν Ἕλληνες, γέενναν δὲ καὶ πῦρ ἄσβεστον τὰ θεαρχικὰ (49) λόγια καλεῖ, ἱμάσθλας τε πρὸς αὐτοῖς, τιμωρίας φημὶ καὶ κολάσεις καὶ δαίμονας, τιμωρητικὰς οἶμαι δυνάμεις, τῶν ἡμετέρων πράκτορας ψυχῶν, τὰς ἡμῖν μὲν συνεργούσας ἄρτι πρὸς τὴν ἁμαρτίαν, ἐν καιρῷ δὲ κρίσεως τιμωροῦσι μὲν ἐνδίκως, ὡς ἐπακολουθήσαντας αὐτῶν ταῖς ὑποβολαῖς, καὶ αὐταὶ δὲ ἐπὶ τὸ διπλάσιον συντιμωρηθήσονται τοῖς ὑπευθύνοις, ὡς καὶ συμβουλευσάμεναι τὰ τῷ Θεῷ στυγητὰ καὶ συμπραξάμεναι, δι' ὃ καὶ πράκτορες τῶν ἡμετέρων εἴρηνται ψυχῶν. Ταῦτα δέ, φησί, πάντα μῦθος μὲν λεγόμενα, καὶ ὑπόθεσις γέλωτος καθίσταται τοῖς ἀσεβέσι· μόνον δὲ τὸ κατὰ τὸ παρὸν ἡδὺ καὶ ἐράσμιον αὐτοῖς νομισθὲν ἀπρὶξ ἀγαπῶντες καὶ περιεχόμενοι, τῆς ἐν ἐλπίσι βασάνου οὐδ' ἥντινοῦν ποιοῦνται ἐπιστροφήν.

Λώϊον ἦν ἀλιτροῖς, κ. τ. ἑ.

Τοῦτο οἶμαι τὸν θεοφόρον ἄνδρα διὰ τοῦδε παραδηλοῦν τοῦ ἔπους, ὡς βέλτιον ἦν ἄρα καὶ λυσιτελὲς τοῖς ἁμαρτωλοῖς μὲν ἀτιμώρητα εἶναι κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα καὶ πεῖραν τῆς ἐκεῖ κολάσεως μὴ λαβεῖν, εἴπερ ἐμὲ κατὰ τὸν παρόντα ταῖς τῆς κακίας τοῦ βίου δυσχερείαις ἀσχάλλειν καὶ ἀνιᾶσθαι· ἢ οὕτως· Συνέφερε τοῖς ἐνόχοις, τῆς ἁμαρτίας ἀφεθεῖσιν, ἀπηλλάχθαι τῆς βασάνου, καὶ ἐμὲ (50) τοῖς τοῦ βίου κακοῖς οὑτωσὶ ταλαιπωρεῖσθαι.

obscurum Orci locum et absque lumine fantasmatibus abundare præparat, ignea flumina quorum meminerunt Græci, gehennam et ignem inexstinguibilem vocant prophetiæ divinæ, et flagella in ipsis, pœnas dico et animadversiones et dæmones, punientes puto potestates, nostrarum exsecutores animarum, quæ nobiscum cooperatæ sunt recenter ad peccatum, in tempore vero judicii juste quidem puniunt eas quæ per instigationes ipsarum comitatæ sunt; et ipsæ damnatorum duplices dabunt pœnas quæ suaserunt odiosa Deo unaque fecerunt, unde nostrarum animarum exsecutores dictæ sunt. Hæc omnia, inquit, fabula dicuntur et risu digna reponuntur ab impiis; tantum vero quod præsens est dulce et jucundum judicantes fortiter amant et ardent, dum tormenti a spe designati nullam curam habent. « Melius erat sontibus, » et seq. Id virum divinum demonstrasse per hæc carmina puto : Melius erat et magis expediebat peccatoribus impunita esse in vita futura mala nec quidquam de tormentis hisce experiri, licet in præsenti sæculo ærumnis miseriarum vitæ angar et affligar ego. Aut sic : Expedit sontibus qui a peccato soluti sunt, a tormentis immunes transire, me sic in malis vitæ relicto.

109 *Ἀλλὰ τί μοι βροτέων, τί δέ μοι τόσον ἄλγε' ἀείδειν*, κ. τ. λ.

Παραμυθίαν ταῖς αὐτοῦ συμφοραῖς καὶ τοῖς τοῦ σώματος ἄλγεσιν ὁ ἱερώτατος ἐπινοῶν πρεσβύτης, Ἵνα τί μοι, ἔφη, ἐπὶ τοσοῦτον τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκτραγῳδεῖν ὀδυνηρὰ καὶ τὰς συμπιπτούσας ταλαιπωρίας καταλέγειν;

Πᾶσιν ἔπεστιν ἄχος.

Πᾶσι ζώοις καὶ πᾶσι τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις λύπη (51) καὶ ἐναντίωσις παρίσταται, οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀσωμάτοις αὐτοῖς· καὶ αὐτῇ (52) τῇ ὑπερασωμάτῳ Τριάδι τὸ ἀντίξουν καὶ ἀντικείμενον παρομαρτεῖ. Καὶ γὰρ ἵνα τὰς τῶν ζώων καὶ τῶν ἄλλων παρῶ διαφθοράς, αὐτὴ ἡ γῆ τὸ στοιχεῖον οὐκ ἀτίνακτος οὐδ' ἄσειστος παντελῶς καὶ ἀτρεμής· πνεύματα δὲ κρυφαίως αὐτὴν διαλαμβάνοντα, ὅταν ἄνωθεν λάβῃ τὸ ἐνδόσιμον, ἀνατινάσσουσί τε αὐτὴν καὶ ὡς τῷ ἐπιτρέποντι φίλον ἐντινάσσουσιν· καὶ αἱ ὧραι δὲ τοῦ ἔτους ταχινῶς ἀλλήλαις ὑποχωροῦσαί τε καὶ ὑπαπιοῦσαι, τρόπον τινὰ ὑπ' ἀλλήλων ἀνατρέπονται, χειμῶνος μὲν ὑπὸ θέρους διὰ τοῦ ἔαρος μεσολαβοῦντος λυομένου, θέρους δὲ αὖ διὰ τοῦ μεταξὺ φθινοπώρου ἀφανιζομένου· ὥσπερ γε καὶ ἡμέραν μὲν κατέπαυσε νύξ, νύκτα δ' ἀπώλεσεν ἡ ἕως ἀνίσχουσα· πάλιν· Χειμὼν μὲν ἐπιγενόμενος ζοφοῖ τὸν ἀέρα καὶ σκοτάζει, ἥλιος δὲ λάμψας ἀστέρας ἀμαυροῖ· καὶ ἡλίῳ μὲν νέφος ἐπιπροσθοῦν διακόπτει τὴν αἴγλην (53), σελήνη δὲ φθίνουσα καὶ εἰς παντελῆ

109 *Sed quid mihi, quid tantopere necesse est mortalium ærumnas canere?* etc.

Consolationes inter adversa atque dolores corporis meditans sanctissimus sacerdos : Cur, inquit, adeo grandibus tristia hominum condolere verbis et miserias opprimentes repetere? « Omnibus adest afflictio: » omnibus animantibus et omnibus quæ in mundo continentur afflictio et oppositio occurrit, et non solum his, sed et item incorporeis entibus. In ipsam etiam incorporea quæque superantem Trinitatem insurgit contrarie incurrens et jacens : si enim animantium aliorumque prætermisero corruptiones, terra ipsa in elementis suis nec inconcussa nec absque ulla agitatione et quiete manet : spiritus ipsam clam invadunt, quando ex alto dona suscepit ipsam agitant et, quasi id permittenti placeat, peragitant. Et velociter se invicem propellentes et prosequentes horæ anni quodam modo inter se invicem subvertuntur, expulso ab æstate hieme mediante vere, æstate rursum per medium autumnum decedente; similiter et diem cessare fecit nox; noctem destruxit aurora surgens; rursum : Hiems superveniens obscurat aera et tenebrat, sol refulgens astra pallescere facit et soli superveniens nubes splendorem ejus frangit; luna decrescens et ad plenum senium inclinans rursus vita crescit sua et sicut recens nata contemplatur lucens; et

(49) Cod. θεάρχια, v. supra not. 20.

(50) Bill. in commentario pro καὶ ἐμέ scribere vult ἢ ἐμέ, sed etiam supra Nicetas dixit εἴπερ, quod non intelligo.

(51) Cod. λλύπει.

(52) Cod. αὐτῇ.

(53) Cod. αἰγήν.

ipsum astris scintillans cœlum non totum quantum est unquam contemplari est, semper media parte tantum visibile est, et hemisphærio occultatur; et visibilia mundi elementa eodem modo mutantur; et tu, inquit, fascinator draco ipse, invidiæ pater et peccati radix ac fons, et tu, o Satana homicida, inter angelicos choros sicut inter astra lucifer lumine præstans apparens, deinde per tumorem in tenebras versus es, cœlestium tanquam opprobrium, tanquam abominatio habitantium evasisti; hinc ergo sint ista de natura creata: inde quid increata ingenitaque Trinitas, secundum essentiam suam incommutabilis et immota; nunquid ipsa et omnino omnem præclusit oppositionem? Sed propitia mihi, propitia sis, Trinitas sancta aut summe sancta, inquit tuus sanctissimus piusque divina clamans, quæ nec ipsa penitus insipientium hominum evasisti loquacitatem: dicunt enim male tumentes temerarii quidam: In principio erat Pater, deinde magnum genuit Filium, deinde magni Dei Spiritum, quasi in graduum inæqualitate, secundum substantiæ mutationem. Sic diversiter ab hæreticis blasphematur. « Quo stabilies me auferens, » et seq. O pessima loquens lingua, quæ ad nefas et blasphemiam otio uteris, quo me auferens stabis a male dictis? ubi sollicitudo et grandis cogitationum stabit perplexitas; siste et irrationales compesce impetus, ori tuo pone custodiam et vide quantum essentiæ suæ firmitate super omnia præstet Deus; et coram ipsius majestate inferiora cuncta reponas, indignam verbo veritatis te agnoscens; et cave ne ullo modo creaturis Creatorem assimiles, neve suspicaris vane creatum esse hominem: etenim palinodiam cantans et priora carmina, his in sermonibus firmiter persto contendens me minime a Deo in vanum plasmatum. Verbum enim et ratiocinium pusillanimitatis et vilitatis humanæ est. Namque nunc quidem, inquit, ignorantiæ obscuritas et sollicitudinum vitæ nubes diffusa non sinit veritatem et vicissitudinis mutationisque causam lucide considerari: post hæc vero scientiæ sermo sicut lux veritatem desiderantibus exsurgit, cujus lumine, inquit, clare intelliges quam pulchre et sapienter gubernentur universa ab omnium gubernatore et providente. Aut sicut lucem videns Deum, in ipso etiam illustres habens rerum notiones, aut sicut igne isto consumptus et tactus, scies omnia ab ipso fieri et justa et vera et utilia et fidelia. « Dum mihi hæc concinebat spiritus meus, » et seq. Dum talia ratiocinia in supradicto luco isto concinens spiritus meus me prostratum et afflictum mulceret, et corpus sedatum reficeret, ego, inquit, serius post horam ab horto surgens in domum redibam: et interdum ridere me contingebat, si quis aliter quam supra dixi sentiat: etenim aliter sentiens quivis unicæ et primæ non sequitur ratiocinia veritatis, nec in ipsis stabilitatem et securitatem habet. Nunc igitur talium commiserans cæcitatem

φθίσιν ἰοῦσα, ἀναζῇ πάλιν καὶ ὡς ἀρτιγέννητος βλέπεται φωτιζομένη· αὐτὸς δὲ ὁ ἀστεροφανὴς οὐρανὸς οὐχ ὅλος ὅσος ἐστὶ πώποτε κατῶπται, ἀεὶ δὲ ἡμιφανὴς ὁρᾶται καὶ τῷ ἡμισφαιρίῳ κατακέκρυπται· καὶ τὰ μὲν ὁρώμενα τοῦ κόσμου στοιχεῖα τόνδε τὸν τρόπον μετατρέπεται, καὶ σὺ δὲ, φησὶν, αὐτὸς, ὦ βάσκανε δράκον, ὦ πάτερ φθόνου καὶ ἁμαρτίας ῥίζα καὶ πηγὴ, καὶ σὺ, ὦ Σατᾶν ἀνθρωποκτόνε, ἐν τοῖς ἀγγελικοῖς χοροῖς ὥσπερ ἐν ἀστράσιν ἑωσφόρος δεικνύμενος λαμπρότατος, εἶτα σκότος διὰ τὴν ἔπαρσιν γενόμενος, τῶν οὐρανίων, ὡς αἶσχος, ὡς βδέλυγμα ἐξωλίσθησας οἰκητηρίων. Καὶ τὰ μὲν περὶ τῆς κτιστῆς φύσεως ἐχέτω ταύτῃ· τί δὲ ἡ ἄκτιστος καὶ ἀγένητος Τριὰς καὶ κατά γε τὴν αὐτῆς φύσιν ἀναλλοίωτος καὶ ἄτρεπτος, ἆρά γε παντάπασι κἂν αὕτη πᾶσαν διεξέφυγεν ἀντιλογίαν; Ἀλλ' ἵλεώς μοι, ἵλεως γένοιο, Τριὰς ἁγία ἢ ὑπεραγία, ὁ ἁγιώτατός σου εὐλαβούμενος ἐπιφθέγγεται ἱερολόγος, ὡς οὐδ' αὐτὴ πάντῃ τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων διέδρασας τὴν γλωσσαλγίαν. Φασὶ γὰρ τολμητίαι κακῶς αὐθαδιζόμενοι· Πρῶτον ἦν ὁ Πατὴρ, εἶτα τὸν μέγαν ἐγέννησεν Υἱὸν, ἔπειτα τὸ τοῦ μεγάλου Θεοῦ Πνεῦμα, ὡς ἐν βαθμῶν ἀνισότητι κατ' οὐσίας ὑπόβασιν τοῖς αἱρεσιώταις ποικίλως βλασφημεῖται.

Ποῖ στήσεις με φέρουσα, κ. τ. ἑξ.

Ὦ γλῶσσα κακοφραδὲς, κακόσχολε καὶ βλάσφημε, ποῦ με φέρουσα στήσεις τῶν δυσφημιῶν; Ὅπου μέριμνα, καὶ βαθὺς νοημάτων ἴλιγγος προσίσταται. Ἵστασο τῆς ἀλογίστου ῥύμης ἐπέχουσα σαυτὴν, τῷ στόματί σου τιθεμένη φυλακὴν καὶ εἰδυῖα, ὡς ὑπερουσίως τῶν ὄντων ὑπερίδρυται κατὰ φύσιν ὁ Θεός· καὶ δεύτερα πάντα τῆς αὐτοῦ μεγαλειότητος ὑποχώρει, τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας ἡττωμένη, καὶ τοῖς κτίσμασι τὸν Κτίστην παντελῶς μὴ παρεικάζουσα, ἀλλὰ μηδ' ὅτι ματαίως τὸν ἄνθρωπον ἔκτισεν ὑπονοήσῃς· καὶ γὰρ παλινῳδίαν, τὸ δὴ λεγόμενον, ᾄδων ἵσταμαι, τοῖσδε τοῖς λόγοις ἐρεισθεὶς, ὡς ἥκιστά με εἰς κενὸν ἐδημιούργησεν ὁ Θεός· τοῦτο γὰρ ὀλιγοψυχίας καὶ ὀλιγοφροσύνης ἀνθρωπίνης ῥῆμά ἐστι καὶ λογισμός. Νῦν μὲν γὰρ, φησὶ, ζόφος ἀγνοίας καὶ ἀχλὺς τῶν πραγμάτων καταχεχυμένη οὐκ ἐᾷ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς αὐτῶν μεταβολῆς καὶ τροπῆς καθαρῶς καταθρεῖν· μετὰ ταῦτα δὲ λόγος γνώσεως ὡς φῶς τοῖς τῆς ἀληθείας ἐφιεμένοις ἀνατελεῖ, καὶ πάντα, φησὶ, τρανῶς κατανοήσεις, ὡς καλῶς καὶ σοφῶς οἰκονομεῖται τῷ τῶν ἁπάντων προμηθεῖ καὶ προνοητῇ· ἢ ὡς φῶς ὁρῶν τὸν Θεὸν καὶ ἐν αὐτῷ τοὺς λόγους τῶν γινομένων καταφωτιζόμενος, ἢ ὡς πυρὶ τούτῳ δαπτόμενος καὶ κολαζόμενος, εἴσῃ πάντα δι' αὐτοῦ γίνεσθαι καὶ δίκαια καὶ ἀληθινὰ καὶ λυσιτελῆ καὶ πιστά.

Ὥς μοι ταῦτ' ἐπάεισε φίλος νόος, κ. τ. ἑξ.

Ὡς τοὺς τοιούτους λογισμοὺς κατὰ τὸ εἰρημένον ἄλσος ἐκεῖνο ἀνακεκλιμένῳ καὶ τρυχωμένῳ ὁ φίλος νοῦς κατεπᾴδων μοι παρεμυθεῖτο καὶ τὸ τοῦ σώματος ἔπεψε πραϋνθὲν, κἀγὼ, φησὶ, τῆς ὥρας ὀψὲ διαναστὰς τοῦ παραδείσου εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανῄειν, ἄλλοτε μὲν οὖν γελᾷν μοι τὸν ἄλλως ἢ οὕτως, ὡς προείρηται, φρονοῦντα ἐπῄει· καὶ γὰρ ἑτερόφρων ἅπας ὁ

μὴ τοῖς τῆς μιᾶς καὶ πρώτης ἀληθείας στοιχῶν λόγοις, καὶ αὐτοῖς ἀσφαλῶς ἐνιδρυμένος. Πῇ μὲν οὖν τῶν τοιούτων ταλανίζων τὴν ἄνοιαν ἐγέλων, πῇ δὲ καὶ τῇ λύπῃ τὴν ψυχὴν ἐπυρπολούμην· οὐ γὰρ κατὰ τὸν Δημόκριτον ἄκρατος ὁ γέλως, ἀλλὰ κατὰ τὸν φιλάνθρωπον Ἰησοῦν καὶ τῆς ὄντως φιλοσοφίας ἀρχηγόν. Οὕτω μοι τοῦ νοῦ τοῖς λογισμοῖς, τῷ γέλωτι καὶ τῇ λύπῃ ἀγαθοπρεπῶς μαχομένῳ καὶ μεριζομένῳ ἐπανῆκον. Ταύτης τῆς φιλοσοφίας καὶ ἡμᾶς διὰ τοῦ Θεολόγου σου, Χριστὲ Ἰησοῦ, καταξιώσας, καὶ τοῖς αὐτοῖς λογισμοῖς καὶ λόγοις καὶ δόγμασιν ἐμπεδώσας καὶ καταρτισάμενος, τῆς σῆς ἀληθείας καὶ θεοσοφίας μετόχους ἀνάδειξον εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης λόγος ι'.

ridebam, nunc mœrore in anima conficiebar. Non enim Democriti more merus risus, sed juxta hominum amatorem Jesum et veræ philosophiæ magistrum. Sic ab agitato ratiociniis, visu et afflictionibus convenienter tamen atque diviso spiritu ad me redibam. Hac philosophia et nos per theologum tuum, Christe Jesu, dignatus es, et iisdem ratiociniis, sermonibus et dogmatibus colligasti, et veritatis tuæ atque sapientiæ perfecisti participes, nos adhuc recipe in sæcula. Amen.

Ἐξήγησις τῶν ἀποῤῥήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν· Περὶ εὐτελείας τοῦ ἐκτὸς ἀνθρώπου καὶ τῆς τῶν παρόντων ματαιότητος, λόγος ια' (54).

Commentarius Arcanorum magni Gregorii Theologi carminum : de vilitate exterioris hominis et vanitate præsentium, sermo XI.

Περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως διὰ τῶν φθασάντων τὰ εἰκότα φυσιολογήσας ὁ φιλοσοφώτατος, νῦν δὴ τὰς παρεπομένας αὐτῇ ταλαιπωρίας, εὐτελείας τε καὶ δυσπαθείας εὐτελίζων, κἂν τούτοις τῶν ὑψαυχενούντων τὸ φύσημα συστέλλων, οὕτω τὰς οὐδενίας αὐτῶν ἐκτραγῳδεῖ λέγων·

De humana natura per apprime supra dicta postquam studium adhibuit noster eximius philosophus, nunc consectarias miserias, et vilitates et ærumnas parvipendens per hæc superbientium tumorem retundit, nullitatemque ipsorum sic emphatice deplorat, dicens :

1 *Τίς γενόμην; τίς δ' εἰμί;* κ. τ. λ.

1 *Quis natus sum ? quis sum ?* etc.

Ἐννοήσας ὁ διορατικώτατος τὸ ἀείρυτον καὶ εὐμετάπτωτον τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας καὶ εὐρίπιστον, ναὶ δὴ καὶ τὸ ἀκιδνότατον καὶ ἀδρανέστατον αὐτῆς ταλανίζων, ἀποδυσπετεῖ καὶ λέγει· Ὢ τίς ἐγενόμην κατ' ἀρχάς; τίς δὲ νῦν εἰμι; καὶ τί μετὰ [οὐ] πολὺν ἔσομαι χρόνον; ποῦ δὲ καταλήξει καὶ ποῖ στήσεταί σοι τὸ μέγα τοῦτο πλάσμα, ὦ Δέσποτα, εἰ ἄρα καὶ μέγα ἐστίν; Ἐμοὶ γὰρ δοκεῖν, ὁ διδάσκαλός φησιν, ὡς οὐδὲν ὄντες οἱ ἄνθρωποι, μάτην ὠφρυωμένοι ἐπαιρόμεθα, εἴπερ τοῦτο μόνον ἐσμὲν ὅπερ ὁρᾶται τοῖς πολλοῖς, καὶ ἄλλο πλέον οὐδὲν τῆς ῥεούσης ἔχοιμεν καὶ φθειρομένης ζωῆς.

Meditatus perspicacissimus poeta naturam quæ semper transit mobilis et mutationi obnoxia et certe de ipsius vilissima et debilissima sorte gemens, moleste fert et dicit : O me, quis fui in principio ? et quis nunc sum ? et multum post tempus quis ero? Quando vero cessabit et ubi stabit tibi illud magnum opus, Dominator? si tamen magnum est. Meo enim judicio, ait magister, in vanum insolenter elati qui nihil sumus homines inflamur; qui re ipsa illud tantum sumus quod plerique vident et nihil amplius in fluente et ad corruptionem properante vita habemus.

Πόρτις μέν, κ. τ. ἑξ.

Vitula quidem, etc.

Διὰ παραδειγμάτων πλειόνων ταλαιπωροτέραν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων τῆς τῶν κτηνῶν καὶ θηρίων καὶ αὐτῶν ἀποδείκνυσι πτηνῶν· λέγει δέ· Ὡς ὁ μόσχος μὲν τὴν γαστέρα τῆς αὐτὸν τεκούσης διεκδὺς, ἄλλεται μὲν εὐθὺς ἐπὶ γῆς, καὶ τὸν γλυκερὸν δὲ τῆς γεννησάσης μαστὸν ἐκμυζᾷ παραυτὰ καὶ ἐκπιέζει, τριέτης δὲ γεγονὼς τὸν ζυγὸν ἀναλαμβάνει, καὶ σκληρὸν ἄχθος καὶ δύσοιστον ἐφελκυσάμενος, ἁμάξης τὸν αὐχένα τὸν μέγαν, τὸν ἐπιβαλλόμενον αὐτῷ λέγω ζυγὸν, τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ στιβαρῷ αὐχένι, ἤτοι τραχήλῳ, συνέμιξε καὶ συνέδησεν· καὶ ὁ μὲν οὕτως. Ἐλάφου δὲ μόσχος ποικιλόδερμος, ἡνίκ' ἂν τῆς μητρῴας ἐξολισθήσας διεκπέσῃ γαστρὸς, εὐθὺς παρὰ τῷ τῆς τεκούσης ποδὶ τὸν ἴδιον πόδα παρατίθησι, καί ποθεν κυνηγετῶν ὑποφανέντων αὐτίκα κύνας τε ὠμοβόρους καὶ δρόμον ἵππων ὠκύτατον ἅμα μητρὶ διαδιδράσκων ὁ νεογνὸς, ἐν ταῖς λαγόσι τῆς λόχμης κατεκρύβη· ὡσαύτως δὲ καὶ ἄρκτοι, σύες τε ἄγριοι καὶ λέοντες, παρδάλεις καὶ τίγρητες (55), ἀνέμοις τῇ τῶν ποδῶν ταχυτῆτι ἐοικότες, ὁμοῦ τε γεννῶνται καὶ αὐτίκα

Per plura exempla miseriorem vitam hominum quam jumentorum et belluarum et volucrium ipsorum ostendit. Dicit : Vitulus quidem e matris utero prodiens, protinus super terram salit et delectabilem matris mammam statim sugit et pressat; triennis vero factus, jugum accipit et durum onus et arduum trahens, currus magnum timonem, superpositum dico jugum forti collo suo aut capiti junxit et colligatum habuit : sic iste. Hinnulus autem maculis distinctus cum ex utero matris prodiit, statim juxta genitricis pedem suum constituit, et jam apparentibus venatoribus, protinus canes feroces et equorum quam maxime pernicium cursum una cum matre vitans, recens natus in saltibus opacis sese occultat. Similiter et ursi, et apri et leones, pantheræ et tigres ventis præ pedum velocitate æquiparabiles, ubi primum nascuntur, vix ferrum viderunt, et statim rigent crines et toto collo jubæ, et subito in eos qui venari volebant, ruunt. Et isti quidem

(54) Carm. XV, p. 88, ed. Colon.; p. 946 ed. Leuvencl. ed. nov. p. 477.

(55) Τίγρητες. Sic codex pro τίγρεις s. τίγριδες, contra usum linguæ et præcepta grammaticorum; v. *Etymol.* Gudian. 528, 29 et Chœrob. *ad Theodos.* in Bekkeri *Anecd.* p. 1425.

sic ab infantia in robustos venatores irruunt.

τὴν ἔθειραν καὶ τοῦ τραχήλου τὴν λοφιὰν, εἴπερ ἴδοιεν σίδηρον, φρίξαντες, κατὰ τῶν θηρεύειν ἐφορμῶσι βεβουλημένων· καὶ οἱ μὲν οὕτω νηπιόθεν ἐπὶ τοὺς ἰσχυροὺς ἐφάλλονται θηρατάς.

19 *Avis primum implumis*, etc.

Sed quid aves? nonne et illi multo faciliorem magisque ærumnis expeditam quam homines sortiti sunt vitam? Namque statim ac ova fregerunt implumes, post tempus non longum alas induunt et multum in altum a mansione aera volitant. Et ipsa flava celebrata apis petram in qua manebat relinquit et in aere inter flores circumvolitat agri, idonea colligit domumque sibi accommodatam parat, et hexagonos alveolos ineffabili sapientia ceris coaptat et coagmentat, suavissimo fructu domum suam implens. Cuncta hæc, inquit, unius est veris opus. Et omnibus animantibus ultro producta sine labore a terra et abundans offertur esca: nec ultra maria lassantur iter facientes escarum gratia belluæ, sicut homines, nec terram colunt, nec ipsis sunt præfecti a victu, escas transportantes aut servantes, nec pincernæ scyphis merum miscentes: ala qua hic volat avis, aptum, sine labore superabundantem, et idoneum affert cibum. Sed et quoad belluas ipsas, sylvarum recessus et montium latera et dumeta quotidianum paululum laborantibus præbent victum; dicunt et leonem qui magnam feram illico voravit, si quid forte remanserit in posterum, hesternam manducare dedignari; quandoque fit ut reposita ab anteriori die voraciter manducet et avide potum hauriat, ventri sic temperantiam afferens. Imo minus ærumnosa est pro animantibus vita quam pro hominibus, quod ipsis semper ad libitum et in vicino est domus sive rupes sive ramus, et quidem bonæ et sanæ, solidæ et tutæ, pulchræ et jucundæ domus sunt; cum autem forte morbus opprimit, indefleta placide decedunt. Non enim alii circa alios stantes lacrymosis et tristibus carminibus dolent, non cæsariem, sicut mos est hominibus, propter amicorum mortem tondent, et quod exprimi vix potest, sine trepidatione et absque metu e vita decedunt belluæ, nullas judicii aut pœnarum formidantes minas.

19 *Ἄρτι δὲ ἄπτερος ὄρνις*, κ. τ. λ.

Τί δαὶ οἱ ὄρνιθες; ἆρ' οὐ πολλῷ καὶ οὗτοι κουφοτέραν τῶν ἀνθρώπων καὶ ἀμοχθοτέραν εἰλήχασι ζωήν; Οἱ γὰρ ἄρτι τῶν ᾠῶν ἐκραγέντες ἄπτεροι, οὐ μετὰ πολὺ πτεροφυοῦντες χρόνον, κατὰ πολὺ τῆς οἰκίας ὕπερθε τὸν ἀέρα διαπέτανται· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ξουθὴ ἐπωνομασμένη μέλισσα, τὸ πετρίδιον, ἐν ᾧ μεμενήκει, καταλείπουσα (56), καὶ ἐν ἦρι τὰ ἄνθη περιπταμένη τοῦ ἀγροῦ καὶ τὰ ἐπιτήδεια συλῶσα, οἶκον ἀντίθετον ἑαυτῇ κατασκευάζει, καὶ τὰς ἑξαγώνους σύριγγας ἐν σοφίᾳ ἀῤῥήτῳ τοῖς κηρίοις συνυφαίνουσα καὶ συμπηγνύουσα, γλυκυτάτου τὸν αὑτῆς δόμον ἐμπίμπλησι (57) καρποῦ· ταῦτα δέ φησι πάντα ἔαρος ἑνὸς ἔργα. Καὶ πᾶσι δὲ ζώοις αὐτομάτη καὶ ἄμοχθος ἀπὸ τῆς γῆς καὶ δαψιλὴς παρίσταται τροφή· καὶ οὐ διαποντίους ἀποδημίας πονοῦσιν οἱ θῆρες τροφῆς χάριν καθάπερ ἄνθρωποι, οὐ γεωργοῦσι τὴν γῆν, οὐ ταμίαι σίτου αὐτοῖς καὶ σιτῶναι καὶ σιταγωγοί, οὐκ οἰνοχόοι κυπέλλοις τὸν οἶνον ἐγκιρνῶσι· καὶ πτερὸν δὲ τὸν ὄρνιν ὧδε κἀκεῖ περιπετόμενον τὴν ἁρμόδιον ἀπόνως προσεπορίσατο τῷ πτηνῷ βρῶσιν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς θῆρας αὐτοὺς αἱ λόχμαι καὶ τὰ τῶν ὀρῶν κοῖλα καὶ λάσια τὴν ἡμερήσιον μικρὰ πονησαμένοις παρέχεται τροφήν. Φασὶ δὲ καὶ λέοντα, τὸν μέγαν θῆρα, ὃν προσφάτως κατεθοινήσατο, εἴ τί ποτε τούτου λείψανον εἰς τὴν ἑξῆς ὑπολειφθείη, ἕωλον ἐμφαγεῖν μὴ καταδέχεσθαι· ἔστι δ' ὅτε καὶ ἑτερήμερον ἐσθίων, βριαρῶς καὶ λάβρως τῷ ποτῷ χρῆται, μέτρα δ' οὖν ὅμως ἐπιβάλλει τῇ γαστρί· τοσοῦτον δὲ τοῖς ἄλλοις ζώοις ἀπονώτερος ὁ βίος τοῦ τῶν ἀνθρώπων πέλει, καθ' ὅσον καὶ οἶκος ἐκείνοις ἀεὶ σχέδιος καὶ αὐτόματος ἢ πέτρα ἢ κλαδέων, καὶ αὐτοὶ ἀτρεμεῖς καὶ ὑγιεῖς, κρατεροὶ καὶ εὐσθενεῖς, περικαλλεῖς καὶ εὐειδεῖς· ὅταν δέ ποτε καὶ νόσος κατακάμψῃ, ἀθρήνητοι ἐξέπνευσαν ἡσυχῇ, οὐκοῦν ἄλλος ἄλλοθεν περιιστάμενοι τούτους πενθίμοις καὶ γοεροῖς μέλεσιν ἀπολοφύρονται, οὐ πλοκάμους, ὡς ἀνθρώποις ἔθος, ἐπὶ τῇ τῶν φίλων ἀποκείρονται τελευτῇ· καὶ τὸ τῶν εἰρημένων μεῖζον ὅτι ἀταρβεῖς ἐντεῦθεν οἱ θῆρες καὶ ἄφοβοι τὴν κατ' αὐτοὺς ὑπεκδύνουσι ζωὴν, οὐδεμίαν κρίσεως ἢ κολάσεως ὑποπτεύοντες ἀπειλήν.

41 *Inspice hominum miserum genus*, etc.

Cum, inquit, dicti in irrationalibus animantibus conspiciuntur mores, reliquum considerandum est, et quantis deploranda hominum figura exercitatur malis, ita ut ipse ante conspectum creatoris apparens dicas nihil debilius, nihil miserabilius alere terram quam hominem. Prima ergo vilitatis demonstratio quod in principio coagulatione conceptionis fit, multisque doloribus subjacente parturitur et nutritur a matre; deinde lactatum super brachiis gestans mater circumducit sicut dulci oneri adhærens infanti; mox in strato positus supplodo, vagio doloribus pressus; inde quadrupedum more manibus

41 *Ἄθρει καὶ μερόπων δειλὸν γένος*, κ. τ. λ.

Ἐπειδὴ, φησὶ, τὰ εἰρημένα ἐν τοῖς ἀλόγοις ἐθεωρήθη ζώοις ἰδιώματα, σκεπτέον ἐπὶ τούτοις λοιπὸν, καὶ οἵοις ἡ δειλαία τῶν ἀνθρώπων μορφὴ ταλαιπωρεῖται κακοῖς, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν ποιητὴν ἀποφηνάμενος εἴπῃς, ὡς οὐδὲν ἀκιδνότερον ἢ ἀθλιώτερον ἡ γῆ τοῦ ἀνθρώπου τρέφει. Πρώτη μὲν οὖν εὐτελείας ἔνδειξις, τὸ ῥοιῆς πηγνυμένης, ἤτοι ῥεύσεως, εἶναι γόνον ἐν ἀρχαῖς, μόγῳ δὲ καὶ πολλαῖς κακοπαθείαις γεννᾶσθαι καὶ ἀνατρέφεσθαι τῆς μητρός· εἶτα γαλακτοτροφούμενον ἐπ' ἀγκαλῶν ἡ μήτηρ ὀχοῦσα περιάγει, ὡς γλυκεῖ πόνῳ προσέχουσα τῷ βρέφει· ἔπειτα πρὸς τῷ ἐδάφει τιθέμενος ἐπι-

(56) Cod. καταλειποῦσα, unde fortasse scribi potest καταλιποῦσα.

(57) Ἐμπίμπλησι, sic codex. v. Lobeck, *ad Phryn.* p. 95.

τρίβω τὴν γῆν καὶ κλαυθμυρίζω, τοῖς ἄλγεσι πονούμενος· ἐντεῦθεν τετραπόδων ὁμοιότητι χερσὶ καὶ ποσὶ κατὰ τοῦ ἐδάφους ἐπισύρομαι· πάλιν ἐντεῦθεν ἀρθεὶς, καὶ τρομεροῖς ἴχνεσι βηματίζειν ἐπιχειρῶν, δειλίᾳ τῆς πτώσεως τὰς παλάμας διακλεπτόμενος ἐκτέτακα· μετὰ ταῦτα φωνῆς ἀνάρθρου ψελλίσμασι νοὸς ἀνθρωπίνου ἴχνος ἐπιφαίνεται· μετὰ ταῦτα καὶ λόγος τῷ παιδὶ διαρθρούμενος, οὐκ ἀδακρυτὶ, ὑφ' ἡγεμόσι δὲ τοῖς δάκρυσι κατὰ μικρὸν τῆς πρώτης τε καὶ δευτέρας ἡλικίας παροδευούσης σαφῶς διατρανοῦται.

Εἰκοσέτης συνάγειρα μένος, κ. τ. ἑξ.

Μόλις, φησὶν, εἰκοσαέτης γενόμενος, τὴν ἀνδρὶ καθήκουσαν δύναμιν συνήθροισα· καὶ ὥσπερ τις ἀθλητὴς ἐν θεάτρῳ τῷ βίῳ καταστὰς, πολλοῖς ὅτι μάλιστα πόνοις καὶ κόποις κατὰ πρόσωπον ἀντιβολοῦσι συνεκύρησα. Ἄλλο μὲν οὖν σε τῶν λυπούντων κατὰ τὸ νῦν θλῖβον ἐπιτίθεται, ἄλλο δ' ἀπῆλθε τῷ χρόνῳ συμπαρῳχηκὸς, ἄλλοις δὲ, ὦ ψυχὴ, εὖ ἴσθι, τὸν βίον περῶσα συναντήσεις ἐς τὸ ἐπιὸν μοχθηροῖς· καὶ γὰρ βίον περᾷς ὥσπερ τινὰ ὁλκὸν ποταμοῦ ἀνάῤῥουν αὐτὸν ἐκβιαζόμενος, ἔμπαλιν ἢ αὐτὸς βούλει σε συνέλκοντα, ἢ ὥς τι ῥεῦμα θαλάσσης βίαιον, ὧδε κἀκεῖ περιέλκον καὶ περισπῶν, ὃ δὴ πυκναῖς πνευμάτων ἐμπτώσεσι ἀναβράττεται καὶ ῥιπίζεται. Πολλὰ μὲν οὖν, φησὶν ὁ διδάσκαλος, ταῖς ἑαυτῶν ἀνοίαις καὶ ἀφροσύναις ἑπόμενοι πειραζόμεθα· ὅσα δηλαδὴ ταῖς ἀνοήτοις ἐπιθυμίαις καὶ βλαβεραῖς ὑπηρετούμενοι ἐκτρυχόμεθα· πλεῖστα δ' ὅσα καὶ ὁ τῆς ἡμετέρας πρὸς Θεὸν νεύσεως καὶ τῆς κατὰ Χριστὸν ζωῆς Ἀντικείμενος ἐκ φθόνου καὶ βασκανίας ἐπινοεῖ δυσχερῆ.

59 *Εἰ γάρ κεν ὅσα τερπνὰ καὶ ὁππόσα λυγρὰ* [*βίοιο*
60 *Ἀντιταλαντεύοις*, κ. τ. λ.

Εἴπερ δὴ οὖν, φησὶν ὁ τῆς ἀληθείας καθηγητὴς, τὰ χρηστὰ τοῦ βίου τοῦδε τοῖς λυπηροῖς ἀντιταλαντεύοις σταθμώμενος ὡς ἐν ζυγῷ, κατὰ πολὺ ἂν ἡ τῶν κακῶν πλάστιγξ βαρυνθεῖσα κατενεχθείη ἐπὶ γῆν, ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν καὶ τερπνῶν ἐφ' ὕψος κουφισθείη πρὸς οὐρανόν· οὕτως, εἰπὼν, κατ' εἶδος ἀριθμεῖται πρῶτον τὰ λυπηρὰ, δῆρις καὶ μάχαι τοῖς τὸν τρόπον πολεμικοῖς, πόντος καὶ κίνδυνοι τοῖς ναυτιλλομένοις, ἄρουρα καὶ κόπωσις τοῖς γεωργοῖς, τοῖς ἐμπορευομένοις καὶ πλουτεῖν ἐθέλουσιν ἐπίβουλοι ἄνδρες παρέπονται καὶ ληστρικοί· καὶ τοῖς εὐρυβόαις μὲν καὶ πολυκτησίαις χαίρουσι δασμογράφοι καὶ ἐξισωταὶ, καὶ τῶν φόρων πράκτορες ἀπαραίτητοι παρίστανται. Τοῖς πολιτευομένοις δὲ καὶ περὶ βίβλους καὶ λόγους σχολάζουσι ῥήτορες ἔστιν ὅτε δεινοὶ καὶ συκοφάνται καὶ κριτὴς ἄδικος καὶ ἄρχων τὰς ψήφους οὐκ εὐθείας διατιθείς. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ ἐπώδυνα τοῦ ἐλεεινοῦ βίου παίγνια, τῶν ματαίων ἀνθρώπων κατορχούμενα τῆς ζωῆς. Σκοπεῖν δὴ οὖν ἄξιον καὶ ὁποῖά ἐστι τὰ τερπνὰ, κόρος καὶ γαστρὸς πλησμονή· καὶ τοῦτο βαρύ τε καὶ ἐπαχθές· ᾆσμα καὶ γέλωτες· ἄλλο παίγνιον· λαμπραὶ τύμβων κατασκευαί· αὗται δὲ πλήρεις ὀδωδότων ὁρῶνται νεκρῶν· ἕδνα περισπούδαστα καὶ προγαμιαῖαι δωρεαὶ, καὶ προὶξ, καὶ γάμος, καὶ δεύτερος πολλάκις τοῦ πρώτου διακοπέντος τῷ

ac pedibus super solo repto; rursum inde surgens et tremulo pede gradive tentans, præ casus metu manus protendens pertento. Præterea linguæ titubantis male articulatæ vestigium spiritus humani ostendunt, postea et sermo in puero emendatus non sine lacrymis, ipsis rectoribus lacrymis, transeuntibus teneræ ætatis primis et secundis annis incipit clare manifestari.

Vicesimum attingens annum fortitudinem collegi, etc.

Vix, inquit, viginti annos natus, fortitudinem viro convenientem assecutus sum, et sicut athleta quidam in vitæ theatro apparens multis et quam maximis laboribus et ærumnis obviam irruentibus occurri. Aliud quidem dolore te in præsenti conterens apponitur, aliud vero una cum tempore simul fugit, aliis adhuc, o anima, certe id scias, per vitam transiens in futurum duris obvia eris; namque per vitam transis quasi per amnis cursum te vi magna abripientis. Et rursum vel ipse te trahenti assentis, vel sicut fluctus quidam maris coactus, sic abripiens et avellens qui iterum atque iterum ventorum flatibus turbatur et tumidus fit. Multum ergo, inquit magister, nostris profanis cogitationibus et deliramentis insequentibus tentamur: quam multis profecto insanis et nocivis desideriis consumimur, tantum et plus nostri erga Deum obsequii atque vitæ secundum Christum Adversarius præ invidia suggestionibus dolosis difficilia suscitat.

59 *Etenim si omnia bona omniaque vitæ mala*
60 *Appenderis*, etc.

Si ergo, inquit orator juxta veritatem, commoda vitæ hujus calamitosis æquiparaveris quasi in bilance, malorum lancula premente pondere feretur ad terram, bonorum vero et jucundorum lancula in altum alleviata ad cœlum attolletur. Sic dicens per species supputat primo calamitosa; rixæ et prœlia pro bellatoribus ex ipsorum conditione, mare et pericula pro navigantibus, aratio et fatigatio pro agricolis, pro negotiatoribus et iis qui divites volunt fieri sunt insidiantes viri et latrones; et arroganter loquentibus et possessionibus multis gaudentibus circumcurrunt exactores et vectigalia imperantes et tributorum censum imponentes quos nullo modo flexeris. Subnectit et ut qui libris et eloquentiæ studia adhibent doctores contingit ut sint formidandi et calumniatores, sunt et judex injustus et princeps causas non recte pronuntians. Et ista quidem ærumnosa miserandæ vitæ crepundia, quibus stulti homines in ævo distinentur. Considerare etiam dignum est quæ sint jucunda, saturitas et ventris expletio; grave quoque id est atque toleratu difficile; cantus et risus alia crepundia; splendidæ sepulcrorum structuræ, et ipsæ redundantes videntur mortuorum putoribus: munuscula amatoriis studiis oblata, donaque nup-

tias aucupantia, et dos et matrimonium, et primis morte abolitis secundæ nuptiæ, ipsas sequuntur adulteria et adulterarum venatores; infantes, sollicitudo inquieta pro patribus, namque sollicitudine semper urgentur parentes et anxietate ne quid mali natis occurrat; et venustas amata quidem sed infida: semper enim habenti anxietas est. Dedecus vero nec in suspicione, nec in timore, odiosum illud, et pro egregia prole anxiæ cogitationes, semper enim sollicitudo cruciabit patres quomodo filii bene victuri sint, angor autem et dolor ob deditam malo prolem insequetur. Et rursum, divitiæ et paupertas quæ duplex generant malum: divitiæ contumelia male utenti, paupertas, tribulatio et jugis labor. Ista omnia humana, inquit, similia pilæ quam pueriles manus vicissim alii ad alios dant et jaciunt torquentes et projicientes.

75 *Hæc igitur inspiciens mente discrucior, si quis optimum*
76 *Existimat quod plus habet bon quam mali.*

Hæc omnia, inquit admirabilis Theologus, mente alta recogitans, et quod multo plura tristia in hominibus quam amœna, quia quæ jucundissima videntur plus ærumnæ quam eorum quæ vane bonum nuncupantur habent: hæc videns mente consumor super his qui optima credunt ea quibus bona malum et jucunda dolendum superant. Tu ergo quisquis sis, arguit tibi Gregorius, non ploras audiens quot in veteres inciderunt mala? Nescio enim, inquit, utrum plorabis an ridebis audiens quæ et agere placuit antiquis duobus viris philosophis et doctis quorum alter semper lugebat, Heraclitus nempe, alter, Democritus, indesinenter ridebat, quippe qui lacrymis sane et risibus digna æstimabant quæ plerique studiis insectantur. Quomodo enim digna lamentationibus aut risibus non gemuissent aut æstimavissent? hic Achivi et Troes alii in alios prœliantes atque multo tempore invicem sese internecantes unius Helenæ meretricis gratia. Curetes et Ætoli pro capite et setis suillis pugnantes et sese invicem occidentes; illic magnum Æacidum decus, nempe Ajacis et Achillis, sed et famosi isti quorum alter in medio hostium furente sua se manu occidit, alter in luxuriam se ingurgitans periit; quid et illustris Amphitryonis filius, Hercules omnium domitor, viribus belluas hominesque superans? Et ipse, ut aiunt, venenatam tunicam cum induisset, domitus est introrsum crematus. Et quid hi, Cyrus et Crœsus reges, inquam, Persarum et Lydorum? Non hi solum, sed etiam isti quotquot heri et nudius tertius Romanorum et nostri reges, quis odibile fatum vitavit?

θανάτῳ. Τούτοις ἕπονται μοιχεῖαι καὶ μοιχῶν θηραταί. Παῖδες ὕποπτον ἄχος τοῖς πατράσιν· καὶ γὰρ ὑποπτεύουσιν ἀεὶ οἱ τεκόντες καὶ ἀγωνιῶσι, μή τι τοῖς τέκνοις συναντήσοι πονηρόν· καὶ τὸ κάλλος μὲν φιλητὸν, ἄπιστον δέ· ἀεὶ γὰρ ὑποπτεύεται τῷ ἔχοντι· τὸ αἶσχος δὲ [τὸ] ἀνύποπτον (58) μὲν καὶ ἄφοβον, μισητὸν δέ· καὶ τῇ εὐτεκνίᾳ μὲν φροντίδες ἀεὶ καὶ διαπονήσεις τοῖς τοκεῦσι, πῶς ἂν οἱ παῖδες εὖ διαβιώσκοιεν· ἄλγη δὲ καὶ ὀδύναι τῇ δυστεκνίᾳ παρακολουθοῦσι. Πλοῦτος δὲ αὖ καὶ πενία δισσὸν πέφυκε κακόν· πλοῦτος μὲν ὕβρις τῷ κακῶς χρωμένῳ, πενία θλῖψις καὶ διηνεκὴς πόνος. Ταῦτα δὲ καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα ἔοικε, φησὶ, σφαῖρα νεωτέρων χερσὶν ἀμοιβαδὸν ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλους ἀνταποπεμπομένη καὶ μεταπίπτουσα.

75 *Ταῦτ' οὖν εἰσορόων φρένα δάπτομαι, εἴ τις [ἄριστον*
76 *Οἴεται, ᾧ τὸ κακὸν πλεῖον ἀρειοτέρου.*

Ταῦτα πάντα, ὁ θεσπέσιός φησι Θεολόγος, ἀναθεωρῶν τῇ διανοίᾳ, καὶ ὡς πολλῷ πλείω τὰ ἀνιαρὰ ἐν ἀνθρώποις ἢ τὰ τερπνὰ, ὅτι καὶ αὐτὰ τὰ ἥδιστα δοκοῦντα πλέον τοῦ νομιζομένου καλοῦ τὸ λυποῦν ἔχει, καὶ ταῦτα βλέπων ἐκτήκομαι τὰς φρένας ἐπὶ τοὺς οἰομένους ἄριστα εἶναι, οἷς ὑπερβάλλει τὸ κακὸν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τὸ λυπηρὸν τοῦ τερπνοῦ. Σὺ οὖν, ὦ οὗτος, διακατελέγχεταί σοι ὁ Γρηγόριος, οὐ δακρύεις ἀκούων οἷα καὶ τοῖς πάλαι συνέπιπτεν ἀλγηρά; Καὶ γὰρ οὐκ οἶδα, φησὶν, εἴτε δακρύσεις εἴτε καὶ γελάσεις ἀκούων, ἃ καὶ τοῖς πρότερον ποιεῖν ἤρεσεν ἄμφω ἀνδράσι φιλοσόφοις καὶ συνετοῖς, ὥστε τὸν μὲν ἀεὶ κλαίειν, τὸν Ἡράκλειτον, ἀεὶ δὲ τὸν Δημόκριτον γελᾷν, κλαυθμοῦ τε τῷ ὄντι καὶ γέλωτος ἄξια τὰ τοῖς πολλοῖς περισπούδαστα λογιζομένους. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἄξια θρήνων καὶ γέλωτος ἔπασχον καὶ ἔδρων; Ἀχαιοὶ μὲν καὶ Τρῶες ἀλλήλοις ἐφορμῶντες, καὶ ἐπὶ πλείους χρόνους εἵνεκεν πόρνης μιᾶς τῆς Ἑλένης ἀλληλοκτονοῦντες· Κουρῆτές τε καὶ Αἰτωλοὶ περὶ κεφαλῇ καὶ θριξὶ χοιρείαις ἐκμεμαχωμένοι καὶ ὑπ' ἀλλήλων ἀναιρούμενοι· μέγα δὲ κῦδος τῶν Αἰακιδῶν, Αἴαντός φημι καὶ Ἀχιλέως (59), ἀλλὰ καὶ οἱ περιβόητοι οὗτοι, ὁ μὲν ἐν μέσῳ τῶν δυσμενῶν μαινομένῃ τῇ αὐτοῦ ἀνῃρεῖτο χειρὶ, ὁ δὲ μαχλοσύνῃ διεφθάρη ἑαλωκώς (60). Τί δὲ ὁ περίφημος τοῦ Ἀμφιτρύωνος παῖς, Ἡρακλῆς ὁ παντολέτης, καὶ θηρῶν καὶ ἀνθρώπων κατευμεγεθῶν; Καὐτὸς, ὥς φασιν, ἱμάτιον πεφαρμακευμένον περιβαλλόμενος ἐν αὐτῷ ἐδαμάσθη καταφλεγείς· τί δαὶ οἱ Κῦροι καὶ Κροῖσοι, ἄνακτες, φημὶ, Περσῶν καὶ Λυδῶν; οὐ μὴν ἀλλὰ δὲ καὶ αὐτοὶ ὅσοι χθιζοί τε καὶ πρώϊζοι Ῥωμαίων τε καὶ ἡμῶν βασιλεῖς, τίς τὸν στυγητὸν ὑπεξέφυγεν

(58) Cod. ἀνύπτοπτον.

(59) Ἀχιλέως: Sic codex uno lambda. V. Zonaram. Lex. Gudianum et Eustath. ad Hom. *Iliad.* A, 13, 15 ed. Lips.

(60) Bill. verba μαχλοσύνῃ ἑαλωκώς interpretatur: *in adulterio deprehensus*, atque Agamemnonem intelligit; sed egregie fallitur, nam et μαχλοσύνη, de quo vocabulo v. Suidas, tantum propensionem ad Venerem significat, neque Agamemnon dici potest in adulterio deprehensus, neque Gregorius memoria lapsus est, ut ait Billius, sed illam fabulam sequitur de morte Achillis, quam ipse Billius nosse debebat ex Nonni monachi collectione et expositione historiarum, quarum meminit Gregorius in priore invectiva adversus Julianum Apostatam; v. edit. Leuvenc. p. 807. Cfr. de hac fabula etiam Servius ad Virg. *Æn.* VI, 57.

μόρον; Ἀλλὰ καὶ σὲ, φησὶν, ὦ Ἀλέξανδρε, δράκοντος ὡς κομπάζεις υἱὸς εἶναι, τῷ ἀκατάσχετος εἶναι τὴν ἀλκὴν καὶ ἀνυπόστατος, καὶ σὲ μετὰ τὸ πᾶσαν σχεδὸν τὴν γῆν ἐπελθεῖν, οἶνος ἀμέτρως ἐναπέπνιξε ποθεὶς. Τί δὲ πλέον ἐν νεκροῖς βασιλεῦσιν ἢ πένησι; μία πᾶσι κόνις, ἴσος πᾶσι καὶ ὅμοιος ὁ σκελετὸς, ὀστᾶ γυμνὰ μόνον αὐτῷ τε τῷ ἥρωϊ Ἀτρείδῃ καὶ Ἴρῳ τῷ ἀλητοβόρῳ καὶ ἐπαιτήσει ἄρτου διαζῶντι. Αὐτός τε, φησὶν, ὁ μέγας Κωνσταντῖνος καὶ θεράπων οἰκέτης ἐμὸς, ὅστις τε ἄνολβος καὶ ὅστις πολύολβος καὶ βαρυκτήμων, οὐδὲν ἄλλο θανόντες ἔχουσι πλέον ἢ τὸν τάφον.

97 *Καὶ τὰ μὲν ἐνθάδε τοῖα, τὰ δ' ἄλλοθι τίς κεν [ἐνίσποι*, κ. τ. λ.

Ὅσα μὲν τῆς ἐν κόσμῳ ζωῆς μετὰ σώματος ὀδυνηρὰ καὶ τερπνὰ, τοιαῦτα, ὁλοσχερῶς εἰπεῖν, καὶ οὕτως ἔχοντα· τίς δ' ἂν ἐκλαλῆσαι, φησὶ, τὰ ἄλλοθι τοῖς ἀδίκοις ἀπειλούμενα, ἃ ἡ ἐσχάτη ἡμέρα ἀποκαλυπτομένη ἐπιδείξει; Πῦρ γὰρ ἐκεῖ βρόμεον, ἤγουν φοβερὸν, καὶ γέεννα ἠπείληται καὶ σκότος ἐξώτερον τοῖς μακρυνομένοις καὶ πόρρω πίπτουσι τοῦ φωτός· ἐκεῖ καὶ σκώληξ ἀκοίμητος, τῆς ἡμετέρας κακίας ὑπόμνησις καὶ τοῦ συνειδότος ἡ νύξις καὶ κατάγνωσις.

Λώϊον, εἰ βιότοιο, κ. τ. ἑξ.

Βέλτιον ἦν σοι καὶ λυσιτελοῦν μᾶλλον, ὦ τῆς κολάσεως ἐκείνης ὑπόδικε, εἰ μὴ τὰς εἰς τὸν βίον φερούσας ἐπέρασας ὁδούς. Καλόν σοι μὴ γεννηθῆναι τὴν ἀρχὴν ἢ γεννηθέντι καὶ πεπερακότι τὸν βίον ὁμοίως θηρσὶν ἢ κτήνεσι λυθῆναι καὶ θανεῖν, ἢ ἵνα κἂν τῷ βίῳ τῷδε τοσούτοις κακοῖς ταλαιπωρῇ καὶ ὕστερον πάλιν πολλῷ τῶν ἐνταῦθα χείρονα προσδέχῃ, καθ' ὅσον τὰ μὲν τέλος ἔχειν προσδοκᾶται, τὰ δ' ἀτελεύτητον ἐπάγειν τοῖς κολαζομένοις ποινήν. Ποῦ μοι, πάλιν φησὶν ὁ θεόληπτος, ἡ μεγάλη τοῦ πρωτοπλάστου δόξα, ὅτι χειρὶ Θεοῦ καὶ κατὰ τὴν αὐτοῦ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἐπλάσθη, καὶ αὕτη μιᾷ γεύσει ξύλου ἀπειρημένη ἀπολώλει; ποῦ δὲ τοῦ Σαλομῶν ἡ σοφία καὶ τὸ κῦδος τῆς φρονήσεως; δεδάμασται δὲ καὶ οὗτος καὶ ἠτίμωται γυναιξίν. Ποῦ δὲ Ἰούδας ὁ τὸν δωδεκάριθμόν (61) ποτε τῶν ἀποστόλων χορὸν συμπληρῶν; ἀλλὰ καὶ αὐτὸς βραχέος ἕκατι κέρδους αἰώνιον σκότον ἀντηλλάξατο.

109 *Χριστὲ ἄναξ*, κ. τ. ἑ.

Δέομαί σου, φησὶν ὁ θεόπνευστος, ὦ μακάριε Χριστὲ καὶ παμβασιλεῦ, αὐτίκα νῦν ἀναστήσας ἢ μεταστήσας με τῶν τοῦ βίου συμφορῶν, τῷ σῷ δούλῳ τὴν ἴασιν παράσχου· καὶ γὰρ τοῦτο μόνον καλὸν τῷ ὄντι καὶ βέβαιον ἀνθρώποις ὑπάρχει παρὰ σοῦ, αἱ τῆς οὐρανίας ἐλπίδες βασιλείας, ἐν αἷς κἀμὲ μικρόν τε ἀναπνέοντα ζῆσον, τὸ ἐλπιζόμενον παρασχών. Τῶν ἄλλων δὲ τοῦ βίου ποθεινῶν καὶ ἐραστῶν, ὧν πολὺς ὁ κόρος, πολλὴ ἡ πλημμύρα καὶ ἡ πλησμονὴ, ὅσα ἐπὶ γῆς ἐν ἀνθρώποις περισύρεται καὶ ποθεῖται καὶ ζητεῖται ἄλλοτε εἰς ἄλλους μεταριπτούμενα καὶ μεταπίπτοντα, πάντα καταλιπεῖν ἐθέλω, πάντα ἀφήσειν εὔχομαι, οἷον τὴν καλουμένην ἐπὶ γῆς πατρίδα, καὶ αὐτὴν τὴν ἀλλοδαπὴν καὶ ξένην, τούς τε περιμαχήτους

Sed etiam te, ait, o Alexander, qui te efferebas draconis filium, quasi invictus et indomabilis fortitudine habendus esses; te quoque pene omni peragrata terra, vinum immoderanter domavit potatum! Et quid amplius est mortuis regibus quam pauperibus? Una omnibus pulvis, simile omnibus et æquale cadaver, ossa nuda tantum herois Atridæ et Iri victu parci et mendicato viventis pane. Ipse, inquit, Magnus Constantinus et qui mihi ministrat servus, et quicunque egenus sive opulentus et magnas possessiones habens, omnes morientes nihil aliud, nihil amplius habent nisi sepulcrum.

97 *Et quidem res in hac vita tales; quales vero in [altera quis dixerit?*

Quam multa quidem in hoc mundo dum in corpore vivimus dolorosa sunt et amœna, tam multa absolute dicta sunt sic se habentia: quis vero, inquit, narrabit quæ injustis in altero impendent, quæ ultima dies revelabit? Nam ibi ignis devorans terribilis vehementer, et gehenna impendet et tenebræ exteriores pro his qui elongantur et longe a lumine cadunt; ibi et qui non dormit vermis, nostræ malitiæ recordatio et conscientiæ aculeus et accusans morsus.

Melius erat si vitæ, etc.

Melius fuisset tibi et magni expedivisset, o qui hac animadversione dignus es, si vias quæ ad vitam ducunt non ingressus esses. Bonum tibi si natus non fuisses in initio, aut natum et vitam ingressum sicut belluas et jumenta mori et putrescere, quam ut hoc in ævo tot et tantis malis opprimaris, et novissime multo pejoribus adhuc patiendis subjaceas, quoad finem hæc habitura sperantur, illa vero pœnam damnatis æternam sunt adductura. Quo mihi, inquit divinus interpres, magna primi parentis gloria, qui manu Dei et ad ejus imaginem et similitudinem plasmatus est, quæ gloria unica e ligno gustatione corrupta periit? Quo Salomonis sapientia et prudentiæ decus? Domitus est et ipse contemptibilisque factus per mulieres. Quo Judas qui duodenarium Apostolorum numerum complebat? Sed et ipse parvi lucri causa æternas obtinuit tenebras.

109 *Christe rex*, etc.

Obsecro te, ait inspiratus a Deo, o beate Christe, rex omnium, propera nunc erigens aut allevians me e vitæ calamitatibus; servo tuo medelam affer; namque illud tantum revera bonum et firmum a te in hominibus restat, spes regni cœlestis ad quod paululum aspirantem me vivere fac, sperata concedens. Quoad alia vero vitæ desiderabilia et amabilia, de quibus satietas multa, multa superfluitas et exuberantia, quotquot super terra circa homines volutantur, et desiderio quæsitaque sunt, alio in alios jactata et incidentia, cuncta relinquere volo, cuncta prætermittere precor, nempe illam quam in terra patriam vocamus, et ipsam hospitalem et alienam plagam, et thronos circa quos pu-

(61) Δωδεκάριθμος finxit Nonnus Paraphr. c. 13, 126, ἀλλ' ὅτε νόσφι δυωδεκάριθμος Ἰούδας, et 2, 67.

ε ια opus est, et gloriationem e solio procedentem, cum elatione et decore quæ ex eorum ambitione fluit, similiter et eos qui proximi sunt ex genere, et qui alieno, et qui pii æstimantur et impii, simplices et eos qui spiritu sinceri sunt et candidi, et tectos malaque dolose agentes; omnium, precor, inveniar superior, et illorum qui sine invidia bonum oculum in nos intendunt, et istorum qui invidia tabescunt, malitia ipsismet ad mortem usque nociva, intus adversum nos sentientes.

Aliis amœna vitæ, etc.

Aliis sint amœnissima mundi magnipendentibus quæ dulcia sunt carni; ego vero fortiter hæc rejiciam tanquam animæ vincula. Hei mihi! Longæ vitæ diuturnis doloribus afflictus usquequo, inquit, in alimentis ventris et in fimo delectabor? usquequo recipiam et ejiciam? namque quod sumitur ad vitam hominum bonum, oblectatio duplex est, primum in sumendo, deinde in rejiciendo, repleri alimentis, deinde expurgari, ita ut cellaria fructuum complere et evacuare oblectatio sit duplex, de die in diem mutata et vicissim transiens. Paululum, inquit, tanquam in transitu titillatum guttur, sicut vehiculo vel aquæductu, ventri cuncta et latrinis mittit. Postea perpendit et verum et congrui temporis vicissitudines et varietates: hiems frigus affert, æstas vero calorem spargit, ver hiemis vices supplet, et æstatis autumnus, sicut diebus noctes et noctibus iterum dies succedunt, duplicibus præsentis vitæ figuris vicissim immutatis et substitutis. Cur hæc dico? Cœlum idem, terra, mare, et nihil novum et nihil recens, mihi, dicit Ecclesiastes, sub sole, nec quæcunque coagulata sunt et stant immutabilia sicut terra et quæ in ea sunt, nec quæcunque in orbem moventur, sicut cœlum et hoc quod continet, in circulum jugiter acta.

10 *Horum tædium; aliam mihi vitam*, etc.

Horum, inquit, sufficiens fuerit hucusque usus, transitoria videre me tædet, satis corruptibili mundo fruitus sum: aliam mihi vitam, alium mundum, o Christe, tribue, propter quam vitam laboro et patior fortiter cuncta ferens ærumnosa, cuncta duræ vitæ adversa suffero, ad incorruptibilem et solutionis immunem tendens. Utinam mihi et mori contigisset cum maternis visceribus ligabar! Nam statim natum, quemadmodum tenebræ et tribulatio, ita lacrymæ comitabantur.

133 *Quæ vita?* etc.

Quæ vita? quid in ipsa, inquit, desiderabile est et amabile? Nonne quasi e sepulcro, e maternis visceribus exiens, ad alterum sepulcrum vado, ad mortem? E secundo autem illo nonne in igne iterum sepeliar immisericorditer pœnas impietatis præsentis ævi daturus? Et quantum vivere in voluptate mihi placet, tantum illic frui non fluminis torrente quam rapidissime fugientis omnino æquum

(62) Cod. ὀπῶρα.

θρόνους καὶ τὸ ἀπόθρονον εὖχος, ἤτοι τὸ ἐπὶ τῇ αὐτῶν παραιτήσει καύχημα καὶ κλέος, ὁμοίως καὶ τοὺς ἐγγὺς κατὰ γένος καὶ ἀλλογενεῖς, καὶ τοὺς εὐσεβεῖς φημιζομένους καὶ ἀσεβεῖς, τούς τε ἁπλοῦς καὶ εὐθεῖς τὸν νοῦν καὶ φανερούς, τούς τε κρυπτοὺς καὶ δολίως κακουργοῦντας· πάντων ὑπέρτερος εὔχομαι γενέσθαι, τῶν τ' ἀβάσκανον ὄμμα καὶ ἐπιεικὲς ἡμῖν ἐπερειδόντων, τῶν τε φθονερᾷ καὶ αὐτοφόνῳ κακίᾳ ἐκτηκομένων ἔνδον τῇ διανοίᾳ καθ' ἡμῶν.

Ἄλλοις τερπνὰ βίοιο, κ. τ. ἑξ.

Ἄλλοις ἔστω τὰ ἥδιστα τοῦ κόσμου τοῖς πολλοῦ τιμωμένοις τῆς σαρκὸς τὴν ἡδονήν, ἐγὼ δὲ ταύτην προθύμως ὡς δεσμὸν ἀποφεύξομαι ψυχῆς. Οἴμοι τοῦ μακροῦ βίου! μακροῖς ἄλγεσι πονούμενος μέχρι τίνος, φησί, τοῖς τε βρώμασι τῆς γαστρὸς καὶ ταῖς κόπροις ἐμφιλοχωρήσω; μέχρι τίνος δέξομαι καὶ ἀποῤῥίψομαι; Καὶ γὰρ τὸ δοκοῦν ἅπαν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχειν ἀγαθὸν δίστομος χάρις ἐστὶ, λαβεῖν πρῶτον, εἶτα ῥίψαι, πληρωθῆναι βρώσεως, εἶτα κενωθῆναι, ὥσπερ καὶ τὰ ταμεῖα τῶν καρπῶν πληροῦν καὶ κενοῦν δίστομός ἐστι χάρις, ἡμέραν ἐφ' ἡμέρας ἐν μέτρῳ ὑπαλλαττομένη καὶ ὑπαπιοῦσα. Μικρὰ μὲν, φησὶν, ὡς ἐν παρόδῳ τερφθεὶς ὁ λαιμὸς, ὡς ἐν ἁμάρᾳ καὶ ἀγωγῷ τῇ γαστρὶ πάντα καὶ τῷ ἀφεδρῶνι παραπέμπει· σκόπει δὲ πρὸς τούτοις καὶ τὸ τῶν στοιχείων καὶ τῶν καιρῶν ἀλλοιωτὸν καὶ τρεπτόν· χειμὼν μὲν καταψύχει, θέρος δὲ αὖθις ἀναφλέγει, ἔαρ μὲν ἀμείβει τὸν χειμῶνα, ὀπώρα (62) δὲ τὸ θέρος, ὥσπερ τὰς ἡμέρας μὲν αἱ νύκτες, τὰς νύκτας δὲ αὖ αἱ ἡμέραι, τὰ δισσὰ τοῦ παρόντος βίου φάσματα διαμείβουσι καὶ ὑπαλλάττουσι. Τί ταῦτά φημι; Οὐρανὸς ὁ αὐτὸς, γῆ, θάλασσα, καὶ οὐδὲν νεώτερον καὶ οὐδὲν καινὸν ἔμοιγε, φησὶν ὁ Ἐκκλησιαστὴς, ὑπὸ τὸν ἥλιον, οὐδ' ὅσα πηκτὰ πέλει καὶ βέβηκεν ἀκίνητα ὥσπερ γῆ καὶ τὰ περὶ αὐτὴν, οὐδ' ὅσα περιτρέπεται, ὥσπερ οὐρανὸς καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἀεννάως καὶ κυκλικῶς περιδινούμενα.

10 *Τῶν κόρος* (63) · *ἄλλον ἔμοιγε βίον*, κ. τ. λ.

Τούτων, φησὶν, ἅλις ἔμοιγε τῶν ἀπολαύσεων, κεκόρεσμαι τῶν τερπομένων τῆς ὁράσεως, ἀποχρώντως τοῦ φθαρτοῦ κόσμου κατετρύφησα· ἄλλον ἐμοὶ βίον καὶ κόσμον, ὦ Χριστὲ, δίδου, δι' ὃν πονῶν καὶ κακοπαθῶν προθύμως πάντα φέρω τὰ ἀλγεινὰ, πάσας ἀνατλῶ συμφορὰς σκληροῦ βίου, πρὸς τὸν ἄφθαρτον καὶ ἄλυπον ἀφορῶν· αἴθε γάρ μοι καὶ θανεῖν ἐξεγένετο, ἡνίκα μητρῴοις ἐνεδέσμεις σπλάγχνοις· καὶ γὰρ εὐθὺς γεννηθέντι ὥσπερ σκοτία καὶ θλίψις τὸ δάκρυον ἐπηκολούθει.

133 *Τίς βίος*; κ. τ. λ.

Τίς ὁ βίος; τί δὲ τὸ τούτου, φησὶ, ποθεινὸν καὶ ἐραστόν; Οὐχ ὥσπερ ἐκ τάφου τῆς μητρῴας ἐξιὼν γαστρὸς ἐφ' ἕτερον τάφον ὁδεύω τὸν μετὰ τὴν τελευτήν; ἐκ τοῦ δευτέρου δὲ τούτου ἆρ' οὐκ ἐν τῷ πυρὶ ταφήσομαι πάλιν ἀνελεημόνως, δίκας τῆς ἐνταῦθα ἀσεβείας ἀποτιννύς; αὐτὸ δ' ὅσον διαβιώσκειν ἐν εὐπαθείᾳ μοι δοκῶ, ὅσον ἐνταυθοῖ κατατρυφᾷν, οὐ ποταμοῦ ῥεύματι ὀξύτατα ῥέοντος κομιδῇ παρομοιοῦ-

(63) Cod. hoc loco τούτων κόρος.

ται. ποταμοῦ ἀενάως τρέχοντος καὶ ἀεὶ ἐκ τῶν ὄπισθεν ἰόντος, διηνεκῶς κινουμένου καὶ οὐδὲν ἔχοντος ἑστὼς, οὐδὲν μέρος αὐτοῦ πάγιον ἐπιδεικνύντος· κόνις ὅλος καθέστηκεν ὁ βίος, τοῖς ἐμοῖς ὄμμασιν ἐμπίπτουσα καὶ σκότον ἐμβάλλουσα τῷ νῷ, ὡς ἂν πόρρω Θεοῦ τῶν φωτισμῶν ἐκπεσὼν, καὶ τυφλῶν τρόπον τοὺς τοίχους ψηλαφῶν, καὶ ὧδε κἀκεῖ τοῖς λογισμοῖς περιπλανώμενος τῆς μεγάλης ἐν Χριστῷ ἀποτύχω ζωῆς.

Τολμήσω τινὰ μῦθον, κ. τ. ἑξ.

Τολμηρόν τινα λόγον ἔπεισί μοι διειπεῖν, ἀληθινὸν δ' οὖν ὅμως, δι' ὃ καὶ τολμήσας ἀποφαίνομαι, ὡς Θεοῦ παίγνιον (64) ὁ ἄνθρωπος, καὶ τοιοῦτον οἷον τοῖς πάλαι κατὰ πόλεις τινὰς ἐπιτετήδευτο· προσωπεῖα γὰρ διασκευάζοντες πλουσίων, πενήτων, βασιλέων καὶ στρατηγῶν, σοφῶν καὶ ἰδιωτῶν, ἀνδρῶν ὁμοίως καὶ γυναικῶν, καὶ ἐν θεάτροις παριόντες καὶ ἐν σκηναῖς, ταῦτα οἱ προμελετήσαντες περιτιθέμενοι, καὶ τὴν κατ' αὐτοὺς καθὰ προησκήσαντο πρᾶξιν ἐπίπροσθεν πάντων ὑποκριθέντες, καὶ ἀκριβῶς ὡς οἷόν τε κατὰ τὴν τῶν παλαιῶν ἱστορίαν διὰ μιμήσεως τὴν δραματουργίαν ἀποχρώντως ἐνδειξάμενοι, οὕτω τῆς σκευῆς ἀπ' αὐτῶν ἀρθείσης, ὅστις ποτ' ἦν αὐτῶν ἕκαστος ἀναφανέντες οἴκαδε ἐχώρουν. Ὡσαύτως τοίνυν κἀν τῷ βίῳ ἄλλος ἄλλο τι ἐπιτήδευμα, πρὸς ὃ εὐφυῶς ἔχουσιν, ἀσκούμενοι, καὶ ὡς ἐν σκηνῇ καὶ θεάτρῳ τὴν κατ' αὐτοὺς πρᾶξιν τῆς ἀρετῆς ἢ κακίας διὰ μιμήσεως ἐπιδειξάμενοι, ἐπειδὰν τὸ σχῆμα τούτοις τοῦ κόσμου τῷ θανάτῳ περιαιρεθῇ, ἐξαπίνης ὁποῖοι κατὰ φύσιν εἰσὶν ἅπαντες ἀναφανέντες, οὕτω γυμνοὶ πάσης ἐπικρύψεως ἐντεῦθεν ἀποχωροῦντες ἀπίασιν ἐκεῖ. Τοιοῦτος ὁ βίος τῶν ταλαιπώρων βροτῶν· καὶ οἷς ἡ τοῦ ματαίου καὶ ὀνειρώδους κόσμου τοῦδε ἐλπὶς ἐραστὴ καὶ περισπούδαστος, τούς τε καλουμένους πλούτους, ἡδονάς τε καὶ τρυφὰς καὶ δόξας ἐπ' ὀλίγον τὸν τῆς ζωῆς χρόνον κατατρυφῶντες (65) παιζέτωσαν καὶ παιζέσθωσαν.

147 *Αὐτὰρ ἐγὼ Χριστοῖο δεδραγμένος*, etc.

Οἱ μὲν τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, καὶ τῶν ῥεόντων ἀπρὶξ ἀντιποιούμενοι, τὸν εἰρημένον τρόπον τὴν κατ' αὐτοὺς πορευέσθωσαν ὁδόν· ἐγὼ δὲ, ἡ χριστοφόρος ψυχὴ λέγει, Χριστοῦ τῆς ἀγάπης καταδεδραγμένος οὔποτε λήξω δεσμὸν ἐπὶ δεσμῷ προστιθεὶς, ἄχρις ἂν τοῦ σαρκίνου τοῦδε βίου λυόμενος, τῷ τῶν ὀρεκτῶν ἀκροτάτῳ τελέως προσδεθῶ. Καὶ γὰρ διπλοῦς ὢν τὴν φύσιν, ἐπίγειος ἅμα καὶ οὐράνιος, τὸ σῶμα μὲν ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς γῆς ἔχω διαρτισθὲν, δι' ὃ καὶ τῆς αὐτοῦ συγγενείας ἐφιέμενον νεύει πρὸς τὴν γῆν· τὴν ψυχὴν δὲ Θεοῦ πνεύματος ἀπόῤῥοιαν καὶ μερίδα κρείσσω ὑπάρχουσαν, καὶ αὐτὴν ὡς οἰκείων τῶν θείων ἔχειν τὴν ἔφεσιν καὶ ἀεὶ τῶν πνευματικῶν καὶ οὐρανίων ὠδίνειν τὴν ἐπιθυμίαν ἀγαθῶν.

Ὡς πηγῆς ῥόος ἐστὶν, κ. τ. ἑξ.

Ὥσπερ ὁ πηγῆς ἐξαλλόμενος τοῦ ὕδατος ῥοῦς κατὰ πρανοῦς τρέχει φυσικῶς ἐπὶ τὸ κάταντες, πῦρ

videtur, fluminis perpetuo currentis et semper a præterito redeuntis, jugiter agitati et nihil stabile habentis, nullam ipsius partem firmam ostendentis. Pulvis æstimanda est tota vita, meos obcæcans oculos et tenebras intelligentiæ ingerens, ita ut longe a Dei splendoribus cadens et cæcorum more muros pertentans et sic ibi in ratiociniis errans, magna in Christo vita frustrandus sim.

Audebo allegoriam quamdam, et seq.

Excedens quoddam verbum proferre mihi convenit et verum; idcirco audens exponam: Quasi ludibrium Dei homo, et quemadmodum inter veteres quibusdam in civitatibus exercitatio erat, personas enim exhibebant divitum, pauperum, regum et ducum, sapientium et insipientium, virorum similiter et mulierum, etiam theatris assistebant et in scenis; hæc qui curabant, personam agebant et destinatam sicut exerciti fuerant actionem coram omnibus tractabant et accurate sicut decet, juxta veterem historiam arte propria repræsentationem sufficienter exsequebantur, sic officium ab ipsis susceptum prout ipsorum cujusque erat præ se ferebant, deinde in domum recedebant. Sic ergo et in vita alius aliud studium ad quod fert indoles exercet et quasi in scena et theatro, quantum in se est actionem virtutis aut nequitiæ repræsentationis instar ostendit, et postquam mundi figura pro ipsis morte præteriit, subito tales quales natura sunt omnes apparentes, sic nudi ab omni fuco inde cedunt et in locum destinatum abeunt; ea miserorum mortalium vita, et hi quibus insipientis et inanis mundi hujus spes delectabilis est et omni ope curaque exquirenda, ea quæ vocantur divitiæ et voluptates et delicias et glorias modicum vitæ tempus exaltantes, ludant et ludantur.

147 *Ego vero, Christum amplexus*, etc.

Qui quidem quæ super terram sunt sapiunt et fluxa fortiter ambiunt dicto more, ipsis placitum iter pergant. Ego vero, ait Christum portans anima, Christi amori adhærens, non cessabo vinculum vinculo adjungens, quin carnali vita ista soluta summo voto omnino configar. Namque duplex qui sum natura, terrenus simul et cœlestis, corpus quidem hinc e terra habeo plasmatum; ideoque affinitate propria cupiens tendit ad terram; animam vero Dei spiritus emanationem et partem præcellentem, quam divinorum quasi ipsi propriorum desideria tenent, semperque spiritualium atque cœlestium appetitio bonorum incendit.

Sicut fontis rivulus est, et seq.

Sicut fontis salientis undæ rivulus præceps naturaliter ad declivitatem currit, et ignis urens pro-

(64) Bill. animadvertit Gregorium hic alludere ad Platonem, qui hominem vocet παίγνιον Θεῶν. Loci sunt *de Legg.* l. I, p. 644 (p. 219, 3 ed. Bekk.) et l. VII, p. 803 C. (p. 32, 5 ed. Bekk.) V. etiam supra π. ἀρετῆς v. 103 et Boissonad. ad Gregorium Cyprium in *Anecd. Gr.* I, 345.

(65) Cod. κατατρυφόντες.

priam immutabiliter novit viam sæviens in altum, sic et homo magnus qui magis quæ Dei sunt quam quæ corporis sunt sapit, et angelus esset, si serpentis instar, quasi senectutem maculosam passionum in arcta et angusta via cutem aut deformitatem apprime rejiciens et spiritualem juventutem renovans, sic ad cœlos ascensionem nullo modo retrospiciendo perfecerit.

O sacerdotes, stupete, etc.

O episcopi, vobis loquor, qui vocamini sacerdotes, nec vere estis ob invidiam in vobis dominantem, et o vicini miseri, qui dona aversamini et nos mala agere volentes suspicamini, frustraque et tanquam fortuito timetis, exsultate et stupete, vehementer gaudete : en morior omni sæculo, nec amplius me ut prius timebitis. Vos ergo per hæc quæ facitis atque de nobis cogitatis, vobis ipsis Regis regum Dei misericordiam intercluditis et oppilatis; ego vero hujus mundi cuncta vosque omnes linquens unam habeo meæ vitæ columnam illuminantem Christi crucem. Si igitur et inde exsul longe a vobis alio relegatus fuerim, et sacrificiorum cœlestium superis in regionibus tetigerim altare, quo non appropiat malum latens invidia, ibi ergo collocatus et pro invidentibus ipsis, si ita loqui justum sit, invidiam nesciens orabo.

1 *Quis sum? unde in vitam veni?* etc.

Adhuc et per expositos hos versus, valde philosophans sancta anima, stultitiam et insipientiam illorum qui indesinenter possessionibus defunctorum avide inhiant, reprimere tentat et docere eos qui audire volunt, vitæ præsentis transitorium et instabile et vilitatem. « Quis? Unde oriens in vitam veni? » dignum, inquit, quod primo mediter quia nihil sum, deinde uno verbo dicam, quia qui non eram per Dei altissimi providentiam ad conditionem exsistentis per nativitatem veni. Oportet etiam subsequentia prorsus considerare, nempe cum terra effluxerit, quis iterum ero resurgente pulvere meo sicut spero, quo statu me Creator agens ponet? Num sicut a mari et fluctibus, a vitæ impedimentis liberatus et tumultu, quasi in portum bonum me invehens salvabit? Namque multæ hujus vitæ plurimis miseriis obnoxiæ viæ sunt, et multi in vita corporali mores; alii in alios dolores et ærumnas alias inciderunt et nihil eorum quæ apud homines æstimantur bona immune omnino malitia et calamitate invenitur; optimum esset et votis dignum, si non præstaret molestorum pars parte dulcium. Nam sic indagatur :

δὲ φλογίζον τὴν ἰδίαν ἀμετατρόπως ὁδὸν οἶδεν ἀλλόμενον ἐπὶ τὸ ἄναντες· οὕτω καὶ ἄνθρωπος μέγας, ὃς μᾶλλον τὰ τοῦ Θεοῦ ἢ τὰ τοῦ σώματος φρονεῖ, οὗτος καὶ ἄγγελος ἂν εἴη, εἴγε καθάπερ ὄφις οἷα γῆρας κατάστικτον τὴν τῶν παθῶν διὰ τῆς στενῆς ὁδοῦ καὶ τεθλιμμένης λεβηρίδα, ἤτοι κιλίδα, καλῶς ἀποξυσάμενος καὶ τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν ἀνακαινισθεὶς, οὕτω τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀμεταστρεπτὶ ἐξανύσειεν ἀνάβασιν.

Ὦ πάλλεσθ', ἱερῆες, κ. τ. ἑξ.

Ὦ ἐπίσκοποι, ὑμῖν λέγω τοῖς καλουμένοις ἱερεῦσιν, οὐκ ἀληθῶς δὲ οὖσι τῷ ὑπὸ φθόνου τυραννεῖσθαι, ὦ καὶ γείτονες πονηροὶ, οἱ δωρεὰν μισοῦντες καὶ ὡς κακοποιεῖν ἡμᾶς βουλομένους ὑποπτεύοντες καὶ δεδιότες εἰκῆ καὶ μάτην, ἄλλεσθε καὶ πάλλεσθε, χαίρετε σφόδρα· ἰδοὺ ἐγὼ τέθνηκα παντὶ τῷ βίῳ καὶ οὐκέτι με ὡς τὸ πρῶτον φοβηθήσεσθε. Ὑμεῖς μὲν οὖν, οἷς πράσσετε καὶ οἷς καθ' ἡμῶν διανοεῖσθε, τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τὸν ἔλεον ἑαυτοῖς ἀποφράσσετε καὶ ἀποκλείετε, ἐγὼ δὲ τἀνθάδε πάντα καὶ πάντας ὑμᾶς ἀπολιπὼν, μόνον ἔχω τῆς ἐμῆς ζωῆς στύλον φαεινὸν Χριστοῦ τὸν σταυρόν (66)· εἰ δὲ καὶ μεταστὰς ἐντεῦθεν ἀφ' ὑμῶν μεταναστεύσαιμι, καὶ θυσιῶν οὐρανίων ἐπὶ τὸ ἄνω προσάψομαι θυσιαστήριον, ἐν ᾧ τὸ λανθάνον κακὸν ὁ φθόνος οὐκ ἐγγίζει, ἐκεῖ δὴ γεγονὼς καὶ ὑπὲρ τῶν φθονούντων αὐτῶν, εἴγε θεμιτὸν τοῦτο φάναι, ἀφθόνως ὑπερεύξομαι.

1 *Τίς; πόθεν ἐς βίον ἦλθον* (67); κ. τ. λ.

Ἔτι καὶ διὰ τῶν προκειμένων τούτων ἐπῶν ἡ φιλοσοφωτάτη ψυχὴ καὶ ἁγία τὴν ματαιότητα καὶ ἄνοιαν τῶν περὶ τὴν κτῆσιν τῶν ἀπολλυμένων ἀκατασχέτως μεμηνότων ἀνακόπτειν, καὶ τὸ οὐδαμινὸν, καὶ ῥευστὸν, καὶ ἀβέβαιον τοῦ παρόντος βίου παιδεύειν τοὺς ἀκούειν ἐθέλοντας πειρᾶται. « Τίς; πόθεν ἐς βίον ἦλθον; » ἄξιον, φησὶν, ἐννοεῖν πρῶτον, ὡς οὐδὲν ὢν, καὶ, καθάπαξ εἰπεῖν, οὐκ ὢν, διὰ προνοίας Θεοῦ ὑψίστου εἰς τὸ εἶναι διὰ γενέσεως προῆλθον· χρὴ δὲ καὶ τὰ μετέπειτα πάντως σκοπεῖν, ὡς ἐπειδὰν ἡ γῆ τὸ ἴδιον κατάσχῃ διαῤῥυὲν, τίς πάλιν ἔσομαι τῆς κόνεως ἀνισταμένης μοι, καθὰ προσδοκῶ; εἰς ποίαν δέ με κατάστασιν ἄγων ὁ Δημιουργὸς στήσει; ἆρα γὰρ ὥσπερ ἐκ θαλάσσης καὶ κλύδωνος τοῦ βίου τῆς περιολκῆς ἐλευθερώσας καὶ περιφορᾶς, ὡς εἰς λιμένα εὔδιον ἀποκαθιστῶν διασώσει; Καὶ γὰρ πολλαὶ μὲν τοῦ πολυπαθοῦς τοῦδε βίου αἱ ὁδοὶ καὶ τὰ πρὸς τὴν κατὰ σῶμα ζωὴν ἐπιτηδεύματα· ἄλλη δ' ἀλλοίοις ἄλγεσι καὶ παθήμασι συμφέρεται, καὶ οὐδὲν τῶν παρ' ἀνθρώποις νομιζομένων καλῶν ἄμοιρον πάντη κακίας καὶ μοχθηρίας ἀποδείκνυται· ἀγαπητὸν δ' ἂν εἴη καὶ ἔργον εὐχῆς, εἰ μὴ πλείω μοῖραν τὰ λυπηρὰ τῶν ἡδέων ἔχοι. Σκόπει γὰρ οὕτως·

(66) Alludit ad illam nubis columnam, quæ Israelitis olim ex Ægypto egressis iter præmonstrabat, v. Exod. c. XIII. BILL.

(67) In codice nulla inscriptio est hujus carminis et Nicetas quoque hoc cum præcedenti conjunctum tanquam unum carmen interpretatur. In cod. Gud. fol. 36 r. inscribitur : Περὶ τῆς τῶν παρόντων ματαιότητος· apud Billium est carmen 15· Περὶ τῶν τοῦ βίου ὁδῶν· *De vitæ itineribus* (p. 945 ed. Leuvencl. ed. nov. p. 485). Putat autem Billius Gregorium certare cum illo epigrammate, quod Posidippo vel Crateti adscribitur, in quo cujusque vitæ generis incommoda breviter describuntur. Duo vero sunt epigrammata, quæ cum hoc carmine comparari possint, unum Posidippi sive Platonis Comici, *Anthol. Palat.* IX, 359, alterum Metrodori, ibid. 360.

Ὁ πλοῦτος μὲν ἄπιστος, ὁ δὲ θρόνος ὀφρὺς ὀνείρων.

Ἄπιστος μὲν ὁ πλοῦτος, ὅτι μὴ μόνιμος, μηδ' ἀεὶ τοῖς ἔχουσι προσὼν, ἀλλ' ἐξαπιναίως τοὺς αὐτῷ πεποιθότας πολλάκις καταλείπων, εἰς ἄλλους μετεῤῥύη· ὁ θρόνος δὲ καὶ τὸ δοξάριον ὀφρὺς ὀνειρώδης ἐστίν. Ὑπόληψις γὰρ κενὴ καὶ οἴησις ματαία, κατὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα τὸν νοῦν ἄχρι τινὸς διαπαίζουσα τοῦ ἄρχοντος καὶ φυσιοῦσα, παραῤῥιπίζει μὲν αὐτὸν τοῦ ὀρθοῦ λόγου, ὡς ἐξ ὕπνου δὲ τῆς ὀνειρώξεως καὶ φαντασίας τῆς ἀρχῆς ἐκπεσὼν, οὐχ εὗρεν οὐδὲν, κατὰ τὴν Γραφὴν, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Τοῦτο μὲν τὸ ἄρχειν κατὰ τὴν κοσμικὴν παραφοράν· τὸ ἄρχεσθαι δὲ πάλιν μόγος, καὶ κόπωσις, καὶ πόνος. Τὴν πενίαν δὲ τίς οὐκ οἶδε δουλοσύνην οὖσαν πικρὰν, καὶ εἱργμὸν, καὶ δεσμὸν ἀνιαρόν; Τί δὲ τὸ κάλλος τοῦ σώματος; Μικρὰ καὶ ὀλίγη τοῦτο χάρις ἀστραπῆς, λόγου θᾶττον τὴν ὄψιν τοῦ βλέποντος παροδεύουσα καὶ φεύγουσα. Τί δὲ ἡ νεότης; τί δὲ ἡ πολιά; Οὐχ ἡ μὲν χρόνου βράσμα, τὴν ἀκμὴν ὡς ἄνθος εὐμάραντον τοῖς νέοις ὑποφαῖνον, ἡ πολιὰ δὲ δύσις βίου, ἤγουν τοῦ τῆς νεότητος ἄνθους ὑπάρχει μαρασμός; Ἀλλὰ καὶ οἱ λόγοι, φησὶ, πτερόεντες ὡς πτερῶν δίκην ὅτι τάχιστα ῥέοντες καὶ ἀφιπτάμενοι, κλέος δὲ αὐτοῖς τίνι λόγῳ ὑπάρχει ὁ ἀήρ; καὶ γὰρ οὗτος ὥσπερ διαφανὴς κατὰ φύσιν πέλων καὶ δίοσμος, τὸ φῶς μὲν καὶ χρώματα πάντα πρὸς τὴν ὅρασιν, ὀσμὰς δὲ πάσας πρὸς τὸ τῆς ὀσφρήσεως αἰσθητήριον διαπορθμεύει· οὕτω καὶ διηχὴς ὢν πρὸς τὴν ἀκοὴν, τόν τε λόγον καὶ πᾶσαν φωνὴν καὶ ψόφον παραπέμπει ὁ ἀήρ. Οἱ εὐγενεῖς δὲ λεγόμενοι καὶ ἡ εὐγένεια τί ἄλλο ἢ παλαιὸν αἷμα ἕωλα καὶ πρόσκαιρα τιμηθὲν πέλει; ῥώμη δὲ σαρκὸς καὶ ἰσχὺς, τοῦτο καὶ συὸς ἀγρίου γαυρίαμα καθέστηκε· καὶ ὁ κόρος μὲν ὑβριστὴς, τοῖς ἀπαιδεύτως τούτῳ κεχρημένοις ὑπόθεσις γίνεται θεομαχίας· ὁ γάμος δὲ δεσμὸς, καὶ τῆς κατὰ φύσιν ἐλευθερίας ἀλλοτρίωσις· καὶ ἡ εὐτεκνία μὲν ἀναγκαία φροντὶς καὶ ἀπαραίτητος, ἡ δυστεκνία δὲ ἀῤῥωστία καὶ νόσος ἐστὶ ψυχῆς ἀπαρηγόρητος· καὶ αὖ πάλιν, αἱ ἀγοραὶ μὲν κακίας μελεδήματα καὶ φροντίσματα τυγχάνουσιν, αἱ καθ' ἡσυχίαν δὲ καὶ μόνωσιν διατριβαὶ ἀδράνειαί τέ εἰσι καὶ ἀπορίαι· πάλιν, αἱ τέχναι μὲν τῶν ἄγαν ταπεινῶν καὶ χαμαὶ ἐρχομένων καθεστήκασι, στενὴ δὲ ἡ παρὰ τῶν ἀλλοτρίων ἐρανιζομένη τροφὴ, ὥσπερ καὶ τὸ παρασιτεῖν αἴσχιστον· καὶ τὸ ἀροῦν μὲν τὴν γῆν καὶ γεωργεῖν κοπῶδες καὶ μοχθηρὸν, τὸ ποντοπορεῖν δὲ κινδυνωδέστατον καὶ τὸ τῆς ζωῆς αὐτοῖς πλεῖον ἐν τῷ ᾅδῃ.

21 *Ἡ πάτρη δὲ βέρεθρον ἑόν· ξείνη δέ τ' ὄνειδος.*

Τί ἔτι πρὸς τοῖς εἰρημένοις; τί γλύκιον ἀνθρώποις ἢ θυμηρέστερον πατρίδος; Ἀλλὰ καὶ αὐτὴ, φησὶ, βέρεθρον ἴδιον, ἤτοι βόθυνος, καθίσταται, ἐν ᾗ καταπατεῖται καὶ ἐξουδενοῦται καὶ ὁ λίαν σπουδαῖος δοκῶν, τῷ γειτονικῷ ζήλῳ καὶ φθόνῳ προδοθείς· ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπὶ ξένης καὶ ἀλλοδαπῆς βιοῦν τὸν ὄνειδον οὐ διαπέφευγεν. Οὕτω πάντα, καθάπαξ εἰπεῖν, τὰ ἐν ἀνθρώποις ἐράσμια καὶ ζηλωτὰ νομιζόμενα, εἰς μάταιον περιίσταται καὶ εἰς περισπασμὸν πονηρὸν, κατὰ τὸν Ἐκκλησιαστήν. Καὶ γὰρ χνοῦς διὰ τὸ εὐ-

Divitiæ malefidæ et thronus somniorum fastigium.

Malefidæ quidem divitiæ, quia nec permanentes, nec semper his qui eas possident in promptu sunt, sed inopinate sæpe hos qui in ipsis confidunt deserentes ad alios transfluunt; thronus vero et gloriola fastigium sunt somnio simile. Nam existimatio vacua et fama vana a subjectis prædicatur, animum quodam in gradu illudens principis et superbire faciens; et avertit eum a recta ratione. Inde quasi a dormitionis somniis et a principatus phantasiis expergefactus nihil invenit, secundum Scripturam, in manibus suis; illud quidem, dominari juxta mundanam arrogantiam, subditum esse e contra labor et ærumna et molestia. Paupertatem autem quis non novit servituti amaræ et carceri in vinculo acerbo haud imparem? Quid corporis pulchritudo? tenuis et brevis hæc splendor fulguris, verbo citius oculos videntis præteriens et fugiens. Quid et juventus? quid senectus? Nonne illa temporis agitatio acie sua quasi flos mox marcescens juvenibus refulget, senectus vero vitæ spoliatio, floris juventæ defloratio est? Sed et sermones, inquit, alati quasi pennarum ope quam citissime volant et transierunt; et decori ipsis quomodo est aer? Etenim iste natura perlucens cum sit et odoribus transmeabilis, lumen et colores omnes ad visum, et odores cunctos ad olfactum traducit. Sic et sonum transmittens ad auditum, sermonem cunctamque vocem atque fragorem adducit aer. Liberaliter nati, ut aiunt, quid sunt, quid aliud est clara origo nisi priscus sanguis heri et ad tempus honoratus? Robur carnis et vigor? id et apri gloriatio factum est. Et juvenis arrogans iis qui illo imperite utuntur belli adversus Deum fit occasio. Matrimonium autem vinculum est et a libertate naturali immutatio; et egregia proles necessaria sollicitudo quæ vitari nequit, et proles nequam mœstitia morbusque est animæ consolatione non levandus. Et rursum, nundinæ malitiæ meditationes et cogitationes sunt, in quiete et solitudine studia debilitates sunt et penuria. Rursum, artes apud nimis contemptos et humi jacentes consistunt, arctum et a proximo mendicatum alimentum, sicut et parasitari turpe valde; et arare terram atque colere fatigatione abundat et sudoribus, navigare vero periculosissimum et navigantium vita plurima inferno proxima.

21 *Patria tellus, proprium barathrum; extera opprobrium.*

Quid adhuc, his dictis? quid hominibus dulcius aut amabilius quam patria? Sed et ipsa, inquit, fovea est vera et fossa, in qua pedibus teritur et vilipenditur etiam qui valde studiosus videtur erga eam, vicinorum æmulatione et invidia traditus; sed et vivat alius in terra hospitali et alienigena, objurgationem non vitavit. Sic cuncta, ut una vice dicam, quæ hominibus amabilia et concupiscibilia reputantur, in vanitatem recidunt et in occupationem pessimam, apud Ecclesiastem. Nam quasi

spuma ex eo quod corruptibilia facillime effluant, deridentur; quasi phantasma, quia erranti cuidam et oculorum ludibriis similia; quasi ros, utpote quæ facile exsiccentur et paululum temporis maneant; quasi fenum, quia brevi flaccescere videntur; quasi ala ob ipsorum fugam et citissimam mutationem; quasi aura, eo quod post brevem fulgorem citissime evanescant; somnium præterea dicuntur quia instabilia et nullo modo firma et vacua sunt ea de quibus superbiunt homines. In Scripturis deridentur et vilipenduntur ista et maris fluctibus et fluviorum rapidis undis et vestigiis navis quæ mare transnatat, et ventorum flatibus et pulveri æquiparantur ista, quippe quæ semper fluxa, instabilia, infida et caduca a vere sapienti quovis æstimentur. Circulus enim semper movetur volviturque vita, similia cuncta undequaque torquens, simul stans et currens, quale cœlum super nos moveri philosophantur nonnulli, solutum nempe simul ac solidum, utpote quod in suo stet volubili cursu solidum. Namque in hoc stant et coagmentata sunt, quod solvuntur et moventur per anni tempora quæ aliter alia ferunt, quemadmodum et semper corrumpunt et ad finem agunt sive per dies sive per noctes vicissim immutantes aut renovantes in laboribus et fatigationibus, in morbis et mortibus, in casibus et cursibus, in abjectionibus et molestiis, in superbia et cogitationum moderantia.

διάλυτον κωμῳδεῖται καὶ φθαρτὸν, φάσμα δὲ διὰ τὸ πλάνον καὶ φαντασιῶδες, δρόσος δὲ διὰ τὸ εὐξήραντον ἢ ὀλιγοχρόνιον, πνοὴ δὲ διὰ τὸ πρὸς ὀλίγον ἀναψύχειν δοκεῖν. πτερὸν δὲ διὰ τὴν ἀπόδρασιν καὶ ταχίστην ἀπαλλαγὴν, ἀτμὶς δὲ διὰ τὸ πρὸς βραχὺ φανέντα θᾶττον ἀφανίζεσθαι, ὄνειρος δὲ πρὸς τούτοις διὰ τὸ ἀνίδρυτα καὶ ἀνυπόστατα καὶ κενὰ τὰ κατ' ἀνθρώπους εἶναι φρυάγματα. Ταῖς Γραφαῖς κωμῳδεῖται καὶ ἐξουδενοῦται ταῦτα, καὶ κύμασι θαλάσσης, καὶ ῥεύμασι ποταμίοις, καὶ ἴχνεσι ποντοπορούσης νηὸς, καὶ αὔραις ἀνέμων, καὶ κόνεσι, διὰ τὸ ἀείρυτον ἀβέβαιόν τε καὶ ἄπιστον καὶ ἄστατον τῇ ἀληθοσοφίᾳ παρεικάσθη. Κύκλος γὰρ ἀεικίνητος καὶ ἀείστροφος ὁ βίος ἐστὶν, ὅμοια πάντα καὶ πάντοτε κυλίνδων, ἑστὼς ἅμα καὶ τρέχων, οἷον τὸν ἄνω οὐρανὸν φιλοσοφοῦσι, λυόμενον ἅμα καὶ πάγιον τῷ ἐν τῷ κινεῖσθαι πεπηγέναι. Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ μένει καὶ πέπηγεν, ἐν τῷ λύεσθαί τε καὶ κινεῖσθαι ταῖς τε ὥραις τοῦ ἐνιαυτοῦ ἄλλοτε ἄλλα φερούσαις, ὡσαύτως ἀεὶ καὶ φθειρούσαις καὶ τελεσφορούσαις, ταῖς τε ἡμέραις καὶ νυξὶ τὰ καθ' ἕκαστον ἀλλοιούσαις ἢ ἀνακαινούσαις ἐν πόνοις καὶ κόποις, ἐν νόσοις καὶ θανάτοις, ἐν πτώσεσι καὶ εὐδρομίαις, ἐν ταπεινώσεσι καὶ λύπαις, ἐν ὑψώσεσι καὶ εὐφροσύναις.

Et hoc tuæ fons sapientiæ, o Verbum, et seq.

Et hoc tuæ, o Pater et Verbum, sapientiæ tuique zeli dignum erat cuncta instabilia, versatilia et mobilia esse quæcunque corporis in hoc mundo optabilia æstimantur, ita ut hoc cognoscentes et illa aspicientes, firmorum et apud te stabiliter manentium bonorum in spiritu amplectamur desiderium. Cuncta, inquit sapiens, secundum speciem intelligentiæ alis adjutus investigatus sum, de quibus prisci et juniores philosophati sunt : nihil miseriis hominum, id est vita hominum, ærumnosius aut laboriosius vidi. In his carnales cogitationes parvipendens vere spiritualis et despiciens Theologus spiritus cogitationes magnificat et Deo dignas extollit : quorum signum est crucem Christi tollere et post ipsum in tribulationibus et laboribus sequi; in lacrymis et gemitibus Dei spe liquefieri et super cœlestis Triadis splendoribus confidere et a terrenis cogitationibus liberari per imaginis puritatem et incorruptionem. Porro vitam agere alienam ab humana, et pro cœlestibus humana relinquere, in promptu id est optimo cuique homini, firmum et verum illud in Christo Jesu bonorum principis. Amen.

Καὶ τόδε σῆς γενέτωρ σοφίης, Λόγε, κ. τ. ἑ.

Καὶ τοῦτο τῆς σῆς, ὦ Πάτερ καὶ Λόγε, σοφίας καὶ κηδεμονίας ἄξιον ἦν, πάντα ἄστατα καὶ εὐπερίτρεπτα εἶναι καὶ ἀβέβαια τὰ τοῦ σώματος ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ποθητὰ, ὡς ἂν τοῦτο γνόντες, καὶ ταῦτα παριδόντες, τῶν ἑστώτων καὶ παρὰ σοὶ ἀραρότως μενόντων ἀγαθῶν ἐν τῷ πνεύματι ἀσπασώμεθα τὴν ἔφεσιν. Πάντα, φησὶν ὁ Θεόπνευστος, κατ' εἶδος τοῦ νοῦ πτέρυξι ἐπεσκεψάμην, ὅσα τε τοῖς πάλαι καὶ ὅσα τοῖς νέοις ἐφιλοσοφήθη· οὐδὲν δὲ τῶν ἀνθρώπων ταλαιπωρότερον, τοῦτ' ἔστι τοῦ ἀνθρωπίνου βίου μοχθηρότερον ἢ ἐπιπονώτερον, οὐχ ἑώρακα οὐδέν. Ἐν τούτοις τὸ σάρκινον φρόνημα κατασμικρύνας ὁ πνευματικὸς τῷ ὄντι καὶ κατευτελίσας Θεολόγος, τὸ τοῦ πνεύματος φρόνημα μεγαλύνει καὶ θειάζων ἀνυψοῖ· τὰ τούτου δὲ εἶναι γνωρίσματα, τὸ τὸν σταυρὸν ἆραι Χριστοῦ, καὶ ὀπίσω αὐτοῦ ἐν θλίψεσι καὶ πόνοις ἀκολουθεῖν· τὸ ἐν δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς ταῖς ἐλπίσι προστετηκέναι τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ τῆς ἐπουρανίας Τριάδος λάμψει πεποιθέναι· καὶ λύεσθαι μὲν τοῦ γηΐνου φρονήματος τῇ ἁγνότητι καὶ ἀφθορίᾳ τῆς εἰκόνος, ζῇν δὲ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ξένον βίον, τὰ ἀνθρώπινα τῶν οὐρανίων διαμειβομένους, τοῦτο ἔμπεδον ἀγαθῷ ἀνθρώπῳ καὶ βέβαιον καὶ ἀληθινὸν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ τῶν ἀγαθῶν χορηγῷ. Ἀμήν. Περὶ τῆς τῶν παρόντων εὐτελείας καὶ ματαιότητος λόγος ια'.

Comment. Arcanorum Magni Gregorii Theologi carminum : Beatitudines et vitæ spiritualis regulæ. Sermo duodecimus.

Postquam commiseratus est et despexit humana, et hujus ævi jucunda cuncta parvipependit tanquam instabilia et mobilia, in quibus prudentia carnis

Ἐξήγησις τῶν ἀπορρήτων τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπῶν (68). *Μακαρισμοὶ καὶ ὅροι πνευματικοῦ βίου.. Λόγος ιβ'.*

Ταλανίσας καὶ κατασμικρύνας τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τὰ τοῦ αἰῶνος τούτου τερπνὰ πάντα φαυλίσας ὡς ἀβέβαια καὶ εὐπερίτρεπτα, ἐν οἷς τὸ φρόνημα τῆς

(68) Carm. 16, p. 91 ed. Col.; p. 948 ed. Leuvencl.; ed. nov. p. 487.

σαρκὸς κραταιούμενον, τῷ Θεῷ ἀντιτάσσεσθαι ἀπαυθαδίζεται, διὰ τῶν προκειμένων τούτων ἐπῶν ὁ μακαριώτατος ἱερολόγος τοῦ εὐαγγελικοῦ νόμου τὰ κεφάλαια καὶ τοῦ φρονήματος τοῦ πνεύματος τὴν εἰς ἀεὶ διαμένουσαν δόξαν ὑπαυγάζει καὶ τὴν ἰσχὺν, τῷ θεαρχικωτάτῳ μὲν Ἰησοῦ ὁμοφρόνως καὶ ὁμοφώνως μακαρίζων, καὶ πλήρεις ἀγαθῶν ἀνακηρύττων τοὺς ἐν ἀληθείᾳ ζῶντας ἢ ζήσοντας (οὓς κἀκεῖνος τοῦ Εὐαγγελίου καταρχόμενος ἐμακάρισεν ὁ Χριστὸς), ὅρους δὲ τῷ ὄντι πνευματικοῦ βίου καὶ τελείου τιθεὶς ἑαυτῷ τῆς ἐν κόσμῳ καὶ τῷ σώματι τούτῳ ζωῆς, ἵνα καὶ τὴν ποίησιν καὶ τὴν δίδαξιν τῆς Δεσποτικῆς παραδείξειεν ἐντολῆς, οἷς ὁ Μέγας κληθεὶς ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ σαφῶς χαρακτηρίζεται· ἴδωμεν δὲ κεκομψευμένῃ λέξει τὴν εὐαγγελικὴν θεολογίαν.

Ὄλβιος, ὅστις ἔρημον ἔχει βίον, κ. τ. λ.

Οὗτος ἔμοιγε πρώτως ὑπάρχει μακαριστὸς, ὁ θεομακαριστότατος θεοφθόγγοις ἔπεσιν ἀποφαίνεται Γρηγόριος, ὃς τοῦ ματαίου τῶν ἀνθρώπων βίου ὑπανακεχωρηκὼς, ἄμικτόν τε καὶ ἀκοινώνητον πρὸς ἀσεβεῖς καὶ ἁμαρτωλοὺς διαβιοὺς βίον, ἐθέωσε τὸν ἑαυτοῦ νοῦν ἀχράντοις ἐφέσεσι ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ ὁμιλίαις· μακάριος δὲ καὶ ὃς μεταξὺ τῶν ἀνθρώπων τῷ τόπῳ καὶ τῷ σώματι ἀναστρεφόμενος, τῇ εὐσταθείᾳ τοῦ νοῦ τὸ μονάζειν κατωρθώσατο, καὶ τῶν μυσαρῶν ἐπιτηδευμάτων ἀπαλλοτριούμενος ὅλην αὐτοῦ τὴν καρδίαν διὰ προσευχῆς συνῆψε τῷ Θεῷ. Μακάριος, ὃς πάντων ὧν ποτε εἶχε κτημάτων ἢ χρημάτων ἀντωνήσατο Χριστὸν, καὶ μόνον ἑαυτῷ ὑπελίπετο κτῆμα τὸν σταυρὸν, ᾧ καὶ ζῇ, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἄρας ὑψοῦ, ἀμεταστρεπτεὶ τῷ ἐσταυρωμένῳ ἀκολουθεῖ. Μακάριος καὶ ὃς τῶν καθαρῶς αὐτῷ καὶ δικαίως προσγεγενημένων κτήσεων κύριος ὢν, χεῖρα Θεοῦ φιλάνθρωπον μιμεῖται, τοῖς ἐνδεέσιν ἱλαρῶς ἐπιδαψιλευόμενος, καὶ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις πιστὸς ἀποδεικνύμενος, καὶ ὡς φρόνιμος οἰκονόμος ἐπαινούμενος. Πρὸς τούτοις μακάριος ὁ τὸν παρθενικόν τε καὶ ἄζυγα τῶν μακαρτάτων μεμιμημένος τρόπον· οἳ τῆς σαρκὸς πᾶσαν εὐπάθειαν καὶ τρυφὴν ἀποσεισάμενοι, τῇ τῶν παθῶν αὐτῆς ἀπονεκρώσει ἐγγὺς τῆς ἁγίας Θεότητος ἐν τῷ πνεύματι γεγένηνται. Μακάριος καὶ οὗτος μετ' ἐκείνους ὁ θεσμοῖς μὲν τοῦ γάμου καὶ νόμοις πρὸς ὀλίγον ὑπενδοὺς, καί γε τὸ χρέος τῆς παιδοποιίας ἀφοσιωσάμενος, τὴν πλείω δὲ μοῖραν τοῦ ἔρωτος θυσάμενος Χριστῷ. Μακάριος, ὃς τὸ κράτος καὶ τὴν ἐξουσίαν ἀναδεδεγμένος τοῦ λαοῦ διὰ τοῦ τῆς θείας ἱεραρχίας καθηγεῖσθαι, ταῖς εὐαγεστάταις καὶ ἱεραῖς τελετουργίαις τὸν Χριστὸν τοῖς ἀνθρώποις καταλλάττει καὶ ἐξιλεοῦται. Μακάριος δὲ καὶ οὗτος, ὃς οὐ ποιμένος ἢ πατρὸς λόγον ἐπέχων, τέκνον δὲ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῆς ποίμνης ἐξοχώτατος ὢν, ὡς τὴν τῶν προνόμων χώραν λαχὼν καὶ τῶν ὑφειμένων καθηγούμενος, θρέμμα τελειότατον ὑπάρχει Χριστοῦ. Ἔτι πρὸς τοῖς εἰρημένοις μακάριος τῷ ὄντι καὶ ζηλωτὸς, ὃς καθαρωτάτου καὶ ἁγνοτάτου νοὸς ἐρωαῖς καὶ ὁρμήμασιν, ἤτοι νοεραῖς θεωρίαις, τῶν ὑπερουρανίων καὶ ἀφράστων τῆς Τριάδος ἐλλάμψεων τὰ κάλλη καὶ τὰς λαμπρότητας καταστράπτεται·

prævalens Deo resistere superbe contendit, per allata carmina ista beatissimus pro Deo sermocinator Evangelicæ legis capita et prudentiæ spiritus gloriam in æternum manentem illustrat et robur, cogitatione quidem eadem et voce qua summe divinus Jesus beatificat et bonis abundantes prædicat illos qui in veritate ambulant et ambulabunt, quos et ipse Evangelium inchoans beatificavit Christus, regulas vere spiritualis et perfectæ vitæ proponens sibi in diebus hujus mundi et corporis, ut facientem docentemque Dominica mandata se ostenderet : his Magnus vocatus ad regna cœlorum aperte significatur. Videamus igitur compto eloquio evangelicum sermonem.

Beatus qui in solitudine degit, etc.

Ille mihi primo beatus apparet, declarat voce Deo digna Gregorius, beatudinis divinæ valde particeps, qui a vana hominum vita gradatim retrocedens, se non jungens, nihilque commune habens cum impiis atque peccatoribus, vitam duxit, et puris desideriis ad Deum atque consortio suam deificavit mentem. Beatus et qui inter homines a loco et corpore se subtrahens ad bona spiritus intendit, solitudinem feliciter obtinuit et a detestandis apparatibus alienus factus, totum cor suum per preces Deo conjunxit. Beatus qui omnium quæ habuit possessionum aut bonorum pretio Christum acquisivit et sibi ipsi solam possessionem crucem reliquit, cui et vivit, quam et super humeros alte tollens nec retro aspiciens crucifixum sequitur. Beatus et qui bonorum quæ ipsi incorrupte et juste superadjecta sunt dominus, manum Dei erga homines munificam imitatur, egentibus hilaris et largus dator et in alienis fidelis inventus, et tanquam prudens villicus laudatus. Super his beatus qui virginalem et cœlibem beatissimorum imitatus est morem, qui carnis consuetudinem omnem deliciasque abjecerunt, et carnis voluptatem mortificatione proximi Divinitatis castitatem amantis in spiritu facti sunt. Beatus et post istos qui a legibus moribusque matrimonii ad modicum tempus recedens, debitum prolem generandi remittit et majorem amoris partem Christo consecrat. Beatus qui auctoritate et potestate super populum accepta ut ducat per sanctissimas mysticasque divinæ hierarchiæ disciplinas, Christo reconciliat homines, Salvatoremque propitium reddit. Beatus et ille qui pastoris aut patris morem non retinens, filius Ecclesiæ et ovilis præcellens est, optimarum pascua ovium invenit et imbecilles ducit, perfectissimus ipse alumnus Christi. His dictis beatus adhuc vere et dignus cui invideatur, qui mundissimi, et castissimi spiritus ardoribus et conatibus aut spiritualibus meditationibus Trinitatis magnificentiarum super cœlos et super omnem sermonem pulchritudines et splendores scrutatur, et penetrat lumine divino circumfusus. Beatus et qui operose bene-

que mandata servans manibus incessanter laborat et ipsum summum regem Christum operibus suis glorificat et multis statuitur spiritualis vitæ forma et exemplum.

21 *Sunt hæc omnia plenitudo cœlestium torcula-* [*rium*, etc.

Cunctæ, inquit divinus Pædagogus, animarum quæ beatæ dicuntur species, destinantur quæ cœlestia illa repleant cellaria et promptuaria, id est mansiones apud Deum quas ad recipiendos animarum nostrarum fructus præparavit Pater, alia in aliam mansionem et requiem adducente virtute; nam pluribus Deo dignis vivendi rationibus plures paratæ sunt mansiones.

Beatus ille quem pauperem, etc.

Exinde beatitudines apud Evangelium singulas percurrit, beatum esse dicens illum quem pauperem cupiditatibus, id est cupiditatum expertem ostendit Spiritus sanctus, ipsorum enim sane esse regnum cœlorum; secundo sermo beatum dicit qui præsentem vitam totam laudabilibus lacrymis affligens et abjectus et humiliatus agit; ipse enim consolationem ab alto obtinere merebitur. Deinde et qui cœlestem escam sive justitiam insatiabiliter esurit, beatus, quia ea satiabitur. Deinde et quicunque in mansuetudine et lenitate et suavitate juxta Jesu mansuetudinem et humilitatem corde vivere se exercet beatus, utpote qui magnorum hæres cœlestis et incorruptæ terræ bonorum. Præterea beatus et qui suis in visceribus magnam Dei misericordiam per imitationem et philanthropiam in proximum alit; beatus et qui cor ab omni inquinamento carnis ac spiritus mundat, videre merebitur Deum, sicut videre homini æquum est; etenim quasi per speculum, per mentis munditiam invisibilem videbit. Post hos beatus et qui veram Jesu pacem veritatis operibus quærit, quam qui non declinans insequitur et, quantum potuit, amplexus est, atque quo plures potest tot in ipsa reconciliat et belligerantes pacificat per ipsam, præcelsæ filiationis divinæ deificationisque dignus reputabitur. Summatim dicamus, beati juxta divina Dei Verbi oracula omnes qui persecutionem patiuntur propter pietatem et justitiam, omnes gratis odio habiti et contumeliose accepti et maledice, et qui omne genus molestiæ et dolorum et cruciatuum et mortis sustinuerunt propter Jesu Christi amorem, fidem et veritatem, et ad finem usque cum gratiarum actione passi sunt, quia ipsorum est regnum, horumque merces vere multa et ineffabilis in cœlis.

Ὥσπερ, διὰ θυρίδος τῆς ὁράσεως τοῦ πάθους προσβάλλοντος τοῦ τῆς πορνείας ἐπεισρέειν τῇ ψυχῇ, ὁ σώφρονι χρώμενος τῷ λογισμῷ, τὴν ὄψιν ἀποκλείσας, ἐξ ἑαυτοῦ ταύτην ἀπεῤῥάπισε καὶ διεκρούσατο· οὕτω καὶ δι' ἀκοῆς παραδύειν τῆς ἀναιδοῦς ἐπιχειρούσης, κηρῷ φράσσε τὰ ὦτα, ὁ θεῖος Πατὴρ γνωμοδοτεῖ· καὶ πρὸς ἐρωτικοὺς λόγους καὶ ἀσέμνους καὶ ἀσχήμονας, ναὶ δὴ καὶ ᾄσματα πορνικὰ κατακηλοῦντα ψυχὴν, ᾠδάς τε διαβολικὰς πρὸς ἡδονὴν τὸ ὅλον ἡρμοσμένας, θηλυνούσας τε καὶ καταχαυνούσας τὸν νοῦν, παντάπασι τὴν ἀκοὴν ἀπαγαγὼν, ὥσπερ οἱ τὴν Σειρήνειον παροδεύοντες φθογγὴν, καὶ τὰ ὦτα κηρῷ, κατὰ τὴν ποίησιν, ἐμφράττοντες, οὕτω καὶ σὺ, φησὶν, ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἀκούων τὰ λυγίσματα τῶν μοιχικῶν ἐκτρέπου μελῶν, μόνοις δὲ τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς λογίοις τοῦ Πνεύματος τὸ οὖς ἀεὶ παραβάλλων τῆς καρδίας, καὶ εἰπεῖν πρὸς Θεὸν ῥῆμα αἰνέσεως καὶ προσευχῆς, καὶ ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ πολλάκις, ἅπερ ἀκούειν χρεὼν, δίδου· καὶ μεταξὺ δὲ, ὧν τέ τις πρὸς Θεὸν λέγοι, καὶ ὧν ἂν ἀκούοι παρ' αὐτοῦ, καὶ ποιεῖν τι μικρὸν, ἄξιον δῆλον ὅτι τῆς ἐντολῆς καὶ τῆς ἀρετῆς.

69 *Μὴ λίαν ὀσμῶν ἐκλύου θηλύσμασιν.*

Ἀνακαθάρας τὰς δι' ὄψεως καὶ ἀκοῆς ἐμπιπτούσας βλάβας τῇ ψυχῇ, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων παρεπόμενα ῥύπη καὶ μολύσματα διακαθαίρει, παραινῶν μὴ λίαν ὑποχαυνοῦσθαι κατ' αὐτὰς καὶ θηλύνεσθαι, ἔν τε ταῖς τῶν ὀσμῶν ἡδύτησιν ἐκλυομένους, ἔν τε ταῖς τῶν ἐδεστῶν ποικιλίαις καταθελγομένους (98), ἔν τε ταῖς τῶν ἁπτῶν ὁμιλίαις γαργαλιζομένους καὶ κλεπτομένους, οἷς ἀκρασία συνεζευγμένη καὶ ἀκολασία, τοῦ φόβου Θεοῦ μακρύνει καὶ τῆς ἐντολῆς. Τούτων γὰρ τῶν ἡδυπαθειῶν ἀγεννῶς ὑποκατακλινόμενος καὶ θηλυνόμενος (ὁ ἀπαθὴς ἔφη λόγος), ἐν τίνι τὸ λῆμα τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ νοῦ τὴν στεῤῥότητα ἐνδείξαιο; Τοῖς ἀτμοῖς γὰρ τὴν ὄσφρησιν παθαινόμενος, τοῖς χυμοῖς δὲ τὴν γεῦσιν πέρα τοῦ δέοντος ἡδυνόμενος καὶ καταδουλούμενος, ταῖς λειότησι δὲ καταμαλακιζόμενος τὴν ἁφὴν, πότ'

ἂν ἀνδροπρεπές τι καὶ ἁγιοπρεπὲς ἐννοηθείης; Ταῦτα γὰρ πάντα ἀνάνδρου ψυχῆς ἴδια, καὶ γυναικώδη, καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν ἐθνῶν ἐπὶ γῆς τὰ σπουδάσματα, οὐδὲν δὲ κοινὸν ἔχοντα πρὸς τὰ ἀῤῥενωπὰ καὶ ἀνδρεῖα τῶν ἐν οὐρανοῖς τὸ πολίτευμα ἐχόντων φρονήματα.

studia, nihil commune habentia cum generosis atque virilibus eorum qui mancipium in cœlis habent cogitationibus.

73 *Δός, εἶπε γαστήρ.*

Κολάσας τὴν διὰ τῶν αἰσθήσεων προσγινομένην ἀκρασίαν καὶ φιληδονίαν τῇ ψυχῇ, τὴν γαστριμαργίαν ἐν τούτοις, ὡς δραστικωτάτην οὖσαν αἰτίαν τῆς πορνείας, ἐπικόπτων ὁ φιλοσοφώτατος, Δὸς, εἶπε γαστὴρ, ὅσα ἡδέα ἐκ γῆς, ἐκ θαλάσσης, ἐξ ἀέρος, ὅσα βρωτὰ ἐπιδαψιλευομένη ἡ μεγαλόδωρος Θεοῦ χεὶρ εἰς ἀπόλαυσιν ἐδωρήσατο· δὸς, ἡ γαστὴρ εἶπεν, κατεδηδοκέναι καὶ τούτοις ἀπλήστως ἐπεντρυφᾷν· ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτὴν, ὡς Ἐὰν σωφρόνως καὶ εἰς δόξαν Θεοῦ τοῖς διδομένοις χρῆσθαι εἰδῇς, δώσω προθύμως, καθὸ θεμιστόν· ἐὰν δὲ μὴ σωφρόνως μηδὲ συμμέτρως τῇ ἀπολαύσει κεχρημένη, πρὸς τὰ κάτω δὲ καὶ τὰ ὑπογάστρια πάθη συννεύουσα, ὑπέκκαυμα πρὸς ἀσέλγειαν καὶ ὕβριν λαμβάνῃς τοῦ πεποιηκότος, πῶς δώσω; ἢ κόπρον μὲν, ἤτοι τὴν ἀναγκαίαν καὶ ἧς ἄνευ ζῆν οὐκ ἔνι, λήψῃ τροφὴν, σπανίζουσαν δὲ καὶ οὐ δαψιλῆ, ὡς ἂν μὴ διὰ τὸν κόρον ἐκπυρουμένη ἐξυβρίζοις· εἴποτε δὲ, φησὶ, σωφρονισθεῖσα τῇ ἐνδείᾳ, ἑαυτήν τε κατάσχοις, καὶ τὰς ἀλόγους ὀρέξεις τοῦ σώματος ἀνασειράζουσα καὶ ἀνακόπτουσα ταπεινωθείης, οὐ φθονήσομέν σοι καὶ τὴν ἀποχρῶσαν πλουσιώτερον ἐπιχορηγῆσαι τροφήν.

73 *Da, inquit venter.*

Postquam per sensus animæ adhærentem intemperantiam et voluptatum amorem objurgavit, gulam in istis tanquam efficacissimam fornicationis causam reprehendens valde philosophus vir, Da, inquit gaster, quotquot suavia de terra, de mari, de aere; quotquot alimenta abunde fundens magnifica Dei manus ad fruendum sparsit. Da, inquit gaster, plenius gustavisse, et istis insatiabiliter repletum esse; et ego gastro: Si sapienter et ad Dei gloriam datis uti sciveris, sponte dabo quantum justum est; si autem non sapienter nec temperanter esculentis utens ad infimas et ventrales cupiditates declinans, incentivum ad lasciviam et Factoris injuriam affectas, quid dabo? Nisi fimum, sane necessariam et sine qua vivere nequimus assumes escam, sed brevem et non abundantem, ne satianter impinguatus insolescas, si forte, inquit, jejunio prudens effectus teipsum cohibeas et irrationabiles appetitus corporis revocans et sanans humilis fias, non invidebimus tibi sufficientem abundantius escam præbere.

77 *Γέλως γέλωτος εὖ φρονοῦσιν ἄξιος.*

Ἀκολούθως ὁ σωφρονιστὴς τῶν νέων θεηγόρος, μετὰ τὸ ἐπικόψαι λαιμαργίαν, καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς τραπέζαις κοιλιομανίαν, καὶ τὸν συνεζευγμένον αὐτοῖς γέλωτα πορνικὸν ἐπιῤῥαπίζει· καὶ πάντα μὲν γέλωτα γέλωτος ἄξιον εἶναι, οὐ μόνον ὡς παιδαρίοις ἀπαιδεύτοις προσήκοντα καὶ ἀνοήτοις, οἷς ὅλος ὁ βίος καταγέλαστος, καὶ ἀκόλαστος, καὶ ἀκρατὴς, εὐτραπελίαις καὶ αἰσχρολογίαις ζῶσι καὶ ἡδοναῖς, οὐχ ἥκιστα δὲ τὸν πορνικὸν κατάπτυστον ἀποφαίνεται καὶ θεοστυγῆ καὶ βδελυκτὸν, ὡς καὶ ταλανισμοῦ τοῦ παρὰ τοῖς Εὐαγγελίοις ἄξιον, καὶ τῶν ἐν τῇ γεέννῃ θρήνων καὶ ὀδυρμῶν πρόξενον. Ἔστι δὲ τῶν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι καὶ τῇ κρίσει δακρύων προοίμιον ὁρᾷν ἐναργὲς τὸ ἐν αὐτῇ τῇ ἀτάκτῳ διαχύσει τοῦ ἀκολάστου γέλωτος ἐξ ὑπερβαλλούσης καὶ σφοδρᾶς τῶν μορίων διατάσεως καὶ ἀποθλίψεως τῶν ὀφθαλμῶν ἔστιν ὅτε δάκρυον ἀποστάζον τοῖς πολλοῖς. Οὗτος μὲν οὖν τοῖς σώφροσι καταγέλαστος ὁ γέλως, ὡς ἐν τῷ γίνεσθαι μόνῳ δοκῶν εἶναι, καὶ μᾶλλον οὐκ ὢν ἢ ὢν, περισπούδαστος τοῖς ἄφροσι γίνεται· ἔστι δὲ καὶ οἴκτιστος ὁ αὐτὸς, ὡς αἰωνίου πρόξενος κλαυθμοῦ· δι' ὅ φησιν ὁ ἱερὸς λόγος, κρεῖσσον εἶναι καὶ βέλτιον ὅτι μάλιστα ἦθος κατηφὲς ἢ τεθρυμμένον καὶ ἀσέμνῳ γέλωτι διαχεόμενον.

77 *Risus risu dignus est cordatis.*

Consequenter sapiens juvenum in divinis magister, postquam ingluviem objurgavit et sedendi ad mensas voracitatem, adjunctum ipsis risum luxuriosum reprehendit et risum omnem risu dignum ostendit, scilicet non solum tanquam puerorum insipientium et disciplina carentium partes, quibus universa vita ridicula et non castigata et licentior in scurrilitatibus et facetiis et voluptatibus viventibus, sed etiam non minus luxuriosum ostendit despiciendum et Deo odibilem et detestandum tanquam juxta Evangelia dignum gemitibus et fletibus in gehenna et dentium stridoribus ansam præbentem; est autem lacrymarum in æternitate et judicio proœmium patens videre in ista cachinnorum indisciplinatorum immoderata effusione superabundante et membrorum extensione, et pressione oculorum, unde quandoque lacryma multis stillat. Iste ergo sapientibus risu dignus risus qui tantum videtur esse, et magis non est quam est, et ab imprudentibus ardenti insectatione quæritur. Est et miserandus iste tanquam æternorum gemituum auctor; idcirco, inquit sanctus sermo, melius est et expedit magis moribus taciturnis esse quam in deliciis effusum et in risibus qui ad rationem non pertinent.

81 *Κάλλος νόμιζε τὴν φρενῶν εὐκοσμίαν.*

Οἱ τὰ τῶν σωμάτων κάλλη περιεργαζόμενοι, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς φίλτρον ἀναπτεροῦντες πρὸς αὐτὰ, κατανοήσατε καὶ σύνετε, ὡς ματαίῳ καὶ ψευδωνύμῳ κάλλει ἐπερείδεσθε. Κάλλος γὰρ ἀληθῶς καὶ κυρίως

81 *Pulchritudinem existima mentis ornatum.*

Qui corporum venustatem deperitis et animæ affectus ad istam cietis, sapite et intelligite, vanam et falsi nominis pulchritudinem animadvertite; pulchritudo enim vere et proprie, et est et nuncu-

patur animorum ordinatio: pulcher est cordis candor et spiritus decentia, sed non illud proprie vocaretur pulchritudo quod hominum manus scripserunt aut delineaverunt; corruptibile enim. Sed nec quod natura finxit aut formavit; mortale enim et marcescibile, tempore solvitur et in terram revertitur. Nec quod oculus e terra oriundus qui externa contemplatur, judicatur pulchrum, sed quodcunque prudentis spiritus meditatio intelligit, et divino Spiritui illuminanti consentit, id pulchrum et pulchritudo, id amabile nominari et æstimabile dignum prædicatur. Quemadmodum ergo pulchritudo non æstimanda in membrorum harmonia cum colore blando cum iis qui corporea tantum inspiciunt, sed in animæ morum institutione et symetria admiranda, omni excessu defectuque sublato, gratia Dei spiritus supra omnis coloris suavitatem fulgente, sic et dedecus non in compto et in membrorum inæqualitate corporis, sed propter intelligentiæ confusionem et imprudentiam spiritus reputabitur.

85 *Molestiæ venerunt, voluptates, fiduciæ, timores,*
86 *Divitiæ, paupertas, gloria, dedecus, throni:*
87 *Fluant ut volent. Nihil ex iis*
88 *Quæ transeunt tangit virum constantem.*

Mœrores incidere solent de rerum amatarum jactura et de rerum quæ sperantur et desiderantur adverso successu; delectationes e contra, cum juxta vota attingimus aut cum amata nobis occurrunt. Fiducia agitur cum juxta curriculum vita labitur et res occurrunt secundum intentionem; timores infelicium contra spem obviantium et odientium in nos valentium: Divitiæ evenerunt superfluis abundantibus, et e contra paupertas imminutis et carentibus necessariis. Gloria, ab extraneis bona fama et propter honores hominum et tronos plausus, obscuritas, abjectio in his et in ignominiis compuntctio et condemnatio. Hæc omnia, ludibria vitæ et paululum jucunda aut molesta, vexantia aut placentia, exaltantia aut humiliantia, avolante somnio transeuntia præterimus, et sicut vellent venire aut abire, negligentes, horum assecutionem ne nobis assumamus quando hoc vel illud contigerit; pereunt enim quam citissime illa quæ nullam habent firmitatem aut stabilitatem; hominis est vere philosophi et sapienter gravis et in veritatis sermonibus firmiter perstantis nec de dextris extolli et superbire pro spiritus acie, nec de sinistris apparentibus coarctari et animo cadere.

καὶ ἔστι καὶ ὠνόμασται ἡ εὐκοσμία τῶν φρενῶν· κάλλος ἐστὶν ἡ τῆς καρδίας ὡραιότης καὶ ἡ εὐπρέπεια τοῦ νοῦ· ἀλλ' οὐ τοῦτο κυρίως ἂν ὀνομασθείη κάλλος, ὃ χεῖρες ἀνθρώπου διαγράφουσιν ἢ διατυποῦσι· φθαρτὸν γάρ· ἀλλ' οὐδ' ὃ φύσις ἐμόρφωσεν ἢ διέπλασε· θνητὸν γὰρ καὶ εὐμάραντον, χρόνῳ λυόμενον καὶ εἰς χοῦν ἀφανιζόμενον· οὐδ' ὅπερ ὀφθαλμὸς γηγενοῦς ὁ τὸ ἔξωθεν βλέπων διακρίνει ὡς καλόν· ἀλλ' ὅπερ σώφρονος νοῦ θεωρίᾳ, Πνεύματι φωτιζομένου θείῳ, κατανοεῖται καὶ γνωρίζεται, τοῦτο καλὸν καὶ κάλλος, τοῦτο καὶ ἀγαπητὸν ἀξιωνύμως καὶ ἐραστὸν προσαγορεύεται. Ὥσπερ οὖν τὸ κάλλος οὐκ ἐν τῇ τῶν μελῶν συμμετρίᾳ μετ' εὐχροίας τοῖς τὰ σωματικὰ μόνα βλέπουσιν ὁρώμενον, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν ἠθῶν τῆς ψυχῆς καταστάσει τε θεωρεῖται καὶ τῇ συμμετρίᾳ, πάσης μὲν ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως ἀποιχομένης, χάριτος δὲ Θεοῦ Πνεύματος ὑπὲρ πᾶσαν εὔχροιαν τῷ καλῷ περιλαμπούσης· οὕτω καὶ τὸ αἶσχος, οὐκ ἐν τῇ ἀκοσμίᾳ καὶ ἀνωμαλίᾳ τῶν μελῶν τοῦ σώματος, ἀλλ' ἐν τῇ τῆς διανοίας ἀκαταστασίᾳ καὶ ἀφροσύνῃ κριθήσεται τοῦ νοῦ.

85 *Λῦπαι προσῆλθον* (99), *ἡδοναί, θάῤῥη, φόβοι,*
86 *Πλοῦτος, πενία, δόξα, δύσκλεια, θρόνοι·*
87 *Ῥείτωσαν ὡς θέλουσιν· οὐδὲν ἅπτεται*
88 *Τῶν οὐ μενόντων ἀνδρὸς εὖ βεβηκότος.*

Λῦπαι μὲν εἰώθασι συμπίπτειν ἐπί τε τῶν ἀγαπητῶν ταῖς ἀποβολαῖς, ἐπί τε τῶν ἐλπιζομένων ἐπιθυμητῶν ταῖς ἀτευξίαις· ἡδοναὶ δὲ ἔμπαλιν, ὅταν εὐστοχῶμεν τοῖς κατ' εὐχήν, ἢ ὅταν τοῖς ἐραστοῖς ἡμῖν περιτυγχάνωμεν. Καὶ θάῤῥη μὲν προσίασι κατὰ ῥοῦν φερομένου τοῦ βίου καὶ τῶν πραγμάτων ἀντιβολούντων κατὰ σκοπόν· φόβοι δὲ ἀνάπαλιν τῶν παρ' ἐλπίδα δυσχερῶν ἀπαντώντων καὶ τῶν ἐχθραινόντων ἡμῖν δυναστευόντων· καὶ πλοῦτος μὲν προσῆλθε τῶν προσόντων ἐξάπινα πληθυομένων, πενία δὲ αὖθις ἐλαττουμένων καὶ σπανιζόντων τῶν ἐπιτηδείων· καὶ δόξα μὲν τῶν ἔξωθεν αἱ εὐφημίαι καὶ ἡ ἐπὶ ταῖς τιμαῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοῖς θρόνοις ἐπικρότησις, δύσκλεια δὲ ἡ ἀπόῤῥιψις τούτων καὶ ἐπ' ἀτιμίαις κατάνυξις καὶ κατάγνωσις. Ταῦτα πάντα παίγνια τοῦ βίου ὄντα, καὶ πρὸς ὀλίγον τέρποντα ἢ ἀνιῶντα, τρύχοντα ἢ ἡδύνοντα, ὑψοῦντα ἢ ταπεινοῦντα, ὀνείρου ἀφιπταμένου ῥεῖν παραχωρῶμεν, καὶ ὡς ἂν ἐθέλοιεν ἐπιέναι τε καὶ ἀπιέναι παριέντες, τὴν τούτων προσέλευσιν μὴ προσποιώμεθα, ὅταν τοῦτο ἢ τοῦτο παρῇ· οἴχεται γὰρ ὅτι τάχιστα στάσιν ἢ ἵδρυσιν κεκτημένα οὐδεμίαν· ἀνδρὸς δὲ φιλοσόφου τῷ ὄντι καὶ εὖ βεβηκότος καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας λογίοις ἀραρότως ἡδρασμένου, μήτε τοῖς δεξιοῖς ἐπαίρεσθαι ἢ ὑποχαυνοῦσθαι τὸ ἔντονον τοῦ νοῦ, μήτ' οὖν τοῖς ἀριστεροῖς δοκοῦσι συστέλλεσθαι καὶ καταπίπτειν.

89 *Attolle te vita potius quam cogitatione*, etc.

Vita extollitur qui per diligentem mandatorum observantiam carnis superbiam mortificat et corpus humilitate fere domat; arrogantia vero extollitur qui non se a præsumptione mundat, sed vana hominum gloria effertur seque inter hypocritas constituit. Hortatur ergo divinus Gregorius ut vita extol-

89 *Ὑψοῦ βίῳ τὸ πλεῖον ἢ φρονήματι.*

Ὑψοῦται τῷ βίῳ ὁ τῇ ἀκριβεῖ τῆς ἐντολῆς τηρήσει τὸ φρόνημα καταθανατώσας τῆς σαρκὸς καὶ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ὀλίγου δεῖν ὑπερβάς· ὑψοῦται δὲ φρονήματι ὁ μὴ τῆς οἰήσεως καθαρῶς ἀπηλλαγμένος, ἀλλὰ τῷ κενῷ δοξαρίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπαιρόμενος καὶ ἑαυτὸν κατὰ τοὺς ὑποκριτὰς συν-

(99) Ald. et Basil. προῆλθον.

ιστῶν. Παραινεῖ τοίνυν ὁ θειότατος Γρηγόριος ὑψοῦσθαι μὲν τῷ βίῳ διὰ θεομιμησίας ἐγγίζοντας τῷ πραεῖ καὶ ταπεινῷ τὴν καρδίαν Ἰησοῦ, ἀλλὰ μὴ τῷ φρονήματι κατοιομένους καὶ καταφρονοῦντας ὑπεραίρεσθαι· θεοῖ μὲν γὰρ ὁ βίος τῇ μιμήσει τοῦ Χριστοῦ, τῇ μεγαλοφροσύνῃ δὲ μέγα πτῶμα κατὰ τὰ θεαρχικὰ μαρτύρια ἀκολουθεῖ. Πόθεν οὖν ἐπιτεύξῃ τῆς ὑψούσης, ἤτοι θεούσης ταπεινοφροσύνης; ἢ τῷ μὴ τοῖς μικροῖς ἑαυτὸν μετροῦντα καὶ πρὸς τοὺς χαμαιζήλους συγκρίνοντα εἰκῇ ὑπερφρονεῖν καὶ μεγαλοῤῥημονεῖν· ἡ γὰρ πρὸς τοὺς ἥττους ἑαυτοῦ παραμέτρησις καὶ ἀντεξέτασις τὸ φρόνημα πάντως καὶ τὸν νοῦν ὡς τῶν πολλῶν ὑπερέχοντα μετεωρίζει· Σὺ δὲ, φησὶ, πρὸς τὴν ἐντολὴν ἀφορῶν καὶ αὐτὸν τὸν τὰς σωτηρίας ἐντελλόμενον κἂν ἐπὶ πολὺ τῶν ἐθνικῶς ζώντων ἀρθῇς, κἂν πολλοῖς τῶν εὖ βιούντων ὁμοιωθῇς ἐν ἀληθείᾳ, ὄψει κάτω κείμενον ἑαυτὸν καὶ τῆς ἄκρας ἀπολειπόμενον τελειότητος.

93 *Δόξαν δίωκε μήτε πᾶσαν μήτ' ἄγαν·*
94 *Κρεῖσσον γὰρ εἶναι τοῦ δοκεῖν.*

Ἔστι δόξα καὶ φήμη τις ἀγαθὴ καὶ ἐπὶ πολὺ μέρος τοῦ κόσμου πρὸς καιρὸν χεομένη καὶ εἰς μάταιον τοῖς δοξαζομένοις πληθυομένη καὶ κενὸν, ἣν ἐπὶ βλάβῃ πλειόνων μεγαλύνειν οἶδεν ὁ ἐχθρός· καὶ ἔστι δόξα τῶν ὁσίως βιούντων ἐπὶ τῆς γῆς κραταιουμένη, ἥτις καὶ πρὸς οἰκοδομὴν τῶν δοξαζόντων πρὸς τοῦ Θεοῦ συγκροτεῖται καὶ ὑψοῦται· σὺ δὲ μήτε πᾶσαν ἡγοῦ περισπούδαστον καὶ ἑαυτῷ προσαύξειν ἐπιζήτει κατὰ τοὺς ὑποκριτὰς καὶ δοξοχαρεῖς, μήτ' οὖν αὐτῆς τῆς δι' ἀρετὴν κροτουμένης ἄγαν ἀντέχου καὶ ἀντιποιοῦ· τί γάρ σοι καὶ τῇ ὑπολήψει τῶν πολλῶν, ᾧ τοῦ εἶναι πολὺς ὁ λόγος; κρεῖσσον γὰρ ἀσυγκρίτως τὸ εἶναι τοῦ δοκεῖν· εἰς τί οὖν σοι μέλει σπουδαίῳ ὄντι τοῦ σπουδαίως εἶναι δοκεῖν; πλουσίῳ ὄντι καὶ πάντων πλήρει ἀγαθῶν τί σοι μέλον, εἰ τοῦτ' ἀγνοοῦντες ἄνθρωποι πένητά σε καὶ ἐνδεῆ ὑπολαμβάνουσιν; Οὕτω καὶ Θεῷ φίλον ὄντα ποία σοι φροντὶς, εἰ μὴ τοῦτο ἴσασι πολλοί; Εἰ δ' ἄμετρος εἶ, πολλοὺς ἐθέλων τοὺς ἐπαινέτας ἔχειν, ὥστε ταύτῃ πλείους οἰκοδομεῖν εἰς ἀρετὴν, ἀλλὰ σὺ μὴ τὴν ματαίαν θήρευε δόξαν τὴν ἐκ τῶν εἰκῇ μακαριζόντων σε πλάνην ἐγκομβούμενος, μηδὲ τὴν νέαν καὶ ἐξ ἀνθρωπίνων ἀξιωμάτων καὶ θρόνων προστιθεμένην καὶ τιμῶν. Τί γὰρ κέρδος πιθήκῳ, ἂν λέων νομισθῇ; Οὕτως οὐδεμία ὄνησις, ἐμπαθῆ ὄντα καὶ ἀτελῆ, ἀπαθῆ καὶ τέλειον ἀνθρώποις εἶναι δοκεῖν· οὐδεμία ὠφέλεια, ἀνάξιον ὄντα βασιλείας ἢ ἱεραρχίας, ἄξιον νομίζεσθαι· ὥσπερ οὐδὲ πτωχὸν καὶ ἄρτου ἐπιδεῆ τυγχάνοντα, οὐδὲν ἔσται πρὸς κέρδος, χρυσοῦ θησαυροὺς κεκτῆσθαι πολλοῖς ὑπονοούμενον.

97 *Αἴνει μὲν ἄλλον, μὴ φρόνει δ' αἰνούμενος.*

Ἄλλον μὲν, φησὶν ὁ μακάριος, ἐπαινεῖν ἐπ' εὐσεβείᾳ καὶ ἀρετῇ οὔπως ἂν κωλύσαιμι, ἀλλὰ καὶ παραινέσαιμι· σὲ δὲ πρὸς ἄλλων ἐπαινούμενον, μὴ μεγαλοφρονεῖν, μηδὲ τοῖς ἐπαίνοις εἰκῇ φυσιούμενον ὑψηλοφρονεῖν παρεγγυῶ. Δεδιέναι γὰρ ἄξιον καὶ εὐλαβεῖσθαι, μήπως τῶν κροτουμένων ἐπαίνων ὑστερῶν ἀπελεγχθῇς· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῶν ἄλλων εὐφημίαν οὐ πρόχειρον οὐδ' ἕτοιμον εἶναί σε ὁ τῆ-

lamur per imitationem miti et humili corde Christo appropinquantes, sed caveamus ne confidentia tumentes et superbientes nos magnificemus. Etenim deificat vita Christi imitatrix, et animi extollentiæ juxta testimonia divina clades magna comitatur. Unde ergo comparanda quæ exaltat seu deificat humilitas? Hanc obtinebit qui non seipsum minimis quibusque æquiparans et cum abjectis componens temere superbiet et se magnificabit; namque cum inferioribus æquiparatio sui et collatio intelligentiam omnino et animum ad arrogantiam inducit, quasi supra multos efferamur. Tu autem, inquit, mandatum considerans et eum qui salutem injungit, licet longe ethnice viventes superes, licet plurimis bene viventium similis in veritate inveniaris, teipsum humi jacentem videbis et longe a summa perfectione distantem.

93 *Gloriam persequere non omnem, nec vehementer:*
94 *Melius est enim esse quam videri.*

Est et gloria, est et fama bona et per mundi magnam partem opportune diffusa et insipienter atque vane in hominibus æstimatis abundans, quam ad multorum perniciem magnificare novit inimicus; et est sancte viventium gloria super terram prævalens quæ et ad ædificationem laudantium coram Deo spectaculum est et exaltatio; tu autem nec omnem judica studio dignam, qui tibi crescentem requiras eam hypocritarum instar et gloriam aucupantium, nec ergo ipsam propter virtutem applausam nimis insectare ipsi obviam currens. Quid enim tibi publica existimatio, cui esse magna res est? Melius enim est sine dubio esse quam videri. Quid ergo tua interest, diligens qui sis, diligens si videaris? Dives cum sis et omnibus bonis abundans, quid refert si hoc ignorantes homines pauperem te et indigentem existiment? Similiter amico Dei tibi quæ cura, si illud non noverint multi? Si nimius es, multos cupiens laudatores habere, quasi inde multorum fuerit ædificatio ad virtutem, sed tu noli vanam venari gloriam, errore hominum temere beatificantium te involvens nec gloria nova ab humanis dignationibus et thronis et honoribus derivante. Quid enim lucrum simio, si leo credatur? Similiter nulla utilitas, cupiditatibus obtemperantem et imperfectum, hominibus tamen videri morigeratum et perfectum; nulla utilitas, indignum quemlibet, regia aut sacerdotali dignitate parem æstimari, sicut nec pauperi et pane indigenti lucro est, si auri thesauros multos possidens reputetur.

97 *Lauda quidem alium, at laudatus ne superbias*, etc.

Alium quidem, inquit beatus, laudare propter pietatem et virtutem non prohiberem, sed et ad id provocabo; te autem ab aliis laudato ne extollaris, neve temere præ laudibus tumescas suadeo. Timendum enim meritoque verendum est ne laudibus celebratis minor arguaris; sed et ad aliorum præconium non facilem nec promptum esse sermo sancti judicii te præscribit: quemadmodum enim æsti-

matum te timere oportet ne laudibus indignus et gloria videaris, sic et tu laudans alium ne copiosius et libentius, priusquam experientia constet, ne studiosius in laudes immoreris, ne forte isto iniquitatis operario temporis in intervallo apparente, ruborem tibi infligas, quasi perperam, quæ non noveras, testans.

104 *Præstat male audire quam male dicere.*

Magis expedit mala audire, ait sanctus, et contumeliis allici et objurgari tolerabilissimum potius quam aliis hæc infligi a nobis. Cur? quia, si temere prorsus et frustra propter virtutem et pietatem cum impiis calumniose nobis pars datur, beatitudinum Dominicarum et cœlestium præmiorum digni habemur; si autem cadentibus merito nobis de his quæ facimus conviciantur homines, sic nobis prosunt dedecora, per convicia ablutis et lavatis. Male vero loquentes et proximum injuriis lacessentes, si invidia aut odio virtutem colentium laboramus, miserabiles et damnati, quasi quosdam e minimis in Jesum credentibus scandalizantes judicabimur; quod si prave agentes merito vituperamus et juste redarguimus, finis omnimodo a Deo redarguetur. Siquidem, ut istis per objurgationem correctionis dederimus et compunctionis viam, et iis qui apud nos sunt intercluderimus mali societatem et participationem cum istis, irreprehensibiles absque condemnatione omni judicabimur; sin contra, ut zelum amarum et odium absque judicio sequamur, male loquimur, quomodo maledicentiæ aut insimulationis proximi vitabimus accusationem? Quid ergo faciendum? Quando quidam, inquit, in medium profert mentionem de proximo ad exprobrandum et maledicendum, priusquam aurem saties et mulceas tuam, tunc tu fratris faciem tanquam teipsum ad aculeatum verbum obnoxium opinans, et tibi ipsi et illi servies si sermonem obtrectantis æque feras.

105 *Prospere navigans, ne glorieris antequam portum attigeris.*

Quemadmodum feliciter mare naviganti, licet in trajectu recte dirigatur navis, utpote incerto exitu, non tutum est gloriari, et ante retinaculum, rudentem dico quo ad portum religatur navis, magnifice loqui non oportet, sic nec divitem secundum carnem, divitiarum confidere non expedit in incerto, obliviscentem eum qui dicit: Finem inspice longæ vitæ; sic nec eum qui virtutibus bene proficit et charismatibus spiritualibus bene incedit et valide crescit, antequam requiem portus cœlestis attigerit, grandiori voce uti non decet. Multorum enim per fluctus et tempestates maris salvatorum, cum ad portus appropinquarent, subito in profundum submersa est navis; et multi in irreprehensibilibus maribus digne luctantes aut exercitati visi sunt, qui occasione quadam levi et visu facili expositi periclitati sunt et a beatitudine superna dececi-

ἱερᾶς διακρίσεως λόγος ἀπαιτεῖ. Ὡς γὰρ σὲ δοξαζόμενον φοβεῖσθαι χρή, μὴ τῶν ἐπαίνων ἀνάξιος καὶ τῆς δόξης ὀφθῇς· οὕτω καὶ σὺ ἐγκωμιάζων ἄλλον μὴ ἀπληροφορήτως καὶ προχείρως, πρὶν ἢ τῇ πείρᾳ διαγνοίης ἀκριβέστερον, εἰς τοὺς ἐπαίνους καταστῇς, μήπως τούτου κακίας ἐργάτου διὰ τοῦ χρόνου ἀναφανέντος (1), αἰσχύνην αὐτὸς ὀφλήσῃς, ὡς ἀκαίρως, ἃ οὐκ ᾔδεις, μαρτυρῶν.

104 *Κακῶς ἀκούειν κρεῖσσον ἢ λέγειν κακῶς.*

Λυσιτελεῖ μᾶλλον κακῶς ἀκούειν, εἶπεν ὁ ἅγιος, καὶ λοιδορεῖσθαι καὶ μωμοσκοπεῖσθαι συμφορώτατον ἢ ἄλλοις ταῦτ' ἐπηρεάζεσθαι πρὸς ἡμῶν. Τίνος ἕνεκεν; Ὅτι, εἰ μὲν εἰκῇ πάντῃ καὶ μάτην δι' ἀρετὴν ἢ εὐσέβειαν τοῖς ἀσεβέσιν ἐνδιαβαλλοίμεθα, τῶν Δεσποτικῶν πάντως μακαρισμῶν καὶ τῶν οὐρανίων μισθῶν καταξιούμεθα· εἰ δὲ πταίοντες, ἀξίως ὧν πράττομεν (2) ὀνειδιζόμεθα, καὶ οὕτως ὠφελούμεθα, τὰ αἴσχη ταῖς ὕβρεσιν ἀποσμήχοντες καὶ πλυνόμενοι. Κακῶς δὲ λέγοντες καὶ τοῖς πέλας διαλοιδορούμενοι, εἰ μὲν φθονοῦντες ἢ μισοῦντες τῶν κατορθούντων τὴν ἀρετὴν, ἄθλιοι καὶ κατάκριτοι, ὥς τινας τῶν μικρῶν τῶν Ἰησοῦ πιστευόντων σκανδαλίζοντες κριθησόμεθα· εἰ δὲ κακοπραγοῦντας, ἀξίως αὐτοὺς ψέγομεν, καὶ δικαίως ἐπιμεμφόμεθα, ὁ σκοπὸς πάντως ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διελεγχθήσεται. Εἰ μὲν ὥστ' ἐκείνοις μὲν διὰ τῶν ἐλέγχων διορθώσεως δοῦναι καὶ μετανοίας ὁδὸν, τοῖς μεθ' ἡμῶν δὲ τὴν πρὸς ἐκείνους ἐκκλεῖσαι κοινωνίαν τοῦ κακοῦ, ἀνεύθυνοι οὕτως ἂν καὶ ἄμεμπτοι κριθείημεν· εἰ δ', ἵνα θυμὸν ἄλογον καὶ μῖσος θεραπεύσωμεν ἄκριτον, κακολογοῦμεν, πῶς ἂν τὴν τῆς καταλαλιᾶς ἢ τοῦ πλησίον κατακρίσεως διαδράσαιμεν τὴν ἔλεγξιν; Τί οὖν ποιητέον; Ὅταν τις, φησὶ, προβάλῃ τινὰ τῶν πλησίον εἰς τὸ κωμῳδῆσαι καὶ διαλοιδορήσασθαι πρὸς τὸ ἑστιάσαι καὶ καθηδῦναί σου τὴν ἀκοὴν, τότε σὺ τὸ τοῦ ἀδελφοῦ πρόσωπον ὡς σεαυτὸν εἰς κωμῳδίαν ἐκκείμενον διανοούμενος, καὶ σεαυτὸν κἀκεῖνον ὠφελήσεις, τῷ τῆς λοιδορίας δυσχεράνας λόγῳ.

105 *Μηδὲν μέγ' εἴπῃς εὐπλοῶν πρὸ πείσματος.*

Ὥσπερ τῷ εὐπλοοῦντι κατὰ θάλασσαν, εἰ καὶ κατὰ ῥοῦν αὐτῷ κατευθύνοιτο ἡ ναῦς, ἀδήλου τοῦ τέλους ὄντος, οὐκ ἀσφαλὲς τὸ μεγαλαυχεῖν, καὶ πρὸ τοῦ πείσματος, τοῦ σχοινίου φημὶ δὴ τοῦ πρὸς τὸν λιμένα τὸ σκάφος προσορμίζοντος, μεγαλορρημονεῖν οὐ χρή· οὕτως οὐδὲ τὸν πλουτοῦντα κατὰ σάρκα, τῇ τοῦ πλούτου δεῖ πεποιθέναι ἀδηλότητι, ἐπιλανθανόμενον τοῦ λέγοντος· Τέλος ὅρα μακροῦ βίου· οὕτως οὐδὲ τὸν ἐν ἀρεταῖς εὐθηνούμενον, καὶ χαρίσμασι πνευματικοῖς εὐοδούμενον, καὶ ἀναθάλλοντα, πρὸ τῆς εἰς τὸν ἄνω λιμένα καταπαύσεως μεγαλορρημοσύνῃ χρῆσθαι. Πολλοῖς γὰρ ἐκ τρικυμίας καὶ ζάλης διασεσωσμένοις τοῦ πελάγους, πρὸς αὐτοῖς ἠγγικόσι τοῖς λιμέσιν, ἄφνω κατέδυ τὸ σκάφος εἰς βυθόν· καὶ πολλοῖς ἐν ἀμέμπτῳ δοκεῖν πολιτείᾳ ἀγωνιζομένοις ἢ ἀσκουμένοις, ἐξ αἰτίας τινὸς ἀφανοῦς ἢ φανερᾶς προδεδομένοις, κινδυνεῦσαι καὶ τῆς ἄνω μακαριότη-

(1) Cod. ἀναφάναντος.

(2) Cod. ἀξίως ὧν πράττ.

τος ἐκπεσεῖν· ἀσφάλεια δὲ ἑκατέροις, τοῖς τε τὴν αἰσθητὴν ταυτηνὶ θάλασσαν, τοῖς τε τὴν νοητὴν διαπερῶσι, μία, τὸ φοβεῖσθαι ἀεὶ καὶ προσέχειν ἑαυτοῖς, ὡς μήτε τοῖς κατὰ σάρκα κινδυνεύουσι τὰς τύχας ὀνειδίζειν, μήτε τοῖς κατὰ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἁμαρτάνουσιν καὶ ἀποπίπτουσιν ἐπιχαιρεκάκως ἐπεμβαίνειν τε καὶ κατακρίνειν, ἀλλὰ ταῖς δυστυχίαις τῶν πέλας καὶ ταῖς συμφοραῖς τρέμοντας καὶ φρίσσοντας ἑαυτοὺς κατασφαλίζεσθαι.

runt. Utrisque tutamen est, et iis qui sensibile et iis qui spirituale transmeant mare, timere semper et sibi circumspicere, exinde nec periclitantibus in carne casus exprobrare, nec adversus Spiritum Dei peccantibus et cadentibus improbe lætari et insultare accusatione; sed de calamitatibus proximi et infortuniis metuentes et timentes nos in tuto statuere oportet.

109 *Κρεῖσσον καλῶς βιοῦντα*, κ. τ. λ.

Ἤκουσα καλῶς βιούντων καὶ ἀξίως πολιτευομένων Θεοῦ προφητῶν καὶ πολλῶν ἁγίων ὑπέρ τε τῆς ἑαυτῶν πτωχείας καὶ ταλαιπωρίας, ὑπέρ τε τῆς τῶν πενήτων καταδυναστείας καὶ θλίψεως, ἧς ὑπὸ τῶν ἀδικούντων αὐτοὺς ὑπομένουσι, διαπονουμένους ὅτι μάλιστα, καὶ ἀποδυσπετοῦντας, καὶ τῆς μακροθυμίας Θεοῦ καταγογγύζοντας· ἑώρακα δὲ ἄλλους πᾶσιν ἐνευθηνουμένους τοῦ βίου καὶ κατασπαταλῶντας ἀγαθοῖς, οὐδὲν δὲ ἀρετῆς ἢ εὐαρεστήσεως ἄξιον καταπραττομένους τοῦ Θεοῦ, πλὴν ἐν παντὶ εὐχαριστοῦντας καὶ ἐξομολογουμένους τῷ Κυρίῳ, ὅταν ἀγαθύνωνται. Κρεῖσσον οὖν (ὁ τῆς διακρίσεως ἀπεφθέγξατο φωστήρ), καλῶς καὶ ἁγιοπρεπῶς πολιτευόμενον, καὶ βίῳ ἀμώμῳ πορευόμενον, μικρόν τι παῤῥησιάζεσθαι διὰ τὴν πύρωσιν τῶν θλίψεων, καὶ μετρίως πως ἐπὶ τοῖς κρίμασι τοῦ Θεοῦ διαγογγύζειν, ἢ τοῖς ἔργοις τῆς ἀκρασίας καὶ πλεονεξίας καὶ ἀσελγείας πάσης σχολάζοντας καὶ θάλλοντας, δίκας ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀποτιννύναι, εἰ καὶ μηδὲν ἀλόγως νομίζοιεν ἐργάζεσθαι.

109 *Præstat bene viventem*, etc.

Audivi bene viventes et digne agentes Dei prophetas et sanctos multos de paupertate et miseria propria, et de pauperum oppressione et tribulatione quæ ab injustis sustinent, quam maxime lassatos ægrius ferentes et de longanimitate Dei murmurantes. Vidi et alios omnibus in vita abundantes et bonis effocatos, nihil vero virtute et beneplacito Dei dignum facientes, nisi quod in omni re gratias agunt et laudes Domino, cum cumulantur bonis. Melius ergo, dicit judicii lux, optime et digne sanctis viventem et irreprehensibiles dies degentem temere paululum erumpere propter tribulationis æstum et cum moderatione quadam de Dei judiciis murmurare, quam operibus intemperantiæ et ambitionis et lasciviæ omnis incumbentes et se delectantes, pœnas in die judicii dare, licet nihil irrationabile operatos fuisse arbitrentur.

113 *Πρόου τὰ πάντα, καὶ Θεὸν κτῆσαι μόνον.*

Τρεῖς τάξεις τῶν ἐπὶ τῷ σωματικῷ πλούτῳ καὶ τῇ τῶν χρημάτων οἰκονομίᾳ δοκιμαζομένων ὁ θαυμάσιος ἐπιδείκνυσι Γρηγόριος· πρώτην μὲν, καὶ τελείαν, καὶ τελείοις προσήκουσαν, τὸ πάντα προέσθαι καὶ προπέμψαι τὰ προσόντα Θεῷ διὰ Χριστὸν καὶ τὴν ἐντολὴν, ὥστε τοῦτον καταχτήσασθαι καὶ αὐτῷ μόνῳ καθαρῶς ζῆν· ἀλλότρια γὰρ τά τε χρήματα καὶ κτήματα, ὡς ἔξωθεν ἡμῶν καὶ οὐχ ἡμέτερα ὥσπερ τὸ σῶμα, ἀλλὰ περὶ ἡμᾶς ὄντα, ὧν οἰκονόμοι καὶ μερισταὶ καθεστήκαμεν ἡμεῖς· κάλλιστον μὲν οὖν, καὶ θεοφιλέστατον, καὶ τέλειον, ἅπαντα προδόντας ταῦτα, μόνῳ πλουτεῖν καὶ ἀπερισπάστως ζῆν τῷ Θεῷ. Δευτέρα δὲ τάξις, τὰ πλείω δοῦναι καὶ καλλίω, τὰ ἐλάττω δὲ καὶ χείρω ταῖς ἑαυτοῦ χρείαις προσπορίζεσθαι καὶ τοῦτο ἐπαινετόν· εὐσεβὲς δὲ καὶ ἧττον φιλανθρώπινον κἂν τοῖς περιττεύουσιν εὐσεβεῖν, καὶ τὴν χρηστότητα δρᾷν, καὶ τὸ μεγαλόψυχον τούτοις ἐπιδείκνυσθαι· τὸ δὲ κἂν τοῖς περιττοῖς φειδωλὸν εἶναι καὶ γνίφωνα καὶ μικρόψυχον, ὡς εἰς χρυσὸν αὐτὰ διαμείβειν, καὶ καταχωννύειν, ὡς λίαν ἀσεβὲς, καὶ ἀπανθρώπινον, καὶ ἔργον εἰδωλολατρείας, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀλλοτριοῦν ἱκανώτατον ὂν, παρεσιώπησεν.

113 *Projice omnia, et Deum posside solum.*

Tres usus rerum quæ in divitiis corporalibus et bonorum dispensatione æstimantur, mirandus ostendit Gregorius. Primus et perfectus et perfectis assuetus, omnia projicere et relinquere superflua propter Christum et mandatum ejus, ita ut eum possideamus et ipsi soli pure vivamus; aliena enim et bona et possessa quasi nobis externa et non nostra sicut corpus, sed circa nos versata, quorum administratores et dispensatores constituti sumus. Optimum est ergo et Deo placitum et perfectum, omnibus istis abjectis, soli Deo divitem esse et firmiter vivere. Secundus usus plura dare et pulchriora, et minora pejoraque necessitatibus suis sibi retinere, hoc et laudabile. Pium autem et minus erga homines beneficum de superfluis pie agere et misericordiam operari et magnanimum se ostendere. Sed de superfluis parcum esse et avarum et tenuis animi, ita ut illa in aurum mutentur et abstrudantur, tanquam nimis impium et humanitati oppositum et idololatriæ opus, juxta Apostolum et valde aptum ad alienandum a Dei regno, sub silentio prætermisit.

117 *Καλόν τι σητῶν ἁρπάσαι καὶ τοῦ φθόνου.*

Τοῦτο καλὸν καὶ τῶν καλῶν κάλλιστον, τῶν τε σητῶν ὑφαρπάζειν τὸν πλοῦτον καὶ τοῦ φθόνου, ὑφ' ὧν ἐκεῖνος πέφυκε διαφθείρεσθαι καὶ ὄλλυσθαι· φθείρεται

117 *Præclarum est aliquid vermibus et invidiæ eripere.*

Pulchrum illud et pulchrorum pulcherrimum vermium subripere divitias et invidiæ, per quæ naturaliter divitiæ corrumpuntur et pereunt. Cor-

rumpuntur per vermes, quæcunque mortalia et putrescibilia et corruptibilia, per invidiam vero diripiuntur et pereunt aurum et argentum et quæcunque naturaliter vix corrumpuntur. Bonum igitur prævenire Christo fenerantem, et ipsum potius debitorem habere expedit magis quam omnes mundi divitias possidentem videri. Christus sic magnifice feneratores suos remunerare novit, ut et cœlorum regnum illis qui cum fide fragmento panis Salvatorem nutriunt, retribuat; nec aquæ frigidæ potum sine mercede esse apud ipsum confidentiam tibi afferat vidua ob duo obola, quæ in thesaurum misit, laudata. Quomodo igitur, inquit, fenerabimur Christo et Deo et nullius indigenti et in cœlis ad dexteram Patris sedenti? Christum, respondet tibi theologice de eo tractans, et vestis, et nutris, et potioni invitas, et omni misericordia donas, opus tale præbens erga pauperem et egenum.

121 *Pauper accessit, deinde abiit spe frustratus.*

Hæc quidem interpretationem evidentem habent verba; nec tamen supervacaneum puto paululum de his conversari; namque etiam fide minima audientibus inserviet de his multa dicere: persuasum enim habere oportet quod judicium nostrum nos nobismetipsis paramus. Quomodo et qua via? Paupere ad me veniente, inquit magister, et eleemosynis indigente, mox absque eleemosyna rejecto, metus et timor confestim adsunt ne forte et ego tua miseratione indigens adveniens, Christe, vacuus repellar juxta cordis mei duritatis leges, opus habens quidem benevolentiam inveniendi, eo autem non perveniens. Cur? Quia qui possum egeno stipem erogare et non erogo, quomodo ipse indigens mea vice recipiam? A Christo enim recipio an aliunde? Quid enim habes quod non accepisti, et ab ipso, ut patet? Qui ergo accepi, et per pauperem sollicitatus experimenti gratia, et præ iniquitate non erogo, quomodo iterum recipiam? Qui enim danti omnia dare tenax sordide recusat, nihil recipere speret, e contra igitur et quæ videtur habere ab eo auferenda sciat.

125. *Paupere viro nihil securius.*

Cum multi paupertatem vitandam, valde malam et detestandam ducant, ideo præsertim et egentibus subvenire nolunt, paupertatem suspicione attingentes, sapientissime divine conversans istorum inopiam consolatur et divitum animæ tenuitatem remedio curat dicens paupere nihil tutius, nihil timore et periculo liberius; non enim bona aut agros, aut gregum catervas aut servorum providet multitudinem, fluentia et instar somnii transitoria et pereuntia, solum Deum considerat, qui est, qui manet, qui naturæ providentiam præbet; ad quem jugiter tendit, proximum ipsum vi-

μὲν γὰρ ὑπὸ σκωλήκων (3), ὅσα βρωτὰ, καὶ εὔσηπτα, καὶ εὔφθαρτα· ὑπὸ φθόνου δὲ διαρπᾶται καὶ ἀπόλλυται χρυσὸς, καὶ ἄργυρος, καὶ ὅσα δύσφθαρτα κατὰ φύσιν εἰσίν. Ἀγαθὸν οὖν, τῷ Χριστῷ προφθάσαντας δανεῖσαι, καὶ αὐτὸν μᾶλλον ἔχειν χρεώστην λυσιτελέστατον ἢ πάντα τοῦ κόσμου τὸν πλοῦτον κατέχειν δοκεῖν· ὃς οὕτω μεγαλοπρεπῶς οἶδεν ἀμείβεσθαι τοὺς δανειστὰς, ὡς καὶ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν τοῖς κλάσματι ἄρτου μετὰ πίστεως τοῦτον θρέψασι χαρίζεται· καὶ ποτήριον ὕδατος ψυχροῦ μὴ ἄμισθον εἶναι παρ' αὐτῷ πειθέτω σε καὶ χήρα διὰ δυοῖν ὀβολῶν καταβολῆς ἐπαινουμένη. Πῶς οὖν, φησὶ, δανείσωμεν Χριστῷ, Θεῷ τε καὶ ἀνενδεεῖ ὄντι, κἂν τοῖς οὐρανοῖς τῷ Πατρὶ συγκαθημένῳ; Τὸν Χριστὸν (ἀποκρίνεταί σοι ὁ ἐν αὐτῷ θεολογῶν) καὶ σκέπεις, καὶ τρέφεις, καὶ ποτίζεις, καὶ πάσης θεραπείας ἀξιοῖς, συνιὼν (4) ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα, καὶ τόνδε τὸν τρόπον δεξιούμενος.

121 *Πένης προσῆλθεν, εἶτ' ἀπῆλθε μὴ τυχών.*

Ταῦτα μὲν σαφῆ τὴν ἐπίλυσιν ἔχει τὰ ῥητὰ, οὐ περιττὸν δὲ ἡγοῦμαι μικρὸν ἐν αὐτοῖς ἀδολεσχεῖν· ἔσται γὰρ ἴσως τοῖς δυσπιθῶς (5) ἀκούουσιν ὠφέλεια τὸ περὶ τούτων πολυρημονεῖν· καὶ γὰρ δέον πεπεῖσθαι, ὡς τὸ καθ' ἡμῶν κρῖμα ἡμεῖς αὐτοὶ ἑαυτοῖς προετοιμάζομεν. Πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; Πένητός μοι, φησὶν ὁ διδάσκαλος, προσερχομένου καὶ ἐλεημοσύνης ἐπιδεομένου, εἶτ' ἀνελεημόνως ἀποπεμπομένου, δέος παραυτὰ καὶ φόβος παρίσταται, μή ποτε κἀγὼ τοῦ σοῦ ἐλέους ἐπιδεὴς προσερχόμενος, Χριστὲ, κενὸς ἀποπεμφθῶ κατὰ τοὺς τῆς ἐμῆς ἀπανθρωπίας νόμους, χρῄζων μὲν τυχεῖν φιλανθρωπίας, ἀστοχῶν δέ· τίνος ἕνεκεν; ὅτι δυνάμενος δοῦναι τῷ ἐπιδεεῖ τὸν ἔλεον, καὶ μὴ διδοὺς, πῶς ἐπιδεηθεὶς αὐτὸς αὖθις πρόσειμι λαβεῖν; πρὸς Χριστοῦ γὰρ εἰληφὼς ἢ πόθεν; τί γὰρ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες δῆλον ὅτι παρ' αὐτοῦ; Λαβὼν οὖν, καὶ διὰ τοῦ πένητος δοκιμασίας χάριν αἰτηθεὶς, καὶ ἀγνωμοσύνῃ μὴ διδοὺς, πῶς πάλιν λήψομαι; ὁ γὰρ τῷ τὰ πάντα διδόντι δοῦναι κνιπευόμενος, μηδὲν ἐλπιζέτω λαβεῖν (6)· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ ἃ δοκεῖ ἔχειν, ἀφαιρεῖσθαι προσδοκάτω.

125 *Πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀσφαλέστερον.*

Ἐπειδὴ πολλοὶ τὴν πενίαν ὡς ἀπευκτὸν καὶ μάλα κακὸν καὶ ἀποτρόπαιον ἡγοῦνται, δι' ὃ μάλιστα καὶ τοῖς δεομένοις ἐπαρκεῖν οὐκ ἐθέλουσι, τὴν πτωχείαν ὑποπτεύοντες, πάνυ σοφῶς ὁ θεοῤῥήμων κἀκείνων τὴν ἔνδειαν παραμυθεῖται, καὶ τῶν πλουσίων τὴν μικροψυχίαν ἐξιᾶται, Πένητος, λέγων, ἀνδρὸς ἀσφαλέστερον οὐδὲν, ἀφοβώτερον ἢ ἀκινδυνότερον οὐδέν· οὐ πρὸς χρήματα γὰρ ἢ κτήματα, ἢ κτηνῶν ἀγέλας, ἢ ἀνδραπόδων ὁρᾷ περιουσιασμοὺς, τὰ ῥέοντα καὶ τρόπον ὀνείρου παρατρέχοντα καὶ ἀπολλύμενα· πρὸς μόνον δὲ τὸν Θεὸν ἀποσκοπεῖ, τὸν ὄντα, τὸν μένοντα, τὸν χρηστὸν φύσει· πρὸς τοῦτον ἀεὶ νεύει, γνησίως

(3) Cod. σκωληκῶν.
(4) Cod. συνιῶν.
(5) Δυσπιθῶς, sic codex.
(6) Zonaras fol. 25 r. ἢ τὸ, Ὧ γάρ τις οὐκ ἔδωκε, νοηθήσεται καὶ οὕτως· Ὧτινι γὰρ, ἤγουν τῷ Χριστῷ, οὐκ ἔδωκέ τις ἐλεημοσύνην, μηδὲ ἐλπιζέτω τούτου τυχεῖν παρ' ἐκείνου, ἤγουν τοῦ ἐλεηθῆναι παρ' αὐτοῦ, ἵνα γράφηταί τὸ ῷ διὰ τοῦ ω μεγάλου.

αὐτὸν προορᾷ, παρ' οὗ τὴν ὀλίγην ἐν σώματι ἤλπισεν οἰκονομεῖσθαι ζωὴν, καὶ παρ' οὗ τὴν ἐν Πνεύματι αἰωνίως ζήσειν προσδοκᾷ. Σὺ δὲ ὁ πλούτῳ κομῶν, ὁ πᾶσι τοῦ κόσμου τοῖς ἀγαθοῖς ἐνευθηνούμενος, ὁ μέγας καὶ πολὺς ἐν τῷ βίῳ τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων νομιζόμενος, ἀγκαλίζου τὸν μικρὸν τοῦτον καὶ πένητα καὶ πτωχὸν, τρέφων καὶ σκέπων καὶ πάσης ξενίας μεταδιδοὺς καὶ θεραπείας, ὡς αὐτὸν ὑποδεχόμενος τὸν Χριστὸν, καὶ διὰ τοῦ ὁρωμένου πένητος τὸν ἐν αὐτῷ κεκρυμμένον Ἰησοῦν τοῖς κρυφαίοις τοῦ σοῦ νοῦ θαλάμοις διὰ πίστεως εἰσοικιζόμενος καὶ ἐνιδρυόμενος· καὶ ὥσπερ ὁ ἀετὸς, κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον, τὴν αὐτοῦ σκευάζων νοσσιὰν, καὶ τοῖς νεοσσοῖς ἐπιποθῶν· οὕτω καὶ σὺ πολὺς ὑπάρχων τῇ περιουσίᾳ οἷα λεπτὸν ὄρνιν ἀμφέπων τὸν πένητα καὶ περισκέπων, ἐν αὐτῷ εὑρήσεις Χριστόν.

129 *Κρεῖσσον πενία μὴ δικαίας κτήσεως.*

Πάλιν καὶ διὰ τῶν προκειμένων τὸν πένητα μὲν παρακαλεῖ, τοῦ πλουσίου δὲ καταστέλλει τὴν ὀφρὺν, κρεῖσσον εἶναί τι λέγων χρῆμα τὴν πενίαν τοῦ ἐξ ἀδικίας συνεστηκότος πλούτου, ὥσπερ γε καὶ νόσον σώματος βελτίω τε εἶναι τῷ νοσοῦντι καὶ Θεοῦ κρίμασι παιδευομένῳ λυσιτελεστέραν κακῆς εὐεξίας τε καὶ ὑγιείας. Τίς δ' ἂν ἡ κακὴ νοοῖτο εὐεξία, ἢ ἡ τοῖς ἀσελγείαις καὶ μιαιφονίαις ἢ ἀδικίαις χαίρουσι παρεπομένη; Καὶ γὰρ τῷ ἐκ σιτοδείας μὲν ἢ πενίας λιμῷ οὐδεὶς τῷ θανάτῳ περιπίπτει τῆς ψυχῆς, ἀλλ' οὐδὲ τῷ τοῦ σώματος ῥᾳδίως, τοῖς ἁμαρτωλοῖς δὲ καὶ τῷ ὄντι κακοῖς θάνατος καθέστηκεν ἡ ἁμαρτία.

133 *Τίς* (7) *δεσπότης ἢ δοῦλος, ἡ φαύλη τομή;*

Γνωμοδοτήσας ὁ φιλοσοφώτατος τὰ περὶ πενίας καὶ πλούτου εὐαγγελικῶς, ὡς ἐχρῆν, καὶ θεοσόφως, περὶ δεσποτείας λοιπὸν καὶ δουλείας τῷ πνευματικῷ νόμῳ καὶ ταῦτα διακρίνει, Τίς ἐστι δεσπότης, λέγων, τίς δὲ κατὰ φύσιν δοῦλος; Οὐκ ἐκτίσθη δεσπότης, οὐκ ἐκτίσθη δοῦλος ἀπ' ἀρχῆς· αὕτη φαύλη τομὴ, αὕτη διαίρεσις τυραννική. Καὶ γὰρ ὡς εἷς πᾶσι πλάστης ὁμοίως, εἷς πᾶσι νόμος, κρίσις μία καὶ μία φύσις ἅπασιν ἀνθρώποις ἡ αὐτή· οὕτω καὶ δοῦλοι πάντες ὁμοίως ἄνθρωποι ὑφ' ἑνὶ Ποιητῇ καὶ Δεσπότῃ τεταγμένοι τῷ Θεῷ. Σὺ οὖν, φησὶν ὁ φιλοσοφίας ἀρίστης καὶ ἀληθείας λόγων ἐραστὴς, ὑπὸ τῶν περιεστώτων οἰκετῶν ὑπηρετούμενος, μὴ σεαυτῷ μὲν τὴν δεσποτείαν, τοῖς δὲ τὴν δουλείαν ἀφορίζων, ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν ἐπιτολμήσας, κατὰ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου τῶν ὅλων ἀπονοηθῇς· ἀλλὰ φρονῶν εἰς τὸ σωφρονεῖν καὶ γινώσκειν ἑαυτὸν, πάντας δὲ τοὺς ὑπηρετουμένους σοι συνδούλους καὶ κατὰ φύσιν ὁμοτίμους ὁρῶν, συνεργοῖς κέχρησο τούτοις καὶ συνδιακόνοις πρὸς τὴν τοῦ Δεσποτικοῦ θελήματος ἐκπλήρωσιν. Μὴ οὖν τὸ εὐγενὲς τοῦ τρόπου, καὶ κατὰ πρᾶξιν ἢ θεωρίαν μεγαλοφυὲς καὶ τίμιον, πρὸ τῆς ἀπὸ τοῦ σώματος λύσεως καὶ πρὸ τοῦ κατανικῆσαι τὸν κόσμον ἐνδεικνύμενος, καὶ ἀκαίρως ὑφούμενος, εἰς ταπείνωσιν ἀποστραφῇς· ἀλλ' ὅταν τῶν τε σωματι-

det a quo pauca speravit pro corpore distribui necessaria vitæ, et vita in Spiritu æterna fruiturum se exspectat. Tu vero divitiis fruens, omnibus mundi bonis abundans, magnus et multus in vita a plerisque hominibus æstimatus, in ulnas accipe parvulum istum, pauperem et egenum nutriens, operiens et omni hospitalitate cumulans atque servitio, quasi ipsum recipiens Christum, et per hunc quem vides pauperem latentem in eo Jesum in cordis tui penetralia per fidem hospitio recipe et colloca: et sicut aquila, juxta sanctum verbum, pullos suos mulcet ipsisque providet, sic et tu multus possessionibus exsistens tanquam debilem avem curans pauperem et fovens in ipso invenies Christum.

129 *Melior est paupertas injusta possessione.*

Rursum et per præsentia pauperem quidem consolatur, divitis vero reprimit arrogantiam, meliorem esse dicens paupertatem quam divitiæ ex injustitia constantes; quemadmodum morbus corporis melior est ægrotanti, et judicio Dei castigato utilior est quam valetudo mala et sanitas. Quæ autem æstimaretur mala valetudo, nisi ea qua utentes luxuria et homicidiis et injustitiis lætantur? Namque fame panis et egentia nullus in animæ mortem cadit, sed vix ullus in corporis mortem, peccatoribus autem et realiter malis mortem peccatum affert.

133. *Quis dominus, quis servus, nisi mala divisio?*

Postquam sententiam exposuit Philosophus magnus de paupertate et divitiis evangelice ut oportebat, et pro Dei sapientia de heri et servi conditione ad spiritualem normam judicat dicens: Quis est herus et quis est natura servus? non conditus est herus, nec conditus est servus ab initio: sectio vilis ista, ista divisio tyrannica; sicut enim omnibus unus et idem plasmator, una lex omnibus, judicium unum et una natura omnibus hominibus eadem, sic et servi omnes similiter homines sub uno Plasmatore et Domino constituti sunt Deo. Tu ergo, dicit optimæ philosophiæ et veritatis sermonum amator, a famulis circumstantibus ministratus, ne tibi quidem heri conditionem, illis autem famulatum reservans, extolli supra id quod oportet audeas, ante communem universorum Dominum insipienter cogitans, sed bene sentiens ut sapiens sis et teipsum noveris, omnes ministrantes tibi conservos et natura pari honore dignos videns, consociis in opere et servitio utere ad voluntatis Dominicæ observantiam. Ne ergo mores nobiles et ob praxim et considerationem egregiam indolem et honore dignam ante liberationem a corpore, et antequam victoriam adversus mundum consequaris, præ te ferre jactes, et intem-

(7) Ald. Ven. Basil. Colon. [et Bened.] τί. Ald. Venet. et Basil. ἢ pro ἡ, et post v. τομή nota interrogationis.

pestive glorians in abjectionem dejiciaris, sed quando de obviantibus corporaliter obstaculis et spiritualibus malitiæ oppositionibus victor evadens solutus fueris, tunc ad Deum venies gloria decoratus magna.

137 *Servi autem quid, ac præcipue qui Dei servi sunt?*

Postquam legem dictis dominis posuit, humiliare se et conservis uti famulis, scientes quod et ipsi Dominum habent in cœlis, ut isti talia audientes sicut pari dignos honore non insurgant in dominos, quid de famulis? pro vobis enim spiritualis legislator sermonem protrahit. Quid ergo vos, et præsertim qui Dei servi esse vultis? non indignum judicandum est dominis servire; et illud quomodo? non ad oculum obedientes sicut hominibus placentes, sed ex animo cum corde benevolo et fide, secundum apostolicum præscriptum, sicut Domino et non hominibus, sic dominis vestris inservientem honorem et famulatum date, nec exhibitionem famulatus erubescite; liberum enim et servum lex dirigit: qui dispositione animæ quæ Christo conveniat et consilio agens quod Deo conveniat, coram Deo et hominibus bona meditatur, ille reipsa liber est; qui autem cum dolo et malitia vitam degens suam, contra Deum et homines peccat contemptor, hic vere servus est castigandus. Igitur non malum est servum esse, sed peccare malum est, cum Christus ipse servus hominum verus sit, sed servitute realiter mala, peccato, eos qui in eum credunt tanquam Deus liberat.

141 *Pudeat te si malus audias, non vero si ignobilis.*

Adhuc eadem propositione pergens divinus illuminator suadet ne erubescas te vocatum audiens servum aut obscuræ prosapiæ hominem, ne exinde mutatus adversus eum qui contumeliam imponere videtur indignaris. Quid enim est prosapia et quis de nobili genere celebratus? Non qui jam pridem mortui sunt et in sepulcro putruerunt, nec isti quorum dispersa sunt juxta Scripturas ossa per infernum. Utquid ergo grandia cogitares ob putredinem et fetentes? Sed malum et injustum te audiens aut impium exprobratum, erubesce, et per pœnitentiam mutatus bonus fias in Christo, et sic ipse honoratus et per virtutem celeber effectus, generi initium dabis et gloriatio in vitam venientibus post te eris, quod multo melius magis expedit tibi quam generis ultimum esse et per nimiam malitiam dedecus et abolitionem esse. Itaque si sis integer et bonus in omni pietate et virtute conspicuus, multo melius et honorabilius erit quam ex bonis et optimis ortus qui talis non sis.

145 *Dei solius rerumque divinarum insatiabilis esto.*

Est et aviditas laudabilis et desiderium insatiabile quo ardere oportet, quod divinus sermo ne repellamus incitat. Quid est istud? Ad Deum solum et divina insatiabiliter concupiscere. Hæc am-

κῶς ἐμποδοστατούντων κωλυμάτων, τῶν τε πνευματικῶν τῆς πονηρίας ἀντιθέσεων ὑπεραναβὰς, ἀπολυθῇς, τότε πρὸς τὸν Θεὸν εἰσελεύσῃ μετὰ δόξης τιμιώτατος.

137 *Οἱ δ' οἰκέται τί, καὶ μάλιστα οἱ Θεοῦ;*

Νομοθετήσας τοὺς λεγομένους δεσπότας ταπεινοφρονεῖν καὶ συνδούλοις χρῆσθαι τοῖς οἰκέταις, εἰδότας ὅτι καὶ αὐτοὶ Κύριον ἔχουσιν ἐν οὐρανοῖς, ἵνα μὴ ταῦτ' ἀκούοντες ἐκεῖνοι, ὡς ὁμοτίμων κατεπαρθῶσι τῶν δεσποτῶν, τί δαὶ οἱ οἰκέται; πρὸς ὑμᾶς γὰρ ὁ πνευματικὸς νομοθέτης τὸν λόγον ἀποτείνεται· τί οὖν ὑμεῖς, καὶ μάλιστα οἱ τοῦ Θεοῦ δοῦλοι τυγχάνειν ἐθέλοντες; Μὴ ἀπαξιοῦτε δουλεύειν τοῖς δεσπόταις· καὶ τοῦτο πῶς; Μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ἐκ ψυχῆς μετ' εὐνοίας καὶ πίστεως, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παραγγελίαν, ὡς τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις, οὕτω τοῖς κυρίοις ὑμῶν τὴν ὀφειλομένην τιμὴν καὶ δουλείαν ἀποδίδοτε, καὶ μὴ τὸ πρόσχημα τῆς δουλείας ἐπαισχύνεσθε· ἐλεύθερον γὰρ καὶ δοῦλον ὁ τρόπος ὁρίζεται. Ὃς μὲν Χριστοπρεπεῖ ψυχῆς διαθέσει καὶ γνώμῃ χρώμενος θεοπρεπεῖ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων προνοεῖται ἀγαθὰ, οὗτος ἐλεύθερος τῷ ὄντι ἐστίν· ὃς δὲ δολίως καὶ κακοτρόπως τὸν αὐτοῦ διαβιώσκων βίον, πρός τε τὸν Θεὸν αὐτὸν καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἁμαρτάνων καταφρονεῖ, οὗτος ἀληθῶς δοῦλος ὑπάρχει μαστιγίας. Οὔκουν τὸ δοῦλον εἶναι κακὸν, τὸ ἁμαρτάνειν δὲ, ἐπεὶ καὶ Χριστὸς αὐτὸς δοῦλος ἀνθρώπων ὦπται, ἀλλὰ καὶ τῆς ὄντως δουλείας κακῆς, τῆς ἁμαρτίας, τοὺς αὐτῷ πιστεύοντας ὡς Θεὸς ἐλευθεροῖ.

141 *Κακὸς δ' ἀκούων αἰσχύνου, μὴ δυσγενής.*

Ἔτι τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἐχόμενος ὁ θεοφάντωρ παραινεῖ μὴ ἐπαισχύνεσθαι, δοῦλον ἀκούοντα ἢ δυσγενῆ, μηδ' ἐπὶ τούτῳ διατρεπόμενον, κατὰ τοῦ ὑβρίζειν δοκοῦντος ἀγανακτεῖν. Τί γάρ ἐστι γένος, καὶ τίς ὁ φημιζόμενος εὐγενής; Οὐχ οἱ πάλαι θανόντες καὶ ἐν τάφῳ σεσηπότες, οὐχ ὧν ἐσκορπίσθη, κατὰ τὴν Γραφὴν, τὰ ὀστᾶ παρὰ τὸν ᾅδην· τί οὖν σοι καὶ τὸ μεγαλοφρονεῖν ἐπὶ τῇ σαπρίᾳ καὶ τοῖς ὀδωδόσιν; Κακὸς δὲ καὶ ἄδικος ἀκούων ἢ ἀσεβὴς, αἰσχύνου, καὶ διὰ μετανοίας ἀλλοιούμενος ἀγαθύνου ἐν Χριστῷ, καὶ οὕτως αὐτὸς τιμηθεὶς, καὶ δι' ἀρετῆς γενόμενος ὀνομαστὸς, γένους προάρξεις καὶ καύχησις τοῖς εἰς τὸν βίον ἰοῦσιν ἔσῃ μετὰ σὲ, ὃ πολὺ βέλτιον καὶ λυσιτελέστερόν σοί ἐστιν, ἢ τὸ γένος λύειν καὶ δι' ὑπερβολὴν κακίας ἀτιμοῦν καὶ ἀφανίζειν· ὥσπερ καὶ τὸ αὐτὸν εἶναι καλὸν καὶ ἀγαθὸν δι' εὐσεβείας πάσης καὶ ἀρετῆς ἐπίσημον καθεστηκότα, πολὺ βέλτιον καὶ τιμιώτερον, ἢ τὸ ἐξ ἀγαθῶν καὶ καλῶν βεβλαστηκότα μὴ τοιοῦτον εἶναι.

145 *Θεοῦ μόνου θείων τε ἀπλήστως ἔχειν.*

Ἔστι καὶ ἀπληστία ἐπαινετὴ καὶ ἐπιθυμία ἀκόρεστος δεητὴ, ἧς ὁ θεῖος λόγος ἀντέχεσθαι προτρέπεται. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη; Θεοῦ μόνου καὶ τῶν θείων ἀπλήστως ἐρᾶν· αὕτη πλεονεξία καλὴ, τὸ ἀεὶ ποθεῖν καὶ

ζητεῖν τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς τοῖς λαμβάνουσιν αὐτὸν ἔτι προσδίδωσι μᾶλλον ἑαυτόν· τοσοῦτον γὰρ ἀπέχει τοῦ ἀποτρέπεσθαι ἢ ἀποστρέφεσθαι τοὺς ἐγγίζοντας αὐτῷ, ὅτι καὶ μᾶλλον διψᾷ τὸ διψᾶσθαι, ὅ ἐστι ποθεῖ τὸ ποθεῖσθαι, καὶ φιλεῖ τὸ ἀγαπᾶσθαι, καὶ ἀφθόνως ἀεὶ ἑαυτὸν τοῖς ἐρασταῖς αὐτοῦ χαρίζεται· τοιοῦτο γὰρ ἡ ὑπεράγαθος ἀγαθαρχία, διὰ τῶν παναγάθων καὶ πνευματικῶν αὐτῆς δωρεῶν τοῖς ἀπληρώτως αὐτῆς ἐφιεμένοις συνεισερχομένη. Ἐν τούτοις μόνοις ἡ ἀπληστία καὶ πλεονεξία κάλλιστον ὅτι μάλιστα, καὶ ἁγιοπρεπέστατον, καὶ τέλειον· ἐν τοῖς σωματικοῖς δὲ καὶ ζηλουμένοις πλούτοις καὶ δόξαις καὶ πᾶσι τοῖς ῥέουσι καὶ παρερχομένοις τοῦ νῦν αἰῶνος ἀγαθοῖς ἡττᾶσθαί τε καὶ τὸ ἔλαττον ἔχειν, ἄξιον εὐμαρῶς ὑπομένοντα χάριν εἰδέναι τῇ ἀγαθῇ καὶ παντουργῷ Προνοίᾳ.

149 *Μὴ πάντα νικᾷν, μηδ' ἀεὶ σπουδὴν ἔχε.*

Ὥσπερ ἔστιν ἡττᾶσθαι καλῶς καὶ κακῶς, οὕτω καὶ νικᾷν ἐνθέσμως καὶ ἀθέσμως· ἡττᾶται μὲν καλῶς ὁ φιλοσοφίᾳ ἀρίστῃ καὶ ταπεινοφροσύνῃ εὐαγγελικῇ πᾶσιν ὑπείκων τοῖς ἀδικοῦσι, καὶ μὴ ἀμυνόμενος τοὺς ἐπηρεάζοντας αὐτόν· ἡττᾶται δὲ κακῶς καὶ ἀθλίως ὁ ὑπὸ θυμοῦ ἢ ἐπιθυμίας ἀλόγου τυραννούμενος, καὶ ἀγεννῶς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀπαγόμενος καὶ ἐκπολιορκούμενος· ὡσαύτως νικᾷ μὲν ἐνθέσμως καὶ ἀσφαλῶς ὁ τῷ ἀγαθῷ καὶ εὐαρέστῳ καὶ τελείῳ Θεοῦ θελήματι ἄχρι τέλους ἀμετακινήτως ἱδρυμένος, νικᾷ δὲ ἀθέσμως καὶ σφαλερῶς ὁ τῷ τῆς ἀδικίας καὶ τυραννίδος κράτει κατευμεγεθῶν, καὶ τῶν ἀθῴων καθυπερτερῶν καὶ κατακτιννύς. Σὺ οὖν, ὦ ἀγωνιστὰ τοῦ ἀθλοθέτου Χριστοῦ, ὁ ἀλείπτης τῆς ἀρετῆς παρακαλεῖ, μὴ εἰς πάντα τὰ νομιζόμενα εἶναι ἀγαθὰ νικᾷν διαγωνίζου, ἀλλ' εἰς μόνα τὰ ὄντως ὄντα καλὰ, τὰ θεῖα δηλαδὴ καὶ πνευματικὰ, καὶ εἰς ταῦτα μὴ ἀεὶ καὶ ἀκαίρως, ἀλλ' ὅταν ὁ δεκτὸς ᾖ καιρός· κρεῖσσον γὰρ κρατεῖσθαι καὶ νικᾶσθαι, τῷ Ἰησοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ὑποδείγματι ταπεινουμένους, ἢ νικᾷν καὶ κρατεῖν ἐπαιρομένους καὶ κατὰ τὴν τῶν ἀσεβῶν ἐξομοίωσιν κατακυριεύειν τῶν εὐσεβῶν καὶ ταπεινῶν. Ἔστι, φησὶ, καὶ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ παλαίοντας ὁρᾷν οὐ πάντως κρατουμένους τῷ κάτω πεσεῖν· ὑποκατακλιθῆναι γὰρ ἔστιν ὅτε δόξαντες τοῖς ἀντιπάλοις καὶ χαμάζε πεσεῖν, εἶτ' ἐξαπιναίως λὰξ κατ' αὐτῶν ἐναλάμενοι καὶ ἀναθορόντες, ὑπέρθετοι τούτων καταδείκνυνται· οὕτως οἱ διὰ τὸν Χριστὸν καὶ τὴν ἐντολὴν τοῖς τυραννεῖν εἰωθόσιν ὑποπίπτοντες, ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῶν ὑπερνικῶσιν.

153 *Καὶ ζημιοῦ τι· τοῦτο κέρδος πολλάκις.*

Ὥσπερ οὐκ εἰς πάντα οὐδ' ἀεὶ τὸ νικᾷν ἐπαινετὸν, ἀλλ' οὐδὲ τὸ νικᾶσθαι (νικᾷν γὰρ ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν, ἀλλ' οὐ νικᾶσθαι ὑπὸ τοῦ κακοῦ παραγγελλόμεθα)· οὕτως οὐδὲ τὸ κερδαίνειν ἀεὶ ἀγαθὸν, ἢ κακὸν τὸ ζημιοῦσθαι· ἀνάπαλιν δὲ συμβαῖνον θεωρεῖται. Ὥσπερ γὰρ ἡ κακὴ νίκη, ἧττα προφανὴς, ἧττα δὲ καλὴ, νίκη ὑπάρχει ἀληθής· οὕτως κέρδος μὲν ἔστιν ὅτε σωματικὸν ζημία μεγίστη τῷ κερδαίνοντι, ζημία δὲ αὖθις εἰς κέρδος ἀπέβη τῷ ζημιουμένῳ. Καὶ γὰρ

bitio bona, semper desiderandi et quærendi faciem Dei Jacob in Christo Jesu qui suscipientibus ipsum magis adhuc se tradit, tantum enim absistit ne ad alia se vertant qui ipsum appropinquant, ut magis sitiat ut sit sitis de ipso, hoc est, desiderari desiderat, amat amari et ipsum amantibus absque invidia semper se largitur. Usque eo enim superexcellens principium omnis bonitatis per dona ex omni parte bona et spiritualia his qui insatiabiliter fontem bonitatis desiderant, se immiscet. In his solis donis insatiabilis aviditas et ambitio quam maxime bona est et sanctis conveniens et perfecta; in corporalibus vero et avide quæsitis divitiis et gloria et omnibus fluentibus et transeuntibus ævi quod nunc est bonis, minoris partis et gradus esse, dignum est tolerare et gratias agere bonæ et omnium operatrici Providentiæ.

149 *Nec omnia, nec semper vincere studeas.*

Quemadmodum est vinci sive bene, sive male, sic est victoria legitime aut illicite: bene victus cedit qui philosophia optima et humilitate evangelica obtemperat omnibus injuste agentibus et de sibi nocentibus ultionem non exigit; male autem et miserabiliter vincitur quem ira et desideria a ratione aversa dominantur et ignave ad peccatum inducunt et expugnant. Pari modo legitime et tuto vincit qui in bona et placenti et perfecta Dei voluntate usque ad perfectionem absque immutatione confirmatur; vincit vero illicite et periculose qui injustitiæ et tyrannidis dominatione prævalet et innocentes opprimit et mactat. Tu ergo, o athleta Christi judicis in certamine, incitat virtutis institutor, ne in omnibus quæ putantur bona vincere certes, sed in his solis quæ bona revera sunt, scilicet divina et spiritualia; et in his ne semper et intempestive contendas, sed quando tempus est acceptabile. Melius est enim a Jesu et exemplis discipulorum ejus humiliatos vinci et superari, quam sese extollentes vincere et superare et ad impiorum normam in pios et humiles dominari. Est, inquit, et in mundo certantes videre non omnino victos eo quod inferius ceciderunt; evenit enim quando succubuisse hostibus visi sunt et humi jacuisse, qui subito pede insilientes in adversarios et surgentes superiores apparent; sic qui propter Christum et mandata sub iis qui tyrannidem exercere solent succumbunt, in humilitate sua vicerunt.

153 *Detrimentum aliquod patiare; id enim sæpe [lucrum est.*

ζεσθαι καὶ ἀκαθάρτων μὴ ἅπτεσθαι, μήπως τῇ πρὸς τοὺς ἀσεβεῖς ῥυπωθεὶς ἐπιμιξίᾳ, ἐσχάτων καθαρσίων καὶ τοῦ ἐν πυρὶ βαπτίσματος καὶ τῆς βασάνου τῶν ἁμαρτωλῶν δεηθῇς. Τοσαύτην πρὸς τὴν τῶν τετραστίχων γνωμῶν ἐξήγησιν τῆς θεολογικῆς φρενὸς καὶ διανοίας ταῖς αὐτοῦ πρεσβείαις καὶ ἐλλάμψεσιν ἐν ἐπιτόμῳ διελθόντες, δῶμεν δόξαν καὶ αἴνεσιν καὶ εὐχαριστίαν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Σὺ μὲν σύνοψιν πρακτικῆς θεωρίας (14)
Τετράστιχον βροντήσας ὑψηλὴν, Πάτερ·
Ἡμεῖς δ' ἀναπλώσαντες ἐν σοὶ τὸ σθένος
Αὐτῆς χάριν καὶ γνῶσιν ἐπληθύναμεν.

impiorum commercio inquinatus, ultimis in expiationibus et igneo baptismate et peccatorum pœnis sortem necessariam habeas. Talem tetrastichorum sententiis refertorum commentarium paucis emensi, exponentes theologicum spiritum et intelligentiam ipsius splendore decoram, gloriam, laudem et gratiarum actionem demus Patri et Filio et sancto Spiritui, in sæcula sæculorum. Amen.

Tu quidem synopsin practicæ theoriæ
In tetrastichis tonans sublimem Pater dedisti;
Nos vero explicantes tuum vigorem
Ejus operis gratiam et doctrinam multiplicavimus.

(14) Exstat hoc tetrastichon etiam in ed. Venet. fol. 55. V. ita inscriptum : Στίχοι ἰαμβικοὶ τοῦ φιλοσόφου κυρίου Νικήτα τοῦ καὶ Δαβὶδ τοῦ ἑρμηνεύσαντος τὰ τετράστιχα καὶ τὰ λοιπὰ ἔπη τοῦ μεγάλου Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου.

GREGORII NAZIANZENI CARMEN DE LIBRIS CANONICIS (15)

CUM ANONYMI INTERPRETATIONE

(Ex codice Typographei Synodalis, in-fol. num. XXVIII, fol. 78, 79.)

Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου
ἐκ τῶν συμμέτρων αὐτοῦ ποιημάτων,
Περὶ τοῦ, *Τίνα χρὴ ἀναγινώσκεσθαι βιβλία τῆς Παλαιᾶς καὶ τῆς Νέας Διαθήκης*.

—

Ὄφρα δὲ μὴ ξείνῃσι νόον κλέπτοιο βίβλοισι·
Ἵνα δὲ μὴ ἀλλοτρίαις τὸν νοῦν ἀπατᾷ βίβλοις·
Πολλαὶ γὰρ τελέθουσι παρέγγραπτοι κακότητες·
Πολλαὶ γὰρ ὑπάρχουσι ψευδῶς γεγραμμέναι κακίαι.
Δέχνυσο τοῦτον ἐμεῖο τὸν ἔγκριτον, ὦ φίλ', ἀριθμόν·
Δέχου τοῦτον ἐμοῦ τὸν δεδοκιμασμένον, ἢ ἐξητασμένον, ἢ κεκυρωμένον, ὦ φίλε, ἀριθμόν.
Ἱστορικαὶ μὲν ἔασι βίβλοι δυοκαίδεκα πᾶσαι
Ἱστορίας περιέχουσαι μέν εἰσι βίβλοι δώδεκα πᾶσαι.
Τῆς ἀρχαιοτέρας Ἑβραϊκῆς σοφίης·
Τῆς Παλαιᾶς δηλονότι Γραφῆς.
Πρωτίστη Γένεσις, εἶτ' Ἔξοδος, Λευϊτικόν τε·
Πρώτη Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικόν.
Ἔπειτ' Ἀριθμοὶ, εἶτα Δεύτερος νόμος·
Ἔπειτ' Ἰησοῦς καὶ Κριταὶ, Ῥοὺθ ὀγδόη·
Ἡ δ' ἐνάτη δεκάτη τε βίβλοι, Πράξεις βασιλήων·
Εἰ γὰρ καὶ τέσσαρές εἰσιν αἱ βίβλοι τῶν Βασιλειῶν, ἀλλ' εἰς δύο παραλαμβάνονται καὶ ἀριθμοῦνται.
Καὶ Παραλειπόμεναι, ἔσχατον Ἔζραν ἔχεις.
Καὶ αἱ δύο τῶν Παραλειπομένων, μία λογίζεται βίβλος.
Αἱ δὲ στιχηραὶ πέντε, ὧν πρῶτος Ἰὼβ,
Ἔπειτα Δαβὶδ, εἶτα τρεῖς Σολομώντειαι·
Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα καὶ Παροιμίαι.
Καὶ πένθ' ὁμοίως Πνεύματος προφητικοῦ·
Μίαν μέν εἰσιν ἐς γραφὴν οἱ δώδεκα·
Ὠσηὲ, Ἀμώς τε καὶ Μιχαίας ὁ τρίτος·
Ἔπειτ' Ἰωὴλ, εἶτ' Ἰωνᾶς καὶ Ἀβδίας,
Ναούμ τε, Ἀββακούμ τε καὶ Σοφονίας·
Ἀγγαῖος, εἶτα Ζαχαρίας καὶ Μαλαχίας.
Μία μὲν οἵδε· δευτέρα δ' Ἡσαΐας·
Ἔπειθ' ὁ κληθεὶς Ἱερεμίας ἐκ βρέφους·

(15) Ed. nov. p. 259.

Εἶτ' Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιήλου χάρις.

Αἱ δώδεκα βίβλοι τῶν ἀπηριθμημένων ἄνω προφητῶν μία, φησὶ, λογίζεται. Τέσσαρες δὲ αἱ τῶν ἄλλων τεσσάρων προφητῶν βίβλοι, ἑκάστου μία λογιζομένη.

Ἀρχαίας μὲν ἔθηκα δύο καὶ εἴκοσι βίβλους,
Τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασιν ἀντιθέτους.

Ἀρχαίας μὲν, φησὶν, ἤτοι τῆς Παλαιᾶς Γραφῆς, ἔγραψα βίβλους εἴκοσι δύο, τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασιν ἀντιθέτους, ἤγουν ἰσοθέτους καὶ ἰσαρίθμους· λαμβάνεται γὰρ ἡ « ἀντὶ » πρόθεσις καὶ ἐπὶ τοῦ ἴσου, ὥσπερ λέγομεν ἀντίτεχνον καὶ ὁμότεχνον. Στοιχεῖα μὲν γὰρ τοῖς Ἑβραίοις εἴκοσι καὶ δύο λέγονται εἶναι.

Ἤδη δ' ἀρίθμει καὶ νέου μυστηρίου·
Ματθαῖος μὲν ἔγραψεν Ἑβραίοις θαύματα Χριστοῦ·
Μάρκος δ' Ἰταλίῃ. Λουκᾶς Ἀχαιΐδι.
Πᾶσι δ', Ἰωάννης κήρυξ μέγας οὐρανοφοίτης·
Ἔπειτα Πράξεις τῶν σοφῶν ἀποστόλων.
Δέκα δὲ Παύλου τέσσαρές τ' Ἐπιστολαί.
Ἑπτὰ Καθολικαὶ, ὧν Ἰακώβου μία·
Δύο δὲ Πέτρου, τρεῖς δ' Ἰωάννου πάλιν·
Ἰούδα δ' ἐστὶν ἑβδόμη. Πάσας ἔχεις.
Εἴ τι δὲ τούτων ἐκτὸς, οὐκ ἐν γνησίοις.

Ἀπαριθμήσας καὶ τὰ τῆς Νέας Γραφῆς ὁ Ἅγιος βιβλία, ἐπήνεγκεν, ὅτι εἴ τι τούτων τῶν ἀπηριθμημένων ἔξω ἐστὶν, οὐ γνήσιον λογίζεται, ἀλλὰ νόθον.

ANONYMI PARAPHRASIS EJUSDEM CARMINIS

Ex codice manuscripto bibliothecæ Sanctissimæ Synodi, num. LIII.

Pulchrum est sermonibus vacare spiritalibus, eosque mente et lingua in deliciis habere, et dominicæ legi assiduam impendere operam. Ex hoc enim licet tria sint oblata necesse est unum prosit. Nam vel laborum præmium a Deo accipimus, abditorum revelationem; vel, quod quidem perutile, divinis præceptis impellimur ad virtutem; vel tertio abstrahimur a terrestribus spiritalium cura et meditatione. Enimvero, sicut cum frumento simul crescit zizania, et cum rosis gemmant spinæ, sic et cum authenticis sacrorum Librorum adulterini oriuntur; ne animo decipiaris, nec adventitios quasi nostros ducas, ascriptum numerum, amice, disce a me, huncque accipiens et quasi proprium observans, alios repudia. Historici quidem sunt omnes libri veteris Hebræorum sapientiæ duodecim. Primus Genesis, Exodus deinde, post hæc Leviticus et Numeri; dein Legis complementum, seu Deuteronomium. Josue postea, dein Judices, octavusque Ruth historia. Libri duo Regum nonum et decimum complent numerum; dein Paralipomeni, Esdrasque ultimus. Sunt autem et versificati quinque, quorum primus Job labores, secundus David psalterion, tresque Salomonis, qui res naturæ sapit Ecclesiastes, divinum Canticum, et moralia Proverbia. Deinde prophetici sunt alii quinque: simul in unum librum congregati sunt duodecim, nempe Osee, Amos, Michæas, Joël, Jonas, Abdias, Nahum, Habacuc et Sophonias nonus, Aggæus, Zacharias et denique Malachias: qui quidem liber unus propheticus. Secundus autem Isaias maximus, deinde ab ætate prima vocatus Jeremias, post quem

Καλὸν καὶ λόγοις ἐνασχολεῖσθαι πνευματικοῖς, καὶ διανοίᾳ καὶ γλώσσῃ τούτοις ἐπεντρυφᾷν, καὶ τῷ νόμῳ Κυρίου διαπαντὸς ἐμμελετᾷν. Τριῶν γὰρ ἕν γέ τι πάντων κερδαίνειν ἐπάναγκες ἐκ τούτου. Ἢ γὰρ τῶν πόνων ἔπαθλον ἐκ Θεοῦ λαμβάνομεν, τὴν τῶν κεκρυμμένων ἀποκάλυψιν, ἢ τοῦτο (16) λυσιτελὲς, τὸ κεντρίζεσθαι πρὸς ἀρετὴν θείοις προστάγμασιν, ἢ κατὰ τρίτον λόγον, ἀπαγόμεθα τῶν γηΐνων, τῇ περὶ τὰ πνευματικὰ μερίμνῃ καὶ σχολῇ. Ἐπεὶ δὲ, ὥσπερ τῷ σίτῳ συναναφύονται τὰ ζιζάνια, καὶ τοῖς ῥόδοις συνανατέλλουσιν ἄκανθαι, οὕτω καὶ ταῖς γνησίαις τῶν ἱερῶν Βίβλων νόθοι συναναφαίνονται· ἵνα μὴ τὸν νοῦν παρακλαπῇς, καὶ ἀνδέξῃ τῶν ξένων, ὡς ἡμετέρων, τὸν ἔγκριτον ἀριθμὸν, ὦ φίλος, ἐξ ἐμοῦ μάνθανε, καὶ τοῦτον δεχόμενος, καὶ ὡς οἰκεῖον περιέπων, ἀποποιοῦ τὸ ἀλλότριον. Ἱστορικαὶ μέν εἰσιν αἱ πᾶσαι βίβλοι τῆς παλαιᾶς τῶν Ἑβραίων σοφίας δύο πρὸς ταῖς δέκα. Πρώτη Γένεσις, Ἔξοδος μετέπειτα, μεθ' ἃ τὸ Λευϊτικὸν, καὶ ἐφεξῆς οἱ Ἀριθμοί. Εἶθ' ἡ καλουμένη Ἐπινομὶς, ἤτοι τὸ Δευτερονόμιον. Ἰησοῦς μετὰ ταῦτα, μεθ' ὃν οἱ Κριταὶ καὶ ἡ ἱστορία τῆς Ῥοὺθ ὀγδόη. Βίβλοι δύο τῶν Βασιλειῶν τὸν ἔνατον καὶ δέκατον ἀποπληροῦσιν ἀριθμόν. Μεθ' ἃς τὰ Παραλειπόμενα καὶ ὁ Ἔσδρας ἔσχατος. Εἰσὶ δὲ καὶ στιχηραὶ καλούμεναι πέντε, ὧν ἡ πρώτη τὰ τοῦ Ἰὼβ ἀθλήματα, ἡ δευτέρα Δαβὶδ ψαλτήριον, καὶ Σολομώντειαι τρεῖς, ὁ τὰ φυσικὰ φιλοσοφῶν Ἐκκλησιαστὴς, τὸ θεολογικὸν Ἆσμα καὶ αἱ ἠθικαὶ Παροιμίαι. Ὡς (f. πρὸς) δὲ καὶ τοῦ προφητικοῦ χαρίσματος ἕτεραι πέντε, ὁμοῦ μὲν εἰς μίαν συγκεφαλαιούμεναι βίβλον αἱ δώδεκα. Λέγω δὴ τὸν Ὡσηὲ, τὸν Ἀμὼς, τὸν Μιχαίαν, τὸν Ἰωὴλ, τὸν Ἰωνᾶν, τὸν Ἀβδιοῦ, Ναοὺμ,

(16) *Fort.* τοῦτο τό.

Ἀμβακοὺμ καὶ Σοφονίαν ἔνατον, Ἀγγαῖον, Ζαχαρίαν καὶ Μαλαχίαν μετέπειτα. Αὕτη μὲν βίβλος μία προφητική. Δευτέρα δὲ Ἡσαΐας ὁ μέγιστος, ἔπειτα ὁ ἀπὸ βρέφους κληθεὶς Ἱερεμίας, μετ' αὐτὸν Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιὴλ ὕστερον. Παλαιὰς μέν σοι ταύτας ἐξεθέμην βίβλους δύο πρὸς ταῖς εἴκοσι, τοῖς τῶν Ἑβραίων ἰσαρίθμους γράμμασιν. Ἤδη δέ μοι δέχου καὶ ὅσα τῆς Καινῆς Διαθήκης. Πρῶτος Ἑβραίοις συνεγράψατο Ματθαῖος ὁ ἱερὸς τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον. Δεύτερος ἐν Ἰταλίᾳ Μάρκος ὁ θεῖος. Τρίτος ἐν Ἀχαΐᾳ Λουκᾶς ὁ πάνσοφος. Ὁ δέ γε τὰ οὐράνια βροντήσας Ἰωάννης κοινῇ πᾶσιν εὐηγγελίσατο. Μεθ' οὓς αἱ θεοσημεῖαι καὶ Πράξεις τῶν σοφῶν ἀποστόλων, καὶ Παύλου τοῦ θεοκήρυκος Ἐπιστολαὶ δέκα καὶ τέσσαρες. Καὶ Καθολικαὶ ἑπτὰ, ὧν μία μὲν Ἰακώβου τοῦ Ἀδελφοθέου, δύο δὲ Πέτρου τοῦ Κορυφαίου, καὶ Ἰωάννου πάλιν τοῦ εὐαγγελιστοῦ τρεῖς. Ἑβδόμη δ' ἐστὶν Ἰούδα τοῦ Ζηλωτοῦ. Πάσας ἔχεις τὰς ἐγκεκριμένας καὶ δεκτάς. Εἰ δέ τις εὑρεθείη τούτων ἐκτὸς, οὐ μετὰ τῶν γνησίων τέτακται.

Ezechiel, ac Daniel ultimus. Veteres quidem tibi hos exposuimus libros duos supra viginti, pari ac Hebraicæ litteræ numero. Jam nunc autem a me accipe quot sint Novi Testamenti. Primum ad Hebræos conscripsit Matthæus sanctus ipsum Evangelium; secundus in Italia Marcus divinus; tertius in Achaia Lucas omni sapientia præditus; atque cœlestia tonans Joannes omnibus simul prædicavit Evangelium. Post quos divina miracula actusque sapientium apostolorum, et Pauli Dei præconis Epistolæ decem et quatuor; et Catholicæ septem, quarum una quidem Jacobi fratris Dei, duæ autem Petri apostolorum principis, et Joannis rursus evangelistæ tres; septima vero est Judæ Zelotæ. Omnes habes approbatos acceptosque libros; si quis autem inveniretur præter illos, non authenticis ascribendus erit.

S. CÆSARIUS

GERMANUS FRATER B. GREGORII THEOLOGI.

—

NOTITIA.

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, tom. VI, Proleg. p. III.)

—

I. Cæsarius, trium filiorum novissimus (*a*) quos ante episcopatum e conjuge Nonna lectissima femina susceperat Gregorius Nazianzi antistes, ingenio atque integritate plurimum præstitit. Domo egressus discendique ardore succensus Alexandriam se contulit, eo adhuc tempore doctrinarum omnium gymnasium haud immerito existimatam (*b*). Inde autem digressus, litteris jam humanioribus, præcipue vero philosophicis disciplinis egregie satis excultus, artisque medicinæ apprime gnarus, Constantinopolim perrexit, quo pariter Gregorius Theologus germanus ejus frater Athenis redux commigrarat. Ea porro in urbe regia magnam adeo nominis celebritatem brevi est consecutus (*c*), « ut publici honores nobileque matrimonium ac senatoria dignitas eidem fuerit oblata : quin et communi decreto ab imperatore Constantio, qui tunc in Italia degebat, per legatos petitum sit, ut principem urbem viro eruditorum principe honestari vellet, atque ad cæteras ipsius laudes hanc accedere, ut Cæsario et medico et cive ornaretur, » καὶ τοῦτο προστεθῆναι πᾶσι τοῖς ὑπὲρ αὐτῆς (πόλεως) διηγήμασι, τῷ Καισαρίῳ καλλωπίζεσθαι καὶ ἰατρῷ καὶ οἰκήτορι. Verum ille, his omnibus posthabitis, ac pietati erga parentes præ cæteris rationem habens, in patriam redeuntem fratrem suum Gregorium sequi maluit.

II. Deinceps vero cum jam doctrinæ suæ primitias patriæ urbi consecrasset, tum demum aulæ sese addixit, domusque augustæ archiater creatus est, quo tempore Julianus ὁ παραβάτης rerum potiebatur : invitis plane ipsius parentibus, maxime vero fratre Gregorio, qui propterea gravissimas ad eumdem litteras dedit (*d*). Morem gessit germano monenti Cæsarius; ejusque consilio, postquam egregium fidei Christianæ specimen coram imperatore apostata exhibuit (*e*), ex ejus aula pedem referens, ad suos revertitur. Porro sublato e medio Juliano, sub Valente quæstoris munere in Bithynia perfunctus esse auctor noster comperitur : qui proinde ad sui officii partes explendas dum Nicææ ageret, anno Christi 368 desinente, terræ motu longe post hominum memoriam maximo urbe illa funditus eversa, ex tanto periculo solus idem ex illustribus viris aut certe cum admodum paucis divinitus servatus fuit, ipsis ruinis protectus (*f*). Et terræ quidem motu superior fuit, morbo vero non item : quo correptus, sacro tum demum suscepto baptismate, omniumque bonorum suorum pauperibus relictis hæredibus, eadem in urbe paulo post supremum diem obiisse videtur. Quamvis enim varia sit virorum doctissimorum sententia de loco quo Cæsarius e vivis excessit; aliis quidem ubi mortuus ille fuerit nusquam memoriæ proditum asserentibus (*g*); aliis vero in patria ipsum decessisse apud sanctos parentes Gregorium episcopum et Nonnam existimantibus (*h*) : attamen ex Theologo ejus fratre constat (*i*), Cæsarium extra patriam, *in medio munere*, ἐν ἀρχῇ μέσῃ θνήσκει, ad superos evolasse, ejusque cineres ex Bithynia Nazianzum fuisse delatos (*j*).

...Κόνιν ἐκ Βιθυνῶν δεξάμεθ' αὖ σε πέδου.

Cinerem e Bithyniæ solo te rursum suscepimus.

III. Maxima ingenii vi præstantem fuisse Cæsarium, omneque doctrinæ genus tanta animi contentione pertractasse, ut longo intervallo plerosque post se reliquerit, testis est locuples idem Gregorius (*k*) : « Omnia, inquit, ut unum excoluerat, et singula rursum ut omnia. Atque ut volucri ingenio præditos, studio et diligentia, ita studiosos

(*a*) Greg. Naz. orat. x [nunc vii], pag. 198, et carm. LIV [nunc viii] edit. Murat.
(*b*) Id. orat. vii, pag. 198.
(*c*) Id. ibid.
(*d*) Id. epist. xvii [nunc vii].
(*e*) Id. orat. x [nunc vii], pag. 198.
(*f*) Id. ibid.
(*g*) Bolland. *Act. SS. Febr.* tom. II, pag. 496, n. 6. Tillem. *Mém. eccl.* tom. IX, pag. 396.
(*h*) Baron. ad ann. 368, § IX.
(*i*) Greg. Naz. carm. *De vita sua*. Opp. tom. II, vers. 370
(*j*) Id. carm. LX [nunc XIV] edit. Murat.
(*k*) Id. orat. x (nunc vii], pag. 198, et carm. LVIII [nunc XII] edit Murat.

et industrios, ingenii celeritate superabat : vel, ut rectius loquar, ingeniosos ingenio, et laboriosos studio, et eos qui utraque re pollebant, utraque præcellebat. » Sub tanti ergo viri nomine *Dialogi* IV circumferuntur, in quibus præ cæteris abditissima theologiæ arcana reserantur. Ex antiquioribus ejusmodi opus Photio perlectum fuisse comperimus (*l*); qui κεφάλαια ἐκκλησιαστικὰ ipsum appellat, ejusque scriptorem, Gregorium cui cognomentum *Theologus*, cum aliis agnoscit. Neque porro Suidam latuisse idem opus videtur, dum ait (*m*), *varia scripsisse itemque contra Græcos* Cæsarium, ἔγραψε διάφορα καὶ κατὰ Ἑλλήνων. Et recte quidem, licet aliter visum Tillemontio (*n*). Primum enim multijuga doctrina et eruditione referti noscuntur hi Dialogi, variisque contexti quæstionibus, non solum ex theologica facultate, sed etiam ex mathematicis ac philosophicis disciplinis haustis; in quibus excolendis adeo excelluisse Cæsarium, ut primas inter quosque doctissimos ferret, ex ejus fratre Gregorio modo intelleximus : proindeque auctorem nostrum *varia* litteris consignasse, jure pronuntiaverit Suidas. Deinde vero *adversus Græcos* disputasse Cæsarium propterea dixerit idem lexicographus, quod ille fatum in primis astrologicum ex Bardesane copiose satis everterit (*o*).

IV. Photio præterea et Suidæ Michaelem Glycam subjicimus : quem duo loca, et alterum quidem de angelis (*p*), alterum vero de quarumdam gentium moribus (*q*), αὐτολεξεὶ excerpsisse comperimus (*r*). Quid quod ipsemet Gregorius Nazianzenus Cæsarii fratris Dialogorum sinceritatem astruere merito existimatur? Nimirum ille *certamina* enarrat (*s*), *quæ* suus germanus *pro veritate suscepit, et* SERMONES *quos* MULTOS ET FREQUENTES ET CUM MULTIS *habuit, non* ARGUTOS *solum, sed etiam admodum* PIOS *et ardentes* : τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας ἀγῶνας καὶ λόγους, οὓς πολλάκις καὶ πρὸς πολλοὺς συνεστήσατο, οὐ λογικῶς μόνον, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐσεβῶς τε καὶ διαπύρως. Quibus sane verbis Cæsarii quæstionum characteres expressos videas, quos paulo ante descripsimus (*t*). His quoque accedit codicum mss. auctoritas, quos excitant Lambecius (*u*) et Montfauconius (*v*) : ut propterea hinc etiam operis Cæsariani γνησιότης comprobetur. Plura in eamdem sententiam, et quidem scitu digna, laudatus Lambecius l. c., inter quæ illud potissimum advertas velim, scilicet in ipsius operis inscriptione pro ἐπὶ ἔτη κ′ legere virum illum doctum (*x*), ἐπὶ ἔτη ς′, hoc est *annos* VI pro XX. Unde objectio ea eliditur, quam primum ingerit Tillemontius (*y*). Reliqua vero quæ sive idem vir criticus sive alii adversus horum Dialogorum integritatem congerunt, ex iis demum quæ superius protulimus, satis esse diluta existimamus.

(*l*) Phot. *Bibl.* cod. CCX, p. m. 559.
(*m*) Suid. *Lexic.* tom. II, pag. 288.
(*n*) Tillem. *Mém. eccl.* tom. IX, pag. 702, not. 12, *Sur S. Grég. de Naz.*
(*o*) Cæsar. quæst. CIX-CXI.
(*p*) Id. quæst. LXI.
(*q*) Id. quæst. CIX.
(*r*) Mich. Glyc. *Annal.* part. I, pag. 80, et part. II, p. 143 edit. Paris.
(*s*) Greg. Naz. orat. X [nunc VII], pag. 166.
(*t*) Et in carmine olim 58, nunc 12, pag. 1143 :

Πᾶσαν, ὅση σοφίη λεπτῆς φρενὸς ἐν μερόπεσσι
　'Αμφὶ γεωμετρίην, καὶ θέσιν οὐρανίων,
Καὶ λογικῆς τέχνης τὰ παλαίσματα, γραμματικήν τε,
　'Ηδ' ἰητορίην, ῥητορικῆς τε μένος,
Καισάριος πτερόεντι νόῳ μοῦνος καταμάρψας,
　Αἲ αἲ πᾶσιν ὅμως νῦν κόνις ἔστ' ὀλίγη.

Omnem, quæcunque est, sapientiam inter homines subtilis mentis,
　Omnem circa geometriam, cælorumque posituram,
Et omnes logicæ colluctationes, grammaticamque
　Aut medicinam, rhetoricæque vim,
Cæsarius mente velocissima cum solus comprehendisset,
　Eheu! æqua cum omnibus sorte nunc cinis est exiguus.

Artes varias et disciplinas quibus operam Cæsarius dederat, hic habes. Et quod est ad geometriam ac astronomiam, audi Gregorium ipsum in orat. X de funere Cæsarii in hæc verba loquentem : Γεωμετρίας μέν γε, καὶ ἀστρονομίας, καὶ τῆς ἐπικινδύνου τοῖς ἄλλοις παιδεύσεως, ὅσον χρήσιμον ἐκλεξάμενος, etc. *Atque ex geometria quidem, et astronomia, et doctrina aliis periculosa quum quidquid utile erat collegisset*, etc. Prosequitur vero in eadem oratione Theologus, atque arithmeticam medicinamque artes Cæsario ita perspectas fuisse affirmat, ut nemo ita ineptus, ac pervicax foret, qui secundas illi daret, ac non bene secum agi duceret, si proximum Cæsario numerum obtineret primasque inter secundos ferret. Cæterum sub Cæsarii nostri nomine circumferuntur publicis sæpe typis editi *Dialogi* quatuor, in queis abditissima theologiæ arcana pertractantur. Non esse tamen hunc fetum S. Cæsario tribuendum, complurium eruditorum, puta Bollandi ad diem XXV Februarii in ejus *Vita*, Dupinii, Cavei, etc., sententia est. Nam, inquiunt ii, cur Gregorius ejus frater singulas Cæsarii laudes, artesque omnes, quibus instructus fuerat, diligenter enumerans, theologiæ studiis vel leviter imbutum ipsum fuisse, nunquam pronuntiavit? Quorsum Hieronymus in lib. *De script. eccles.* Cæsarium omisisset, Nazianzeni præceptoris olim sui fratrem, siquidem is tam eruditi operis auctor fuisset? Quod igitur in reliquis Gregorii de Cæsario scriptis animadverterunt doctissimi viri, id ego in his carminibus clarius etiam considero. Geometriæ, astronomiæ, logicæ, grammaticæ, medicinæ ac rhetoricæ mentionem Gregorius facit, quibus Cæsarius vacaverat : cur, si theologiæ quoque operam dedit, de illa ne verbum quidem habet? Quis ergo non videat, levibus illos argumentis niti, qui Cæsario nostro *Dialogos* hosce adjudicant? Dissimulandum tamen non est, Lambecium in tom. IV *Bibliothecæ Cæsareæ*, codice CVII, eruditam hac de re disquisitionem instituisse, ubi non abjudicandos Cæsario *Dialogos* istos omnibus nervis contendit. Potior fortasse ratio in iis Nazianzeni verbis est sita, quibus de Cæsario agens memorat τοὺς περὶ ἀληθείας ἀγῶνας, etc. Certe hæc ita quæstionem incertam dubiamque faciunt, ut Cæsarium *Dialogorum* illorum auctorem suspicari non temere quis possit. MURATORI.
(*u*) Lambec. *Comment.* lib. IV, pag. 51.
(*v*) Montfauc. *Bibl. biblioth.* tom. I, pagg. 544 A, 589 B, 593 B, 685 B; et tom. II, pag. 1396 A.
(*x*) Lambec. l. c. pag. 47.
(*y*) Tillem. l. c. pag. 701.

V. Unum tamen adhuc addere libet, ex ipsomet auctore desumptum. Nimirum inquit ille (z): « Non quædam proprie mea leviaque proferam : sed quæcunque clarorum beatorumque Patrum prata peragrans, de illorum roseto collegi. » Οὐκ οἰκεῖά τινα ἢ αὐτοσχέδια φράζων, ἀλλ' ὅσα τῶν ἀοιδίμων καὶ μακαρίων Πατρῶν τοὺς λειμῶνας ἐπελθὼν, τῆς ἐκείνων ῥοδωνιᾶς συνήγαγον. Hinc vero haud mirum, si ex Bardesane, Cyrillo Hierosolymitano aliisque vetustis auctoribus exscripta complura in Dialogis Cæsarii reperias. Si qua porro ex nonnullis scriptoribus Cæsario posterioribus petita iisdem in Dialogis occurrant, ea demum librariorum licentia intexta jure arguas. De variis autem operis editionibus, præ cæteris consulendus Fabricius (aa). Nos illam secuti sumus, quam interprete Joanne Leunclavio evulgavit Fronto Ducæus in Auctario *Bibliothecæ Patrum* Parisiensis. At eam multo emendatiorem typis excudendam curavimus : complura quippe loca integritati restituimus, adnotatis potissimum usi quæ in suis *Ecclesiæ Græcæ Monumentis* litteris consignavit doctissimus Cotelerius.

(z) Cæsar. quæst. I sub. fin.
(aa) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. VII, pag. 542, et tom. IX, pag. 448.

ΚΑΙΣΑΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΟΜΑΙΜΟΝΟΣ

ΔΙΑΛΟΓΟΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣ.

Πεύσεις προσαχθεῖσαι ἀπὸ Κωνσταντίου, Θεοχαρίστου, Ἀνδρέου, Γρηγορίου, Δόμνου, Ἰσιδώρου, Λεοντίου ἐπισκρίτῳ Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ, ὁπηνίκα ἐκρατήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει διδάσκων ἐπὶ ἔτη εἴκοσι.

—

CÆSARII SAPIENTISSIMI VIRI

FRATRIS GREGORII THEOLOGI

DIALOGI QUATUOR.

Quibus continentur explicationes quarumdam quæstionum de rebus gravibus propositarum Cæsario per Constantium, Theocharistum, Andream, Gregorium, Domnum, Isidorum, Leontium : quo tempore Cæsarius a secretis erat, et Constantinopoli docens, XX totos annos commorabatur.

—

DIALOGUS I.

INTERROGATIO I.

Qui navigant ingens et amplum mare, quam quidem diu secundis auris ex animi sententia vela faciunt, non sunt admodum vicinis de locis solliciti; sed si cooriatur adversus vehemensque ventus, qui tempestate concitata mortem paulo ante secure navigantibus minitetur, tum vero tranquillum aliquem portum offerri sibi magno desiderio expetunt. Itaque postquam oculos omnem ad terram objectam sibi circumtulerunt, ac nusquam appel-

ΔΙΑΛΟΓΟΣ Α'.

ΠΕΥΣΙΣ Α'.

Οἱ τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον διαπλέοντες θάλασσαν, ἕως μὲν ἐξ οὐρίας ἡδέως ποντοποροῦσι, μικρῷ τῶν παρακειμένων φροντίζουσιν· ἐπεὶ δ' ἂν ἐναντίος αὐτοῖς καὶ σφοδρὸς ἀντιπνεύσῃ ἄνεμος τὴν ζάλην διεγείρων, καὶ τὸν θάνατον ἀπειλῶν τοῖς πρὸ ὀλίγου ἀφόβως πλέουσι, τότε δὴ τὸν εὔδιον ἐπιποθοῦσι λιμένα, καὶ πᾶσαν τὴν ἀντικρὺ κειμένην περισκοποῦντες, μηδαμοῦ τε ἐνορμισθῆναι δυνάμενοι, λοιπὸν ἐπὶ τὴν πλησίον, εἰ τύχοι, νῆσον διὰ τῶν

πηδαλίων τὴν ὁλκάδα ἰθύνουσι, παντὶ τρόπῳ τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς πραγματευόμενοι. Ταύτῃ δὲ πλησιάσαντες, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν ἀκρωτηρίων ὑποφυγόντες ἀπεύκτου θανάτου περισωθέντες, εὐχαριστηρίους ἀναπέμπουσι φωνὰς τῷ σωτῆρι πάντων Θεῷ. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν, ὦ φιλότεκνε Πάτερ, τὴν πολύζαλον τοῦ βίου διαπλέοντες θάλασσαν, καὶ τοῖς κύμασι τῶν αἱρέσεων διαφόρως περιαντλούμενοι, καὶ μηδαμοῦ λιμένα λογικὸν εὑρίσκοντες, πρὸς τὴν σὴν ἥκαμεν ἀγάπην, δεόμενοι τὰ περὶ τῆς προσκυνητῆς καὶ ἁγίας Τριάδος, καὶ ἑτέρων κεφαλαίων τῆς ἁγίας Γραφῆς ἀκοῦσαι ἡμᾶς· ὅπως μὴ πλανώμεθα σὺν τοῖς ματαιόφροσιν, ἀλλ' ἐνισχυόμενοι τῇ ὑμῶν κατηχήσει, τοῦ κοσμικοῦ κλύδωνος κατὰ μικρὸν ἀψοφητὶ ἑαυτοὺς ἀπαγάγωμεν, καὶ εἰς τὸν ἀκύμονα Χριστοῦ λιμένα τὸ ψυχικὸν σκάφος ἡμῶν εἰσελάσαι σπουδάσωμεν, τῇ σῇ μελιῤῥύτῳ νουθεσίᾳ ἑπόμενοι.

lere se posse vident; quod unum restat, forte proximam aliquam ad insulam clavi adjumento dirigunt navem, ac nulla non ratione saluti suæ consulunt. Ad eam delati propius, ubi horrendo mortis e periculo servati, se in tutum sub promontoria receperunt; testes grati animi voces ad omnium servatorem Deum emittunt. Ita nos etiam, Pater optime, qui procellosum vitæ hujus mare trajicimus, absurdarumque opinionum fluctibus multipliciter exhausti, nullum usquam rationis participem portum invenimus, ad benignitatem tuam nos contulimus; utque nos cum de adoranda sacrosanctaque Trinitate, tum aliis sacrarum litterarum capitibus audias, obsecramus: ne cum insipientibus circumveniamur, sed confirmati doctrina, et admonitioni suavissimæ tuæ obsecuti, e mundi hujus tempestate paulatim nosmet taciteque subducamus, et participem animi naviculam nostram in secretum ab omni fluctu Christi portum agere studeamus.

Ἀπόκρισις.

Πολὺ μὲν ὑπερανιβέβηκε καὶ ὑπερφέρεται τὴν ἐμὴν ἔννοιαν ἡ τῶν θείων Γραφῶν ἀκριβεστάτη διήγησις, μήπω καθαρθεῖσαν, μηδὲ τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἀποθεμένην ἱμάτιον· οὔτε γὰρ οὐ δίκαιος δικαίῳ ἀνάκειμαι τῷ Θεῷ, ῥᾳθυμίᾳ κατακείμενος· οὔτε ὡς Δημιουργῷ καὶ πάντων καθηγητῇ πρυτάνει πρόσειμι παιδευθῆναι λόγους σωμάτων καὶ κρίσεως καὶ Προνοίας· οὔτε δ' ὡς Βασιλεῖ καὶ Δεσπότῃ ὁ τάλας παρίσταμαι· γυμνῇ γὰρ κεφαλῇ μέχρι καὶ νῦν ἐκλιπαρεῖν αὐτὸν οὐκ ἰσχύω, τὰ τοῦ κόσμου περιφέρων εἴδωλα, καὶ τῇ ἐκείνου σφαλερᾷ (1) καρηβαρούμενος, καὶ περὶ γῆν ἀραττόμενος. Καὶ συνελόντι φάναι, ὅταν πρὸς τὴν τῶν θείων ἴδω ὑπεροχὴν, αὖθις ἰλιγγιῶ, καὶ κραδαίνομαι, ὥσπερ οἱ ἔκ τινος ὑψηλῆς ἀκρωρείας εἰς ἀχανὲς κατακύπτοντες πέλαγος, ἢ, αὖ πάλιν, οἱ τὰς ὄψεις πεπληγότες, ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ τοῦ ἡλίου τὸν οὐρανὸν διϊππεύοντος, ἀτενὲς αὐτὸν ἀθρῆσαι πειρώμενοι, ὑπερβολῇ τῶν μαρμαρυγῶν καὶ τῇ ἐκεῖθεν λαμπρότητι ἀμαυρούμενοι τὴν ὅρασιν. Δεῖν τοίνυν ᾠήθην τῇ σιγῇ βοηθῷ χρήσασθαι. Ἀλλ' ἵνα μὴ τῇ παντελεῖ κωφώσει βασκανίας ὕποπτος ὑμῖν εἰκότως γένωμαι, τὸ εὐπειθὲς καὶ ὑπήκοον τῇ εἰκαίᾳ σιωπῇ διακρουόμενος· — τοῦ μὲν θεσπεσίου Δαβὶδ μελῳδοῦντος· *Πολλὰ ἐποίησας σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, τὰ θαυμάσιά σου· καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔτι τις ὁμοιωθήσεται· ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν.* Καὶ πάλιν· *Εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ· ἰδοὺ τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω, Κύριε· σὺ ἔγνως. Τὴν δικαιοσύνην σου οὐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μου· τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα· οὐκ ἔκρυψα τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς· σὺ δὲ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀφ' ἡμῶν.* Τοῦ δὲ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων δι' ἐγγράφου καθολικῆς παρεγγυῶντος ἕτοιμον ὑπάρ-

Responsio.

Meam vero intelligentiam accurata sacrarum litterarum explicatio longe excedit ac superat: quippe quæ purgata needum sit, crassæque in nobis materiei multis morbis obnoxiam vestem nondum deposuerit; nam socordia depressus, ad Deum qui justus est, ipse non justus erigi nequeo: non ipsum accedere mihi fas est, ut de corporeorum et corporis expertium, de judicii, de Providentiæ rationibus erudiar: cum et opifex, et dux, et gubernator sit omnium, non ut cum Rege ac Domino miser ipse versari possum: quippe qui capite nudo hactenus eum compellare audacter nequeo, cum mundi adhuc simulacra circumferam, et corrupta imagine quasi crapula gravatus, ad terram allidar. Ad summam, quoties divinarum rerum sublimitatem intueor, mox vertigine correptus tremo, illorum instar qui de excelso montis vertice in immensum mare prospectant; vel idem accidit mihi, quod iis qui dum et læsis oculis et puro meridie, sole cœlum perequitante, immoto hunc vultu intueri conantur, victi a nimia radiorum copia et orto ab iis splendore, videndi facultatem amittunt. Quapropter equidem existimavi silentii ope mihi utendum esse. Verum ne, si prorsus sim mutus, invidiæ merito meo me insimuletis, quasi qui facilitatem obsequendi vana taciturnitate repellam, — cum divinus ille Davides canat: *Multa tu, Domine, qui Deus es meus, admiranda fecisti; nemo tibi par esse cogitando potest; equidem hæc annuntiavi ac protuli, supra omnem numerum amplificata sunt* [1]. Item, *Magno in cœtu justitiam annuntiavi; ecce labia mea, Domine, non comprimam, sicut ipse nosti. Justitiam tuam meo in corde non occultavi; veritatem ac beneficium in salvando me tuum exposui; misericordiam et veritatem tuam frequente in concilio non celavi: tu quidem, Domine, miserationem tuam multiplicem nobis diu.*

[1] Psal. XXXIX, 6.

(1) Locus mutilus. Edit.

ne differto [2]. Itidem cum princeps apostolus præcipiat, ut ad reddendum rationem ea de spe quam fovemus, ad quemvis de hac re sciscitantem parati simus [3]: Paulus etiam clarissime clamet [4], esse nobis ipsius vestigiis inhærendum, imitandumque Christum: qui profecto et ipse divinitus præcepit [5], ut quæ gratis acceperimus, cum aliis vicissim gratis communicemus; omnesque vires in hoc contendamus, ut divina nobis in eum finem ab ipso credita talenta, quo augeantur, duplicemus, ne si vano hæc silentio tanquam in terra defoderimus, una cum pravo illo desideque servo de quo proditum est in Evangeliis [6], ad tenebras extimas abjiciamur: — metuendum mihi potius, quam silendum arbitror.

Est enim *sapientiæ principium, Domini timor* [7]: quemadmodum vates ille rerum divinarum prudens Davides loquitur. Præclarum sane, certo judicio considerateque silere, ac mundo quidem quasi mutum ac crucifixum, in prædicatione vero divinorum operum ad omnes illustrem ac perpetuo vocalem esse. Nimirum et summa cum voluptate muti divinis in rebus erimus, et nihilominus eas absque silentio tractabimus, exorantes divinum Numen in iis sane quæ animo perniciem afferunt, his verbis: *Adhibeto, Domine, custodiam ori meo, et circum labia mea quoddam ostium, quo coerceantur: neve cor meum ad sermones pravos deflectere patiaris* [8]. In illis vero, divina quæ sunt, et in quibus vivit animus: *Aperito labia mea, Domine, ac laudem tuam os meum annuntiabit* [9]. Quamobrem merito ad interrogationes vestras iterum accingar, sic tamen, ut et Deum orationis nostræ ducem constituam, et vestris ad hunc supplicationibus innitar. Libet enim illos imitari, qui ludos equestres perlubenter spectant. Solent hi cursuum in certaminibus ad eos quos favore suo complectuntur, tametsi ad summam illi celeritatem nihil reliqui faciant, victoriæ tamen studio de sellis gradibusque superioribus quasi toto cum viscerum motu, acclamationibus uti; oculisque una cum cursu circumactis, aurigam (uti quidem arbitrantur ipsi) majorem ad impetum excitant. Quin et equos acclamando cohortantur, proque flagello manum ad eos protendunt, et indice digito proximos sibi feriunt; neque malas tantum fricant, sed nonnunquam et dentem exacuunt, et vultu minantur, et totos se ad stadii cursores erigunt, digitisque gesticulando quæ facere sibi ad consequendum præmium videantur, indicant. Atque hæc non eo faciunt, quod ad victoriam quidquam momenti afferant, sed suam erga illos qui decertant benevolentiam amoremque tam voce quam gestu exprimunt. Idem ut et ipse faciam, amici ac fratres, quos equidem maxime suspicio, meum me studium erga vos cogit. Nam apud vos qui agiliter virtutis stadium percurritis, et ad supernæ vocationis præmium crebris et expeditis saltibus contenditis, non quædam propria mea leviaque pro-

χειν πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ πυθομένῳ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος· καὶ Παύλου δὲ τοῦ ὑψηλοῦ διαῤῥήδην βοῶντος, κατ' ἴχνος αὐτοῦ βαίνειν, καὶ Χριστὸν μιμεῖσθαι· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Χριστοῦ θεηγοροῦντος, δωρεὰν εἰληφότας ὁμοίως παρέχειν, καὶ παντὶ σθένει διπλασιάζειν τὰ παρ' αὐτοῦ ἡμῖν ἐπὶ ταῦτο πιστευόμενα θεῖα τάλαντα, μὴ ἐκεῖνα τῇ εἰκαίᾳ σιγῇ οἱονεὶ ἐν χέρσῳ κατορύττοντες, ἅμα τῷ ἐν Εὐαγγελίοις πονηρῷ καὶ ὀκνηρῷ οἰκέτῃ εἰς τὸ σκότος ἐκβληθῶμεν τὸ ἐξώτερον· — ἐνταῦθα οὖν ἄμεινον τῷ δέει, ἢ τῇ σιγῇ βοηθῷ χρήσασθαι.

Ἀρχὴ γὰρ *σοφίας φόβος Κυρίου*, φησὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός. Καλὸν γὰρ τὸ σιωπᾷν διακρίσει, καὶ λογισμῷ κρείττονι, καὶ οἱονεὶ κωφὸν καὶ ἐσταυρωμένον ὑπάρχειν τῷ κόσμῳ, ἐνεργῆ δὲ καὶ ἀσέφθογγον τῶν θείων ὀργάνων. Οὕτως γὰρ συμβήσεται ἡμῖν ἡ τῶν θεσπεσίων ἐράσμιος κώφευσις καὶ ἀσίγητος ὁμιλία, ὅταν ἐκλιπαροῦμεν τὸ Θεῖον· ἐπὶ μὲν τῶν ψυχοφθόρων βοῶντες· *Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου, καὶ μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας*· ἐπὶ δὲ τῶν θείων καὶ ζωοποιῶν· *Κύριε, τὰ χείλη μου ἀνοίξεις, καὶ τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου.* Εἰκότως οὖν αὖθις ἀποδύσομαι πρὸς τὰς ὑμῶν πεύσεις, Θεὸν καθηγεμόνα τοῦ λόγου ποιούμενος, καὶ ταῖς ὑμῶν πρὸς αὐτὸν ἱκετείαις ἐπερειδόμενος. Ἢ ὡς τοῖς παρ' αὐτῶν σπουδαζομένοις ἐν ταῖς ἁμίλλαις τῶν δρόμων, ἂν καὶ μηδὲν προθυμίας εἰς τὸ τάχος ἐλλίπωσιν, ὅμως τῇ περὶ τὴν νίκην σπουδῇ ἄνωθεν τῶν καθισμάτων καὶ βάθρων ἐπιβοῶσιν ἐξ εὐσπλαγχνίας αὐτῆς· καὶ τὸν ὀφθαλμὸν τῷ δρόμῳ συμπεριάγοντες, διεγείρουσιν, ὡς οἴονται, εἰς ὀξυτέραν ὁρμὴν τὸν ἡνίοχον, ἐπικλαγγάζοντες ἅμα τοῖς ἵπποις· καὶ ἀντὶ μάστιγος τὴν χεῖρα κατ' αὐτῶν παρατείνοντες, καὶ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τοῖς ἐχομένοις παίοντες, καὶ τὴν παρειὰν παρακνώμενοι· πολλάκις δὲ καὶ τῶν ὀδόντων παραθήγουσι, καὶ ἀπειλοῦσι, τῷ βλέμματι αὔτανδροι ἐπὶ τοὺς σταδιοδρομοῦντας διανιστάμενοι, χειρονομοῦντες αὐτοῖς τὰ δοκοῦντα πρὸς τὸ ἔπαθλον· οὐχ ὅτι συντελεῖ πρὸς τὴν νίκην τὰ δρώμενα, ἀλλ' εὐνοίᾳ τῇ πρὸς τοὺς ἀγωνιζομένους, φωνῇ τε καὶ σχήματι τὸν πρὸς ἐκείνους ἔρωτα διαγράφοντες. Ὅπερ καὶ αὐτὸς τῷ πρὸς ὑμᾶς πόθῳ ποιεῖν ἀναγκάζομαι, φίλων ἐμοὶ καὶ ἀδελφῶν τιμιώτατοι, ὠκυπόδως ἐνάρετον διαθέουσι στάδιον, καὶ πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως πυκνοῖς τε καὶ κούφοις συντεινομένοις τοῖς ἅλμασι· οὐκ οἰκεῖά τινα ἢ αὐτοσχέδια φράζων, ἀλλ' ὅσα τῶν ἀοιδίμων καὶ μακαρίων Πατρῶν τοὺς λειμῶνας ἐπελθὼν τῆς ἐκείνων ῥοδωνιᾶς συνήγαγον· ὧν τὰ ῥόδα τῷ ἐκ πλευρᾶς ὕδατι τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου σαρκωθέντος ἄρδεται, καὶ τῷ ξὺν ἐκεῖθεν αἵματι ἐρυθραίνεται· οἳ κόσμον ὅλον εὐωδιάζονται λάμποντες καὶ δᾳδουχοῦντες ὑπὲρ τοὺς φωστῆρας τοῦ στερεώ-

[2] Psal. xxxix, 10 12. [3] I Pet. III, 15. [4] Philipp. III, 17. [5] Matth. x, 8. [6] Matth. xxv, 30. [7] Psal. cx, 9. [8] Psal. cxl, 3, 4. [9] Psal. L, 17.

ματος, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες· ὧν οὐδέποτε ἡ θρυαλλὶς πίπτει, οὐδὲ ὁ λύχνος συντρίβεται, οὐ δαπανᾶται τὸ ἔλαιον, ἡ λυχνία οὐ σείεται, ὁ πυρσὸς οὐ μαραίνεται· ῥάβδον δὲ σταυρὸν περιφέρουσι, καὶ πήραν τὰ Εὐαγγέλια, καὶ τὴν ἀγάπην καλαύροπά τε καὶ σύριγγα, ἐν αὐτοῖς τὸ λογικὸν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ νέμοντες. Πύθεσθε οὖν, ἀξιάγαστοι, περὶ ὧν ἥκατε, τὰ θεῖα ἐκείνων σπέρματα παρὰ τῆς ἐμῆς ἀσθενείας ἀμώμενοι.

feram, sed quæcunque clarorum Patrum prata peragrans, de illorum roseto collegi: quorum rosæ aqua latere Dei ac Verbi, qui carnem assumpsit, manante rigantur et ab jugi sanguinis indidem orti rivo, rubro colore tinguntur, totumque mundum suavi odoris fragrantia replent: qui et splendore suo firmamenti luminaria vincunt, et vitæ sermonem continent, quorum ellychnium nunquam decidit, et lucerna non comminuitur, et oleum non absumitur, et lampas non quassatur, et flamma non exstinguitur; nam crucem gestant pro virga, Evangelia pro pera, charitatem pro pedo ac fistula, quibus omnibus Christi gregem rationis participem pascunt. Quamobrem, viri optimi, sic ea proponite, de quibus percunctatum accessistis, ut qui divina horum semina messuri ex me, homine cæteroqui vili, sitis.

ΠΕΥΣΙΣ Β'.

Ἐπεὶ δή τινας ἀλόγους καὶ βλασφήμους φωνὰς παρ' ἐνίων ἀκούομεν, περὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, λεγόντων, κτιστὸν μὲν εἶναι τὸν Υἱὸν καὶ τῷ Πατρὶ ἀνόμοιον· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐν ὑπηρέτου καὶ ἀποστόλου τάξει τετάχθαι, καὶ ἔτι ἀλογωτέρας καὶ ταπεινοτέρας τὰς περὶ αὐτῶν δόξας διαλαμβανόντων· ἀξιοῦμέν σου τὴν φιλότεκνον ἀγάπην δι' ἐπιτόμου ῥηθῆναι ἡμῖν ὡς ἔχει τὰ περὶ τῆς θείας καὶ προσκυνητῆς Τριάδος.

Ἀπόκρισις.

Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων, φησὶν ὁ θεῖος Ἰάκωβος. Ἀλλ' ἐρεῖς εἰκότως· Ποίων ἄρα φώτων; Κυρίως μὲν καὶ πρώτως ἀληθινὸν φῶς ὁ Πατὴρ, καθώς φησιν Ἰωάννης ὁ Θεολόγος· *Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία ἣν ἠκούσαμεν ἀπ' αὐτοῦ*, δηλονότι τοῦ Υἱοῦ, *καὶ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ Θεὸς φῶς ἐστιν, καὶ σκοτία οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ οὐδεμία.* Φῶς δὲ καὶ ὁ Υἱὸς, καθὼς ὁ αὐτός φησιν· *Ἦν γὰρ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον.* Αὐτὸ δὲ τὸ ἄϋλον καὶ ἀνύκτερον φῶς, τὸ πάσης νοερᾶς τε καὶ λογικῆς φύσεως φωτιστικὸν ἐν Εὐαγγελίοις φησίν· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου.* Φῶς δ' ὑπάρχειν καὶ τὸ θεῖον Πνεῦμά φημι, συνᾴδων τῷ θεσπεσίῳ Δαβίδ· *Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς.* Ἐν γὰρ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ὁρῶμεν τὸν Υἱὸν καὶ Θεόν· ἐν δὲ τῷ Υἱῷ, τὸν Πατέρα· ἐν ἀμφοῖν δὲ, τὸ Πνεῦμα, καθώς φησιν ὁ Υἱὸς, *Ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν τῷ Πατρί·* καὶ, *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Περὶ δὲ τοῦ Πνεύματός φησι, *Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ ἐκ Πατρὸς ἐκπορευόμενον.* Ἐν φωτὶ οὖν τῷ Πατρὶ, φῶς τὸν αὐτοῦ Παῖδα καὶ Λόγον ὁρῶμεν· καὶ ἐν φωτὶ τῷ Υἱῷ, φῶς τὸ Πνεῦμα ὁρῶμεν. Εἰκότως οὖν νοείσθω, τρία ἐν ἀλλήλοις φῶτα, ἀσυναλείπτως καὶ ἀχωρίστως ἡνωμένα. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐπὶ πάντων Θεὸς, καὶ Πατὴρ ὁ παντοκράτωρ οὐ γεννητὸς, οὐκ αἰτιατὸς ὑπάρχει· γεννήτωρ δὲ καὶ αἴτιος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς πηγὴ ποταμοῦ, ὡς ἀκτῖνος ἥλιος, ὡς φλογὸς τὸ πῦρ· αἰτία μὲν, οὐ προγενεστέρα δέ. Ὁμοίως καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν αἴτια μὲν, οὐ μεταγενέστερα δέ· οὕτως καὶ

INTERROGATIO II.

Quando igitur ex nonnullis voces quasdam abhorrentes a ratione et exsecrandas audimus, qui et de unigena Dei Filio et de Spiritu sancto asserunt, illum quidem creatum, Patrique dissimilem: hunc vero ministri loco ac conditione esse, nonnullas etiam his absurdiores abjectioresque de utroque commenti opiniones: per eam te charitatem obsecramus, qua nos ut liberos tuos complecteris, ut quid de divina et adoranda Trinitate sit statuendum, breviter nobis exponas.

Responsio.

Omne bonum donum, munus omne perfectum de supernis oritur, et a luminum Patre descendit, quemadmodum divinus vir Jacobus inquit [10]. At qualiumnam, non immerito quæsiveris, luminum? Nimirum et proprium, et princeps, et verum lumen est ipse Pater, sicut Joannes ille cognomento Theologus his verbis scripsit: *Hæc est illa annuntiatio, quam nosmet ex ipso*, Filio scilicet, *audivimus, Deum esse lumen, et caliginem in ipso nullam esse* [11]. Deinde Filius quoque lumen est, sicut idem Joannes ait: *Erat is lumen verum, quod venientem in hunc mundum omnem hominem illuminat* [12]. Quin et ipsum hoc ab omni crassa materie caligineque secretum lumen, quod omnem naturam intelligentia præditam ac rationis participem illuminat, in Evangeliis inquit: *Ego sum mundi lumen* [13]. Sanctum etiam Spiritum lumen esse, divino Davidi assentiens ajo: *In lumine*, ait, *tuo lumen videbimus* [14]. Nam in Deo ac Patre Filium et ipsum Deum, atque in Filio Patrem, Spiritum autem in utroque cernimus, quemadmodum Filius ait: *Pater in me est, et ego in Patre* [15]. *Qui vidit me, Patrem vidit.* De Spiritu vero inquit: *Spiritus veritatis, qui de Patre procedit* [16]. Itaque in lumine, quod est Pater, lumen aliud, nimirum ipsius Verbum ac Filium cernimus, et in lumine quod est Filius, lumen Spiritum videmus. Quamobrem ratione consentanea tria in seipsis lumina intelligantur, omni sine tam confusione quam separatione unita. Extra quam quod omnipotens ille Deus ac Pater, qui supra universa est, non est genitus, non ortus ab alio, tanquam causa: genitor autem et causa ipsius Filii sicut fons flu-

[10] Jac. I, 17. [11] I Joan. I, 5. [12] Joan. I, 9. [13] Joan. VIII, 12. [14] Psal. XXXV, 10 [15] Joan. XIV, 9, 10. [16] Joan. XV, 26.

minis, sicut sol radii, sicut ignis flammæ. Horum ergo sicut sunt illa quidem causæ, non tamen hæc ortu præcedunt: sic Filius est quidem is a Patre, tanquam a causa et genitore, ab æterno ineffabiliter genitus: non tamen tempore posterior, non inferior potestate, non inæqualis majestate. Nimirum semper et in Patre, et ex Patre, et cum Patre exsistit, eique sine confusione, sine separatione, sine immutatione adest.

ὁ Υἱός· ἐξ αἰτίου καὶ γεννήτορος τοῦ Πατρὸς ἀϊδίως ἀφράστως γεννηθεὶς, οὐ μεταγενέστερος δὲ χρόνῳ, οὐκ ἐλάσσων δυνάμει, οὐκ ἀνόμοιος δόξῃ· ἀεὶ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ σὺν τῷ Πατρὶ ὢν, ἀσυναλείπτως, ἀχωρίστως, ἀμεταβλήτως ξυνὼν τῷ γεννήτορι.

INTERROGATIO III.

Et qui potest is qui ex Patre genitus est, et exiit, cum Patre et in Patre exsistere? Nam quod semel est genitum, atque ab eo quo continebatur, exiit, quo pacto rursum erit in gignente?

Responsio.

Nimirum Filius ac Spiritus non hominum more per fluxionem sectionemve, aut dimensionem ex Patre prodierunt, sed ut ex fonte flumina, quæ quidem ex eo et in eo et cum eo sunt: ut ex sole radii qui in eo, et cum eo, et ex eo sunt: ut flamma et lux de igne, cum igne, in igne exsistunt. His enim rebus equidem usus hæc declaravi, obscure sane rem explicantibus, sed ab imagine tamen non prorsus abhorrentibus. Filius ergo qui est in Patre, de eodem prodiit, et cum Patre exsistit, et infinitis sæculis erit, quemadmodum ipse inquit: *Ego in Patre sum, et Pater est in me* [17]. Quibus verbis et eamdem utriusque naturam sive essentiam, et nulla ex parte diversam utriusque divinitatem, et parem denique potestatem esse significat. Rursus cum ait: *Ego de Patre sum egressus, atque in mundum veni* [18]: diversitatem proprietatemque personæ demonstrat. Porro divinus sanctissimusque Spiritus non ille quidem est genitus, sed procedit, atque eo ipso quod de Patre procedit, a Patre tanquam causa oritur. Davides quidem, sacrosanctæ Trinitatis enarrator, *Verbo Domini*, inquit, *constabiliti sunt cœli, et Spiritu oris ipsius omnis cœlestis exercitus* [19]. Quibus et illa Zachariæ verba sunt consentanea: *Robustæ sint Zorobabeli et Josedeci sacerdotis, et populi manus; quoniam ego vobiscum sum, et Verbum meum, et Spiritus meus. Hæc Domini omnipotentis verba sunt* [20]. Pater igitur non est genitus, Filius genitus, Spiritus procedit; quæ tria sunt in seipsis lumina; non confunduntur, lucent eodem lumine, lucent æternum, indivise per hypostases sive personas distinguuntur, et sine confusione sunt unum essentia supernaturali, et conjunctione mentis vim superante, et distantia nullam dimensionem admittente. Atque tres hypostases deitatis unam essentiam in totidem naturas non dividunt: ita unitas essentiæ fontem illum deitatis tribus ostiis æternum fluentem, in unam sive personam sive hypostasin neque commiscet neque contrahit. Ergo et Pater lumen est, et Filius est lumen, et Spiritus itidem sanctus: et nihilo tamen minus hi tres unum lumen exsistunt, quod est supra omne tempus, et ante sæcula, et ex-

ΠΕΥΣΙΣ Γ'.

Καὶ πῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς καὶ ἐξελθὼν, σὺν τῷ Πατρὶ καὶ ἐν τῷ Πατρὶ δύναται εἶναι; Τὸ ἅπαξ γεννηθὲν καὶ προελθὸν τοῦ ἔχοντος, πῶς πάλιν ἐν τῷ γεννήσαντι ἔσται;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἴσα βροτοῖς κατὰ ῥεῦσιν ἢ τομὴν, ἢ διάστασιν, ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς προῆλθον, ἀλλ' ὡς ἐκ κρήνης ποταμοὶ, ἐξ αὐτῆς καὶ ἐν αὐτῇ καὶ σὺν αὐτῇ ὄντες· καὶ ὡς ἐκ τοῦ ἡλίου αἱ μαρμαρυγαὶ, ἐν αὐτῷ καὶ σὺν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ· καὶ ὡς ἡ φλὸξ καὶ τὸ φῶς, ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ σὺν αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ. Ἀμυδροῖς μὲν, ἐοικόσι δὲ, τῇ εἰκόνι χρησάμενος ἔφην. Τοίνυν ἐν τῷ Πατρὶ ὢν ἐξῆλθεν, καὶ σὺν τῷ Πατρὶ ὑπάρχει, καὶ ἔσται εἰς τοὺς αἰῶνας· καθὼς αὐτός φησιν· *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*· τὸ ταὐτὸν τῆς οὐσίας καὶ τὸ ἀπαράλλακτον τῆς θεότητος καὶ ἰσοσθενὲς ἐκ τούτων δηλῶν. Καὶ πάλιν· *Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον*· τὸ ἑτεροῖον καὶ ἰδιάζον τοῦ προσώπου παριστῶν. Τὸ δὲ θεῖον καὶ πανάγιον Πνεῦμα, οὐ γεννητὸν μὲν, ἐκπορευτὸν δὲ, καὶ αἰτιατὸν ἐξ αἰτίου τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ, ὁ τῆς θείας Τριάδος ἐξηγητὴς, *Τῷ Λόγῳ Κυρίου*, φησὶν, *οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.* Ζαχαρίας δὲ τούτοις συμφωνῶν· *Ἰσχυέτωσαν*, φησὶν, *αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ, καὶ αἱ χεῖρες Ἰωσεδὲκ τοῦ ἱερέως, καὶ αἱ χεῖρες τοῦ λαοῦ· διότι ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ ὁ Λόγος μου, καὶ τὸ Πνεῦμά μου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.* Ἀγέννητος οὖν ὁ Πατὴρ, γεννητὸς ὁ Υἱὸς, ἐκπορευτὸν τὸ Πνεῦμα, ἐν ἀλλήλοις φῶτα· μήτε συναλειφόμενοι, ὁμόφωτοι, ἀείφωτοι, ἀδιαιρέτως χωριζόμενοι ταῖς ὑποστάσεσιν ἤτε προσώποις, καὶ ἀσυναλείπτως ἑνούμενοι τῇ ὑπερουσίῳ οὐσίᾳ, καὶ ὑπὲρ νοῦν συναφείᾳ, καὶ διαστάσει ἀδιαστάτως. Καὶ οὔτε αἱ τρεῖς ὑποστάσεις εἰς τοσαύτας φύσεις τέμνουσι τὴν μίαν τῆς θεότητος οὐσίαν, οὔτε ἡ μία οὐσία εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συνελείφθη, καὶ συναιρεῖται τὴν τρίστομον καὶ τρισαένναον κρήνην τῆς θεότητος. Φῶς τοίνυν ὁ Πατὴρ, φῶς ὁ Υἱὸς, φῶς τὸ θεῖον Πνεῦμα· ἀλλ' οἱ τρεῖς, ἓν ὑπάρχουσιν φῶς, ὑπὲρ χρόνον προαιώνιον, ἄναρχον, τριπρόσωπον, τρισυπόστατον, τριδέσποτον, τρίθρονον, τριλαμπὲς, τριαυγὲς, ἰσολαμπὲς, ἀναλλοίωτον, ἀμείωτον, ἀνύκτερον, ἀχείρωτον, ἀλώβητον, μία οὐσία, μία συσθένεια, μία εὔκλεια, μία βασιλεία, μία θεότης, ἓν θέλημα, δρᾶμα

[17] Joan. xv, 10. [18] Joan. xvi, 28. [19] Psal. xxxii, 6. [20] Zach. iv, 6, 9.

καὶ πρόσταγμα· πᾶσα ἑνότης καὶ ἰσότης καὶ ταὐτότης ἐν Τριάδι, πλὴν ἀγεννησίας καὶ γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως, ἑκάστης ὑποστάσεως ἰδιαζόντως οὔσης καὶ ἐσομένης, οὐκ ἀρξαμένης, οὐ παυσαμένης, ἀλλ' ἀεὶ ὡσαύτως ἐχούσης καὶ ἀμεταβλήτου μενούσης. Ἀεὶ γὰρ ὑπῆρχεν ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ· ἀεὶ ὢν Πατὴρ Παιδὸς μονογενοῦς, αὐδῆς ἐνυποστάτου, πάντα δρώσης, ἀεὶ ξυνόντος αὐτοῖς τοῦ θείου Πνεύματος, καὶ συμπροσκυνουμένου παρὰ πάσης νοερᾶς τε καὶ λογικῆς φύσεως. Οὐ πρόγονός τις ἐξ αὐτῶν οὐδ' ἐπίγονος, οὐκ αὔξων, οὐ λήγων κατὰ τὸ αἰσθητὸν φῶς, ἢ τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις· αἱ ταὐτὸν μὲν τῇ οὐσίᾳ πᾶσαι ὑπάρχουσαι (ὁμοίως καὶ αἱ λογικαὶ βροτῶν ψυχαὶ, ταὐτὸν ὑπάρχουσαι τῇ οὐσίᾳ πᾶσαι), αἱ μὲν τυγχάνουσι τάξει, αἱ δὲ στάσει, ἕτεραι δὲ παραστάσει καὶ λειτουργίᾳ, ἐπιβολαῖς καὶ μεταβολαῖς καὶ μετατροπαῖς, αὐθαιρέτως πρὸς τὸ χεῖρον ἢ κρεῖττον ῥέπουσαι, οὐκ ἀνάγκῃ δὲ φυσικῇ ἐκπίπτουσαι κατὰ τὸ μεῖζον καὶ ἧττον· ἐν τούτοις τὸ διάφορον ἔχουσαι τῆς ὑπεροχῆς. Φῶς δὲ καὶ ὁ βροτὸς προσαγορεύεται, φῶς καὶ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καλεῖται· φῶς καὶ ἡ ποικίλη τῶν ἄστρων χορεία κατωνόμασται. Ἀλλὰ τῶν εἰρημένων πλείστων ὑλικῶν καὶ διαφόρων φώτων, πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως ποιητὴς καὶ δημιουργὸς ὑπάρχει τὸ ἀληθινὸν καὶ ἄϋλον φῶς, ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς καὶ Πατὴρ, σὺν τῷ μονογενεῖ αὐτοῦ Παιδὶ καὶ θείῳ Πνεύματι· ὁ ἀσώματος, ὁ ἀόρατος, ὁ ὑπερούσιος καὶ ὑπεράγνωστος, ὁ τοῦ μὲν Υἱοῦ γεννήτωρ, τοῦ δὲ Πνεύματος προβολεὺς, κατὰ φύσιν ἀφάτως, ἀχρόνως, πρὸ τῶν αἰώνων· οὐ γὰρ πρόγονον ἢ ἐπίγονον, οὐ προϋπάρχον ἢ ἐπείσακτόν τι ἐν τῇ θείᾳ Τριάδι, οὐ προαιώνιον, οὐ *τήμερον*, οὐκ *ἐπέκεινα*. Τρία γὰρ ὑπάρχει ἀεὶ, τρία συνάγια, τρία ξυνάναρχα, τρία ἔμπρακτα, τρία σύμπρακτα, τρία ἔμμορφα, τρία σύμμορφα, τρία ἐνεργὰ, τρία συνεργὰ, τρία ἐνυπόστατα, τρία συνυπόστατα, οὐ μεταβαλλόμενα καὶ μεταχωροῦντα, ἢ μιγνύμενα εἰς ἄλληλα. Ἀεὶ γὰρ ὁ Πατὴρ, καὶ μόνον Πατὴρ, οὐχὶ καὶ Υἱός· ἀεὶ Υἱὸς ὁ Υἱὸς, καὶ μόνον Υἱός· οὐχὶ δὲ καὶ ὁ Πατήρ. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα, οὔτε Πατήρ ἐστιν, οὔτε Υἱός· ἀλλ' ἐκπορευτὸν ἀναλλοιώτως. Ἀμεταβλήτως ἔχουσιν ἀεὶ τὸ ἑστὼς καὶ ἰδιάζον καὶ ὑπερτέλειον, κατὰ τὴν οἰκείαν ἕκαστος ὑπόστασιν· Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριὰς ἐν μονάδι ἐστί τε καὶ νοεῖται, καὶ ὁμολογεῖται καὶ προσκυνεῖται, παρὰ τῶν ἐν ἀληθείᾳ καὶ οὐ σχήματι καὶ βλασφημίᾳ προσκυνούντων· ὡς Ἄρειος, διαιρῶν καὶ ζυγοστατῶν, μεῖζον καὶ ἧττον ἐν τῇ θείᾳ Τριάδι φανταζόμενος· ἢ ὡς Σαβέλλιος συναλείφων καὶ συγχέων, υἱοπατορίαν μεμηνότως παιδεύων. Ἰσοσθενὴς τοίνυν ἡ θεία Τριὰς, ἰσοκλεὴς, ἰσομεγέθης, μᾶλλον δὲ ὑπερκλεὴς, ὑπερμεγέθης, καὶ πάσης καταλήψεως ὑπερτέρα, ἐν μιᾷ θεότητι καὶ βασιλείᾳ, καὶ ῥώμῃ καὶ αὐθεντίᾳ, πάντα ἐκ μηδενὸς ὑποκειμένου φυσιουργήσασα, τὸ δ' ὅπως, ἐκείνην τὴν ἀκρίβειαν καταλείψωμεν· *Οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τὸν Υἱόν τις ἐπίσταται, εἰ μὴ ὁ Πατήρ.* Ἀποκαλύπτει δὲ βροτοῖς ἐκείνους τὸ θεῖον Πνεῦμα. Οὐκοῦν ταῦτα τρία ὄντα, οὐκ αὔξοντα, οὐ λήγοντα, οὐ κορυφούμενα, οὐ συναγό-

pers principii, et personas tres habet, et tres hypostases, et tres Dominos, et thronos tres, et trinam lucem, et trinum splendorem et lucis æqualitatem; immutabile, nulli obnoxium diminutioni, caliginis expers, invictum, interitui minime subjectum; una essentia, potestas una, una gloria, unum regnum, una divinitas, una voluntas, actus, imperium. Denique nonnisi unitas, æqualitas, identitas est in Trinitate, extra proprietatem ingeniti, et geniti, et procedentis: unaquaque hypostasi singillatim et exsistente, et exstitura; non aliquando orta, non desinente, sed eodem se modo semper habente, ac manente citra mutationem omnem. Semper enim exstitit Deus ac Pater, qui quidem semper est Pater unigenæ Filii, Verbi subsistentis, a quo facta sunt universa, quibus et divus ille Spiritus semper adest, unaque cum ipsis ab omnibus intelligentia rationeque præditis creatis adoratur. Nemo in his vel prior est natu, vel posterior; non accrescit, non imminuitur instar luminis, quod sub sensum cadit, vel instar earum quæ supra mundum sunt copiarum: quæ cum universæ natura sua idem exsistant (quemadmodum et animi hominum rationis participes idem natura sua sunt omnes), partim tamen ordine, partim statione, partim assistendi ministrandique munere differunt, ac per incrementa et mutationes et conversiones, libero animi consilio vel in melius vel deterius propendentes, non aliqua naturali necessitate magis minusve degenerant, excellentibus aliis alias secundum ea, quæ indicavimus, discrimina. Quin et homini luminis appellatio tribuitur, et soli, et lunæ, et vario reliquorum siderum choro: quorum tamen maximo numero luminum, de materie constantium, multisque partibus ac modis inter se diversorum auctor est et opifex verum illud et expers materiei lumen, nimirum Deus et Pater, qui est supra omnia, cum unigena Filio suo, divinoque Spiritu, incorporeus, sub aspectum non cadens, omni et natura et cognitione superior: qui Filium genuit, et Spiritum produxit ratione secundum naturam ineffabili, sine ullo tempore, ante sæcula: non enim quidquam vel majus vel minus natu, non quidquam prius exsistens adventitiumve divina in Trinitate vel *anterius* est, vel est *hodie*, vel *deinceps* erit. Nimirum tria semper exsistunt, tria sunt ejusdem sanctitatis, tria simul experti principii, tria agentia, tria simul agentia, in eadem forma, tria conformia, tria efficacia, tria effectionibus conjuncta, tria subsistentia, tria simul subsistentia, quæ non mutantur, neque transeunt, neque miscentur inter se. Nam semper exsistit Pater, et quidem solummodo Pater est, non etiam Filius; semper exsistit Filius, et quidem solummodo Filius est, non etiam Pater; similiterque divinus ille Spiritus nec Pater est, nec Filius; sed omni sine mutatione procedit: semper habent id quod singulis est peculiare, perfectione summa,

pro sua unusquisque hypostasi: nimirum Pater, Filius, Spiritus sanctus, in unitate Trinitas et est, et intelligitur, et profitendo perhibetur, et adoratur ab iis qui vere, non speciei causa, vel blaspheme adorant ut Arius qui et Dei naturam distrahit, et ad trutinam revocat, et majus ac minus divina in Trinitate imaginatur: vel ut Sabellius, qui eamdem commiscet ac confundit, et υἱοπατορίαν, hoc est, Patris Filiique confusionem singulari furore docet. Quapropter statuamus Trinitatem parem potentia, gloria, amplitudine, vel potius summa cum gloria et amplitudine, omnem animi perceptionem superantem; idque in una divina natura, regno, robore, libera potestate, quæ universam rerum naturam de nulla materie subjecta fabricata sit. Quomodo autem hæc sese habeant, id vero accurate pervestigare supersedeamus. Nam *nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium quis novit nisi Pater*[21]. Mortalibus autem eos divus ille Spiritus patefacit. Atque in hunc modum hæc tria sic exsistunt, ut nec accrescant, nec minuantur, nec altius insurgant, nec contrahantur, et singula ex se, vel a se, vel ad se, ratione ipsis consentanea, tam intelligantur quam credantur: quemadmodum seipsa patefaciunt lumen, ignis, spiritus. Quin et per alias, ut equidem arbitror, visionum comparationes et similitudines patefiunt, prout dignus is habitus fuerit, qui divinas res tractat.

μενα, ἐξ αὐτοῦ ἢ παρ' αὐτοῦ ἢ πρὸς αὐτὸν ἕκαστα ἀξίως νοούμενα, καὶ ὀρθῶς πιστευόμενα· καθὼς ἑαυτὰ ἀποκαλύπτει φῶς, πῦρ, πνεῦμα, καὶ ἑτέραις, οἶμαι, ὁράσεων παραβολαῖς καὶ ὁμοιώσεσι, καθὼς ἄξιος φανείη τοῖς θείοις διακονούμενος.

INTERROGATIO IV.

At enim qui Moyses scribit, *Deus ille tuus, unus est Dominus*[22]; et in Annæ hymno dicitur: *Non est quisquam sanctus, ut Dominus; non est quisquam justus, ut Deus noster; non est quisquam sanctus extra te*[23]; quin et ipse Christus ait: *Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum;* non inquit (*Jesum*) *Deum*[24]?

Responsio.

Enimvero Christus his verbis a deitate seipsum non eximit, sed potius ad unius rerum principis ac Dei agnitionem nos in sublime ducit, ne mundi elementis amplius suppliciter addicti simus, ac Dei loco nostris conservis cultum divinum exhibentes, ad deorum multitudinem exorbitemus. Idcirco cum ait, *et quem misisti Jesum Christum*, quemnam hunc esse dicit nisi Deum? sicut et Joannes inquit: *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit*[25]. Quibus sunt consentanea quæ Paulus de Christo scripsit: *Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia*[26].

ΠΕΥΣΙΣ Δ'.

Καὶ πῶς Μωϋσῆς γράφει, *Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν*· ἐν δὲ τῇ ᾠδῇ, ἡ Ἄννα, *Ὅτι οὐκ ἔστιν ἅγιος ὡς ὁ Κύριος, καὶ οὐκ ἔστι δίκαιος ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἅγιος πλὴν σοῦ*· αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς λέγει, *Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθῆ Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν*· καὶ οὐκ εἶπε, *Θεόν*;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐχ ὑπεξάγων ἑαυτὸν τῆς θεότητος ὁ Χριστὸς τοιάδε φησιν, εἰς μοναρχίαν δὲ καὶ θεογνωσίαν ἀνάγων ἡμᾶς μᾶλλον, ἵνα μηκέτι ὦμεν τοῖς στοιχείοις τοῦ κόσμου ἱκετεύοντες, καὶ ἀντὶ Θεοῦ τοῖς συνδούλοις λατρεύοντες, καὶ εἰς πολυθεΐαν εἰδώλων ὑποφερόμενοι. Φησὶ γοῦν, *Καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν*. Τίνα τοῦτον, ἀλλ' ἢ Θεόν; καθὼς φησιν ὁ Ἰωάννης· *Ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο*. Συμφώνως δὲ τούτοις Παῦλος γράφων περὶ Χριστοῦ, *Ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός*.

INTERROGATIO V.

Si ergo Patri æqualis est Filius, cur in Joannis et Pauli monumentis litterarum non adorationis eo cultu afficitur quo Pater, cui veri Dei appellationem illi tribuunt?

Responsio.

Ergone quisquam poterit universe receptam Joannis epistolam subvertere, quæ in extremo clamat: Jesus Christus, *hic verus Deus est, et vita æterna*[27]? Et alio quodam loco de Patre dicit, *Deus est lumen*[28], neque adjicit vocem, *verum*. Ergone dicere audeamus Patrem non esse verum lumen?

ΠΕΥΣΙΣ Ε'.

Εἰ οὖν ἴσος τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, διατί μὴ προσκυνεῖται τοῖς Ἰωάννου καὶ Παύλου γράμμασιν, ὡς ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν; (*sic*)

Ἀπόκρισις.

Ἆρ' οὖν οἷος ὑπάρχεις ὑποσπάσασθαι τὴν καθολικὴν Ἰωάννου Ἐπιστολὴν, πρὸς τῷ τέλει βοῶσαν, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς *οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ζωὴ αἰώνιος*; Καὶ ἑτέρωθεν, περὶ μὲν τοῦ Πατρός φησιν, ὅτι *φῶς ὁ Θεὸς*, καὶ οὐ πρόσκειται *τὸ ἀληθινόν*. Τολμητέον ἄρα φῆσαι, μὴ εἶναι φῶς ἀληθινὸν τὴν Πατέρα;

INTERROGATIO VI.

Satis abs te Patris et Filii demonstrata est æqualitas. Quamobrem quod reliquum est, cupimus etiam de Spiritu sancto fateri opera tua, verum hunc Deum dici.

ΠΕΥΣΙΣ Ϛ'.

Περὶ μὲν τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἱκανῶς ἀπέδειξας τὴν ἰσότητα. Λοιπὸν δὲ, ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ζητοῦμεν τοῦ ἀληθινοῦ συμφωνίου (2).

[21] Matth. xi, 27. [22] Deut. vi, 4. [23] I Reg. ii, 2 apud LXX. [24] Joan. xvii, 3. [25] Joan. i, 18. [26] Rom. ix, 5. [27] I Joan. v, 20. [28] I Joan. i, 5.

(2) *Συμφωνίου*. An legendum *συμφωνίαν*? Edit.

Ἀπόκρισις.

Ἱκανὸς τούτου παιδευτὴς αὐτὸς ὁ Υἱός. *Ἐὰν γὰρ ἐγὼ ἀπέλθω*, φησὶν, *ἐκεῖνος ἔρχεται τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας.*

ΠΕΥΣΙΣ Ζ'.

Καὶ ἡ Γραφὴ κτιστὸν δείκνυσι τὸ Πνεῦμα, λέγουσα· *Κύριος στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα.*

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ θείου ἐνταῦθα Πνεύματός φησι τὸ γράμμα. Οὐ πρόσκειται γὰρ τῷ κτιζομένῳ τὸ *ἅγιον*· ἀλλὰ ψιλῶς φησι, *Κτίζων πνεῦμα*, τὸ ἐπὶ κινήσεως νεφῶν καὶ ἐνέργειαν (3) ὑετοῦ πνέον, δι' οὗ καὶ ὁ τῆς βροντῆς εἰκότως ἀποτελεῖται ἦχος, ἐν ταῖς κοιλότησι τῶν νεφῶν ἐναπολαμβανομένου τοῦ πνεύματος, καὶ τῇ διαῤῥαγῇ καὶ πνοιᾷ καταχροτοῦντος τὰ ὑποκείμενα· κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐν ὄρνισιν, ἢ κτήνεσι πεφυκότος ὑμένος ἐξιτήλου καὶ διαφανοῦς πομφόλυγος· ὅντινα τὰ σοβαρὰ καὶ ἀπαίδευτα μειράκια κομιζόμενα, καὶ τῷ ἀέρι ἀναξηραίνοντα, τῷ σφῶν πνεύματι διατείνουσιν, εἶτα κρύβδην πατάξαντές τινα τῷ ἤχῳ τῆς περιῤῥαγῆς τοὺς περιεστῶτας ἐκ ξυσπλενδίας (*sic*) αὐτῆς καὶ βάθους καρδίας ἐθρόησαν.

ΠΕΥΣΙΣ Η'.

Καὶ πῶς χειμῶνος τῶν αὐτῶν ὄντων πνευμάτων, καὶ σφοδροτέρων μᾶλλον, οὐ γίνονται οἱ τῆς βροντῆς κτύποι;

Ἀπόκρισις.

Ἐπινοτιζομένων τῶν νεφῶν καὶ μαλακουμένων τῇ τοῦ ἀέρος παχύτητι, καὶ ὁμιχλώδους καὶ ὑγρᾶς τῶν ἐγκεκραμένων τῇ χέρσῳ κρηναίων τε καὶ ποταμίων ὑδάτων, οὐκ ἀποτελεῖται ὁ τῆς διαῤῥαγῆς ἦχος· οὐ καθ' ὅλης μέντοι ἠπείρου ταῦτα συμβαίνει, ἀλλ' ἐν τοῖς χειμερίοις αὐτῆς κλίμασι μόνοις, κατὰ τὴν εἰκόνα σκυτάλης ἢ μεμβράνης· ἡλίῳ μὲν διαψυσσομένων, μηδὲ τὴν ἀφὴν ἄψοφον ἔχειν, νοτιζομένων δὲ, μηδὲ τὴν διαῤῥαγὴν σημαίνειν ἢ συστολήν. Πηλουμένου τοίνυν καὶ παχυνομένου τοῦ περὶ γῆν ἀέρος, δοκῶ μὴ ἐξακούεσθαι τὸν ἴκμαρον τῆς βροντῆς ἦχον. Εἰκότως νοείσθω τὸ τοῦ ἀνέμου πνεῦμα κτίζεσθαι φάσκειν τὴν Γραφήν· διὸ καὶ τῇ βροντῇ συντέτακται.

Responsio.

Id vero Filius ipse nos abunde docet, cum ait: *Ego si abiero, veniet ille, qui Spiritus est veritatis* [29].

INTERROGATIO VII.

Atqui Litteræ sacræ Spiritum creatum esse significant, cum aiunt: *Qui solidum efficit tonitru, et spiritum creat* [30].

Responsio.

At non hic de divino Spiritu sermo est. Nam spiritui creato sancti appellatio non adjicitur, sed nude dicitur: *qui spiritum creat:* nimirum qui stat in hoc, ut nubes commoveat et efficiat imbres, per quem et tonitrus sonum fieri consentaneum est, spiritu in concavitatibus nubium intercepto, et perruptione flatuque subjecta supplodente: prorsus uti fieri videmus in avium vel jumentorum vesica quæ tenui pellucidæque bullæ consimilis est. Hanc enim petulantes maleque morati pueri sumptam, et aere siccatam, suo spiritu extendunt, ac deinde clanculum eam ferientes, fragoris sono circumstantes toto cum viscerum motu et imo corde perterrefaciunt.

INTERROGATIO VIII.

Et qui fit, ut cum hiberno tempore sint iidem spiritus, imo etiam vehementiores, tonitruum tamen fragores illi non accidant?

Responsio.

Cum nubes madidæ sunt, ac factæ molliores ob crassitiem aeris, et caliginosam humidamque aquarum evaporationem, tam quæ fontibus, quam quæ fluviis continentur, et terræ mistæ sunt, strepitus ille fragoris orti de perruptione nubium non efficitur: quod quidem non ubivis terrarum accidere solet, sed tantum in climatibus ejus hiemi plus æquo subjectis. Ac licet hic imaginem de scutica membranave petere, quæ si a sole sunt arefactæ, ne contingi quidem citra strepitum possunt. Verum ubi maduerunt, sonum plane nullum edunt, sive adeo rumpantur, sive complicentur. Eodem modo si quasi luteus fit, crassusque circa terram aer, exaudiri non posse fluidum laxumque sonum illum tonitrus arbitror. Debetis igitur existimare, Litteras sacras dicere, spiritum illum ventosum a Deo creari: qua ipsa de causa vox hæc tonitrui conjuncta est.

ΠΕΥΣΙΣ Θ'.

Καλῶς περὶ τοῦ Πνεύματος διδαχθέντες, τὰ περὶ τοῦ Υἱοῦ προστεθῆναι παρακαλοῦμεν. Τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς Γραφῆς λεγόμενον, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*, περὶ αὐτοῦ εἰρῆσθαι τινὲς διδάσκουσιν, ὅτι κτιστὸς καὶ τοῦ Πατρὸς ὕστερος.

Ἀπόκρισις.

Περὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ φημὶ κἀγὼ τὸ ῥῆμα, οὐ μέντοι περὶ τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἀλλὰ τῆς ἐκ Μαρίας αὐτοῦ σαρκός. Ἄκτιστος γὰρ θεότητι, κτίζεται τῷ προσλήμματι. Οὐ γάρ φησιν ἡ θεία Γραφὴ περὶ τοῦ Πατρὸς, Κτίζων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ· ἀλλ',

INTERROGATIO IX.

Quando recte nos de Spiritu erudisti, petimus uti de Filio quædam adjicias. Quod enim sacris in Litteris perscriptum legimus: *Dominus me creavit, initium viarum suarum ad opera sua* [31], id de Filio plerique dictum volunt, esse videlicet hunc creatum, ac Patre posteriorem.

Responsio.

Etiam ipse de Filio dictum illud accipio, non tamen de ipsius divinitate, sed de carne, quam ex Maria sumpsit. Increatus enim respectu divinitatis, ejus ratione creatur quod assumpsit. Nec enim Litteræ sacræ de Patre sic loquuntur, Qui creat ho-

[29] Joan. XVI, 7, 13. [30] Amos IV, 13. [31] Prov. VIII, 22.

(3) Ἐνέργειαν. Forte leg. ἐνεργείας. EDIT.

minibus Unctum suum, sed, Qui annuntiat hominibus Unctum suum, Deum scilicet illum verum, immutabilem, non creatum, coæternum Patri, et cum eo subsistentem ante sæcula : de quo Joannes clamat, *Qui est in sinu Patris* [32]; et qui Mosem Pharaoni dicere jubet : non, Is qui conditus aliquando est (de sententia stolidorum quorumdam et insipientium), sed, *Qui est, ad te me ablegavit* [33]. Ipse denique de se per Paulum ait : *Christus qui est Deus super universa* [34].

Ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, τὸν ἀληθινὸν καὶ ἄτρεπτον Θεὸν, τὸν ἀναλλοίωτον, τὸν ἄκτιστόν τε καὶ συναΐδιον τῷ Πατρὶ, πρὸ αἰώνων ξυνυπάρχοντα· Ἰωάννου μὲν βοῶντος, *Ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρός*· αὐτὸς Μωσεῖ ἐντέλλεται ἐρεῖν τῷ Φαραὼ, οὐχ, Ὅ ποτε κτισθεὶς (κατὰ τοὺς εἰκαιοβούλους καὶ ματαιόφρονας), ἀλλ', *Ἐρεῖς*, φησὶν, « *Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με.* » Αὐτὸς δὲ περὶ ἑαυτοῦ ἐν Παύλῳ φησὶ, *Χριστὸς ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός.*

INTERROGATIO X.

Imo de Patre scripsit hoc Moses, *Qui est, ad te me ablegavit*, non de Christo.

ΠΕΥΣΙΣ Ι'.

Ἀλλὰ Μωϋσῆς περὶ τοῦ Πατρὸς ἔγραψε τὸ, *Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με*, οὐ γὰρ περὶ Χριστοῦ.

Responsio.

Equidem a vestra charitate peto, ne sacrorum Evangeliorum falsarii sitis, in quibus ipse Dominus hoc divinitus protulit : *Moses de me scripsit, et mihi testimonio est* [35]. Igitur et Pater est exsistens ille, et Filius exsistit cum Patre, de Patre genitus, non confusus cum Patre, non exsistendi principium habens, sed exsistens cum Patre, tanquam nativus Filius. Nec enim unquam ævum aliquod vel tempus vel temporis articulus fuit, quo Filius non exsisteret. Cæteroqui num et ipse Pater erat alterius se prioris Patris? Quapropter simul Patrem profiteberis, et mox cum Patre unigenam dilectissimumque Filium. Nam qui se Patrem honore putant afficere, si dicant eum prius exstitisse, prorsus impii propterea sunt, quod tempus ante sæculorum opificem Christum statuunt. Etenim apud Deum nec ævo locus est, nec tempori, nec dierum conversionibus, nec puncto, nec minutis, nec oculi momento, sicuti nec informare secum mens ulla Trinitatis ineffabilis æternitatem potest : quippe si dicas, fuisse Patrem aliquando, cum Filius non exsisteret : cujus erat, obsecro, Pater, cum Filium non haberet? Quod si negas eum Patrem esse, simul ipsam ejus naturam in universum tollito. Quapropter credendum, esse Filium ejusdem essentiæ cum Patre, non cum essentia Patris confusum, quemadmodum Sabellius delirabat. Nam horum alterum significationem personæ ac substantiæ habet, alterum plane blasphemum est : quando ea ratione Filius et Spiritus cum Patre commiscentur, ac Trinitas in unitatem resolvitur : quod omnino divinis a legibus est alienum.

Ἀπόκρισις.

Ἀξιῶ ὑμῶν τὴν ἀγάπην, μὴ παραχαράττειν τὰ Εὐαγγέλια, τοῦ Κυρίου ἐν αὐτοῖς θεηγοροῦντος, *Μωσῆς ἔγραψε περὶ ἐμοῦ, καὶ αὐτὸς μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ.* Ὢν τοίνυν ὁ Πατὴρ, καὶ ὢν ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς, οὐ συναλοιφὴ ὢν τῷ Πατρὶ, οὐκ ἀρξάμενος τὸ εἶναι, ἀλλὰ συνὼν τῷ Πατρὶ ὡς γνήσιος Υἱός. Οὐκ ἦν γάρ ποτε αἰὼν, ἢ χρόνος, ἢ καιρὸς, ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός. Ἆρα καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ ἦν ἑτέρου Πατρὸς τοῦ πρὸ αὐτοῦ; Ἅμα οὖν Πατέρα ὁμολογήσεις, ξυνομολογεῖς αὖθις τὸν μονογενῆ καὶ φίλτατον Παῖδα. Οἱ γὰρ δοκοῦντες διὰ τῆς προϋπάρξεως τὸν Πατέρα τιμᾷν, τέλεον ἀσεβοῦσι, χρόνον ἢ καιρὸν προτάττοντες τοῦ ποιητοῦ τῶν αἰώνων Χριστοῦ. Παρὰ Θεῷ γὰρ οὐκ αἰὼν, οὐ χρόνος, οὐχ ἡμερῶν περίοδοι, οὐ στιγμαὶ, οὐκ ἄτομοι, οὐ ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ, οὐ διανοίᾳ φαντασθῆναι οἷόν τε τῆς ἀφράστου Τριάδος τὸ ἄχρονον. Εἰ γὰρ φῂς ὅτι ἦν Πατήρ ποτε, ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς, τίνος ἄρα ὑπῆρχε Πατὴρ μὴ ὄντος Υἱοῦ; Εἰ δ' αὖ πάλιν τὸν Πατέρα αὐτὸν μὴ ὑπάρχειν ὑποστὰς εἶ, ξυναφέλου αὐτὸν καθόλου τὸ εἶναι. Πίστευε οὖν ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, μὴ *συνούσιον*, κατὰ τὴν τοῦ Σαβελλίου παροινίαν. Τὸ μὲν γὰρ ὑπάρχει ὑποστάσεως δηλωτικὸν, τὸ δὲ, βλασφημίας εἰς Πατέρα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος ἀνακιρναμένων, καὶ εἰς μονάδα τὴν Τριάδα ἀναλυούσης, ὅπερ ἀλλότριον παντελῶς τῶν θείων ὑπάρχει νόμων.

INTERROGATIO XI.

Quantum nos quidem deprehendimus, veneratione dignissime Pater, tres esse deos statuis : quo si exorbitabimus, in multitudinem incidemus. Eaque ratione fiet, ut nos doceas colere non unum principem Deum, sed multos.

ΠΕΥΣΙΣ ΙΑ'.

Ἐξ ὧν εὑρίσκομεν, τριθεΐαν φρονεῖς, τιμιώτατε Πάτερ· εἰς ἣν ἐκφερόμενοι, εἰς πολλὰ ἐκπεσούμεθα, καὶ οὐ μοναρχίᾳ, ἀλλὰ πολυθεΐᾳ λατρεύειν παρασκευάζεις ἡμᾶς.

Responsio.

Ego vero cum tres personas statuo, non divinam naturam divido, sed unitatem ejus confitendo, Trinitatem supplex imploro.

Ἀπόκρισις.

Οὐ τὴν θείαν φύσιν διαιρῶν, τρεῖς αὐτῆς ὑποστάσεις φημὶ, ἀλλ' ἐκείνης τὴν ἕνωσιν ὁμολογῶν, Τριάδα ποτνιῶμαι δεόμενος.

[32] Joan. I, 18. [33] Exod. III, 14. [34] Rom. IX, 5. [35] Joan. V, 46

ΠΕΥΣΙΣ ΙΒ'.

Τὸ δὲ λέγειν σε Θεὸν τὸν Πατέρα, καὶ Θεὸν τὸν Υἱὸν, καὶ Θεὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τριθεΐαν φανερῶς διδάσκεις.

Ἀπόκρισις.

Τριάδα φημὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας, τῆς αὐτῆς ῥώμης τε καὶ θεότητος, οὐκ αὔξουσαν ἢ μειουμένην καὶ λήγουσαν, οὐ προσθήκην τῷ ἀριθμῷ λαμβάνουσαν· εἰ καὶ σαρκὶ ἑνωθῆναι ὁ Λόγος ηὐδόκησεν, μηδὲν ἐπεισάγων τῷ ἀριθμῷ τῆς Τριάδος. Μία οὖν ἐν Τριάδι σφραγὶς καὶ σωτηρία, καὶ οὐδὲν ἐν αὐτῇ κτιστόν. Εἰ γὰρ ἄκτιστος ὁ Πατὴρ, κτιστὸς δὲ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, κατὰ τοὺς Ἀρειανοὺς μύθους, καὶ τοὺς λοιποὺς ματαιόφρονας, τίνι λόγῳ συνῆπται καὶ συνδέδεται συγκεραννύμενον καὶ συνδοξαζόμενον τοῖς κτιστοῖς τὸ ἄκτιστον, ἐν τῇ σφραγῖδι (5) τῆς μυστικῆς τελειότητος; Ἆρ' ὡς μὴ οἵου τε τοῦ Πατρὸς σώζειν, καὶ προσλαβομένου βοήθειαν τὰ δύο κτιστά;

INTERROGATIO XII.

At cum Deum Patrem, Deum Filium, et Deum Spiritum sanctum dicis, manifesto tres deos doces.

Responsio.

Imo Trinitatem profiteor unius et ejusdem essentiæ, potestatis ac divinitatis ejusdem, quæ non augescit, vel deminuitur, vel deficit, nec incrementum numeri recipit. Quanquam enim Verbo placuit cum carne uniri, numero tamen Trinitatis haudquaquam aliquid addidit. Quapropter unicum est in Trinitate signaculum atque salus, et nihil in eadem creatum. Quippe si Pater est increatus, Filius autem creatus, itemque Spiritus, de sententia fabularum Arii reliquorumque dementium : quonam, quæso, pacto creatis increatum conjunctum est et copulatum, ita ut pari honore gloriaque cum eo afficiatur in obsignatione perfectionis illius arcanæ? quasi videlicet Pater salutem largiri non possit, ac propterea creata duo, quorum ope uteretur, assumpserit.

ΠΕΥΣΙΣ ΙΓ'.

Εἰ οὖν τρία τῆς Τριάδος πρόσωπα καὶ τρεῖς ὑποστάσεις, πάντως ἡ ὑπόστασις ἓν πρόσωπον ἂν εἴη, καὶ τὸ πρόσωπον ἐνυπόστατον. Ἐξ ὧν τρεῖς δηλοῦνται θεοί· ὅπερ ἀναιρῶν ὁ Ἀπόστολος γράφει, *Εἷς Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα*· καὶ πρὸ τούτου Μωσῆς τῷ Ἰσραὴλ, *Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν.*

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μετὰ Μωσέως καὶ Παύλου, καὶ τῆς φωνῆς τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ἀκούσωμεν, *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος*, ἀσιγήτως βοώντων. Οὐ γὰρ δὶς ἢ τετράκις τοῦτό φασι τὰ πνευματικὰ ἐκεῖνα καὶ θεοφόρα ζῶα, οὐδ' αὖ πάλιν μονοφωνοῦσιν, ἢ, Ἅγιοι, ἅγιοι, φασὶν, ἵνα μὴ τὸ ἑνικὸν πολυώνυμον ἀποφαίνωσιν· ἀλλὰ τρισὶ μὲν τὸν ἁγιασμὸν ἀσιγήτως ἀναφωνοῦσιν, ἑνικῶς δὲ ἀποφαίνονται· ἵνα μὴ πολυθεΐαν τοῖς νηπιόφροσιν ὑποσπείρωσιν.

INTERROGATIO XIII.

Quod si ergo tres sunt Trinitatis personæ ac tres hypostases, omnino sequetur, hypostasim personam, ac personam vicissim hypostasim constituere; qua ratione tres dii significantur : id quod Apostolus refellere volens, in hæc verba scripsit : *Unus Dominus, una fides, unum baptisma*[36]; et ante ipsum Moses ad Israeliticos inquit : *Dominus Deus ille tuus, Dominus unus est*[37].

Responsio.

At præter Mosem et Paulum etiam cheruborum seraphorumque vocem illam audiamus, qua citra intermissionem clamant : *Sanctus, sanctus, sanctus*[38]. Nam hoc non vel bis vel quater animalia illa spiritualia divinoque Numine plena proferunt, non item semel tantum efferunt; vel sancti, sancti, dicunt, ne quod unicum est, plures appellationes habere declarent; sed tribus sanctitatem perpetuo tribuunt; et singulari nihilominus utuntur numero, ne deorum multitudinem in animos rudiorum inserant.

ΠΕΥΣΙΣ ΙΔ'.

Τί οὖν ἐστι τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Τὸ Πνεῦμα ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ;* Εἰ ὁμοούσιος Τριὰς, καὶ μία γνῶσις καὶ ἓν θέλημα, καὶ μία αὐτῆς ἡ θεότης, καὶ οὐ κτιστόν τι καὶ ἀνόμοιον ἐν αὐτῇ, πῶς ἐρευνᾷν λέγεται τὸ Πνεῦμα τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀγνοοῦν; Εἰ γὰρ γινώσκει, οὐ χρὴ ἐρευνᾷν· ἀγνοίας γάρ ἐστι τὸ ἐρευνᾷν.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἀγνοίᾳ ἢ περιεργίᾳ, κατὰ Μακεδόνιον τὸν μεμηνότα, ἐρευνᾷ, ἀλλὰ γνησιότητι. Ἐπειδὰν γὰρ ἐν τοῖς ἐναρέτοις καὶ ἐναγίοις βροτῶν γένηται τὸ θεῖον καὶ πανάγιον Πνεῦμα, παρασκευάζει αὐτοὺς τὰ βάθη ἐρευνᾷν τοῦ Θεοῦ, ἐκ τῆς προχείρου τοῦ γράμματος ἐξετά-

INTERROGATIO XIV.

Quid igitur sibi vult, quod præscriptum legimus, *Spiritus scrutatur etiam Dei profunditates*[39]? Si Trinitas unius et ejusdem est essentiæ, si una cognitio, voluntas una, divinitas una, nec quidquam in ea creatum vel inæquale : quo tandem pacto scrutari Spiritus profunditates Dei, tanquam eas ignorans, dicitur? Quippe si eas cognitas habet, perscrutationis haud indiget; cum scrutari sit ignorationis.

Responsio.

At non scrutatur ex ignoratione vel curiositate, quemadmodum furens ille Macedonius tradit, sed nativa quadam ipsi proprietate. Nam cum divinus ille sanctissimusque Spiritus est in egregiis et sanctis hominibus, sic eos instruit, ut profundi-

[36] Ephes. IV, 5. [37] Deut. VI, 4. [38] Isa. VI, 3; Apoc. IV, 8. [39] I Cor. II, 10.

(5) *Ἐν τῇ σφραγῖδι. In obsignatione*, hoc est in baptismo. Respicit fortasse auctor Ephes. I, 13, IV, 30.

tates Dei scrutentur, de faciliore ac obvia cuivis Litterarum sacrarum indagatione subvehens ipsos ad sensum quemdam sublimiorem, dum in perscrutatione rerum diviniorum quasi ad fundum mens penetrat, perque spiritus hamum de hujus vitæ gurgite, piscem animi educit, continentem ore staterem illum maximi pretii, adeoque Christum Servatorem omnium. Sic enim et apostolus ille princeps pro seipso et Christo animæ piscem iis qui exigebant, dare jubetur [40], habentem staterem Christum et fidei doctrinam in ore, profectamque de profunditate cordis subvectionem et laudem. *Ex profundis* enim, inquit, *clamavi ad te, Domine; Domine, exaudi vocem meam* [41]. Sed et eximius ille Apostolus: *Nos*, inquit, *spiritum Dei accepimus, ut sciamus quæ a Deo donata sint nobis* [42]. Atque iterum inquit idem: *Nobis autem Deus revelavit per Spiritum suum* [43]. Et rursus divinorum carminum auctor Davides: *Os meum*, inquit, *aperui, et spiritum attraxi* [44], nempe non aerium, sed divinum, per quem abscondita de adventu uniti cum Deo hominis mille jam ante annos luculente declarat, canens Deo: *Obscura et abscondita sapientiæ tuæ nota fecisti mihi* [45].

σεως, ἐπὶ τὴν ὑψηλοτέραν αὐτοὺς ἀνάγει διάνοιαν, τῇ ἐρευνῃ τῶν θειοτέρων, ὥσπερ ἐν βυθῷ τινι γενομένης τῆς διανοίας, καὶ τῷ ἀγκίστρῳ τοῦ πνεύματος ἐκ τοῦ βιωτικοῦ βυθοῦ τὸν ἰχθὺν τῆς ψυχῆς ἀνάγοντος, ἔχοντα ἐν τῷ στόματι τὸν πολυτίμητον στατῆρα, καὶ τοῦ παντὸς Σωτῆρα Χριστόν. Οὕτως γὰρ καὶ ὁ τῶν ἀποστόλων κορυφαῖος, ἀνθ' ἑαυτοῦ καὶ Χριστοῦ τὸν τῆς ψυχῆς ἰχθὺν δοῦναι τοῖς ἀπαιτοῦσι προστάττεται, ἔχοντα τὸν στατῆρα Χριστὸν, καὶ τῆς πίστεως τὸν λόγον ἐν τῷ στόματι, καὶ τὴν ἐκ βάθους καρδίας ἀναγωγὴν καὶ αἴνεσιν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος, *Ἡμεῖς δὲ*, φησὶ, *τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν, ἵνα ἴδωμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν*. Καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησιν· *Ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ*. Καὶ πάλιν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· *Τὸ στόμα μου*, φησὶν, *ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα*· οὐκ ἀέριον δὲ, ἀλλὰ τὸ θεῖον, δι' οὗ τὰ ἀπόκρυφα τῆς θεανδρικῆς τοῦ Θεοῦ παρουσίας, πρὸ χιλίων ἤδη ἐτῶν προαπεφήνατο, διαῤῥήδην τραγῳδῶν τῷ Θεῷ· *Τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι*.

INTERROGATIO XV.

Si Filius est Deus et æqualis Patri, quomodo ignorat ea quæ novit Pater? At vero ipse in Evangelio inquit: *Nemo novit diem, neque horam consummationis, neque angeli cœlestes, neque Filius, nisi solus Pater* [46].

Responsio.

Solet humanis uti similitudinibus sacra Scriptura, et de rebus naturalibus sæpenumero quædam petit, ut cum in Evangelio inquit Dominus: *Simile est regnum cœlorum fermento* [47], et *grano sinapis* [48]. Paulus item ille sublimis, *Corpora*, inquit, *cœlestia sunt, et corpora terrestria* [49]. Et de rebus naturalibus sumptum etiam illud, quod ad Corinthios scribens, tibiæ citharæque meminit [50]. Idcirco et ipse nunc a rebus nostris petita exili quadam similitudine utar. Num ignoraret mea ratio consilia mea? nullus hoc eorum, qui vel qualemcunque disciplinam consecuti sunt, dicet. Quomodo igitur Dei et Patris Verbum ignorabit ejus consilia? cum dicat ipse, *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt* [51]: nempe quod Deus est vita, quod est lux, quod est immortalitas, quod est incomprehensibilis. Et alibi ait: *Omnia mea tua sunt*, Pater, *et tua mea sunt* [52]. Si igitur omnia quæ Patris sunt, ipsius sunt: etiam cognitio quæ Patris est, omnino ipsius est; itemque Spiritus, ut paulo post latius dicetur.

ΠΕΥΣΙΣ ΙΕ'.

Καὶ εἰ Θεὸς ὁ Υἱὸς καὶ ἴσος τῷ Πατρὶ, πῶς ἀγνοεῖ ἃ ὁ Πατὴρ γινώσκει; Αὐτὸς γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις λέγει, ὅτι *Οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν οὐδὲ τὴν ὥραν τῆς συντελείας, οὔτε οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὔτε ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος*.

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ οὖν παραδείγμασι βροτῶν κεχρῆσθαι πέφυκεν ἡ θεία Γραφὴ, καὶ φυσιολογίαις πολλάκις, καθὼς, ἐν Εὐαγγελίοις θεηγορῶν, φησὶν ὁ Κύριος, *Ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ζύμῃ*, καὶ *κόκκῳ σινάπεως*· καὶ Παῦλος δὲ ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν, *Σώματα*, φησὶν, *ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια*· φυσιολογεῖ δὲ καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων, ἀπὸ σάλπιγγος, αὐλοῦ καὶ κιθάρας· κἀγὼ τοίνυν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀμυδρᾷ εἰκόνι χρήσομαι. Ἆρ' οὖν ἀγνοεῖ ὁ ἐμὸς λόγος τὰ ἐμὰ βουλεύματα; Ἀλλ' οὐδεὶς τῶν ὁπωσοῦν παιδείας μετειληφότων ταῦτα ἐρεῖ. Πῶς οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Λόγος ἀγνοήσει τὰς ἐκείνου βουλὰς, φάσκων, *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι*; τὸ, Θεὸς ἡ ζωὴ, τὸ φῶς, τὸ ἀθάνατον, τὸ ἀκατάληπτον. Καὶ πάλιν, *Καὶ πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι*, Πάτερ, *καὶ τὰ σὰ ἐμά*. Εἰ τοίνυν πάντα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ἐστι, καὶ ἡ γνῶσις ἡ τοῦ Πατρὸς, πάντως αὐτοῦ ἐστι καὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς μετ' ὀλίγον πλατυτέρως ῥηθήσεται.

INTERROGATIO XVI.

Num igitur, si dixero, *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt*, etiam cognitionem habeo Patris, et consilium ejus novi?

ΠΕΥΣΙΣ ΙϚ'.

Τί οὖν, ἐπειδὴ ἐγὼ λέγω, *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν*, ἄρα καὶ τὴν γνῶσιν ἔχω τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν βουλὴν αὐτοῦ οἶδα;

[40] Matth. xvii, 26. [41] Psal. cxxix, 1. [42] I Cor. ii, 12. [43] ibid., 10. [44] Psal. cxviii, 131. [45] Psal. l, 8. [46] Marc. xiii, 32. [47] Matth. xiii, 33. [48] ibid., 31. [49] I Cor. xv, 40. [50] I Cor. xiv, 7. [51] Joan. xvi, 15. [52] Joan. xvii, 10.

Ἀπόκρισις.

Ἔροιμι κἀγὼ ὑμᾶς, ἀξιάγαστοι, Τίς μείζων, ἡ ἡμέρα καὶ ἡ ὥρα ἐκείνη, ἢ ὁ Πατήρ;

ΠΕΥΣΙΣ ΙΖʹ.

Ὁ Πατὴρ δηλονότι, ὡς ἄναρχος καὶ προαιώνιος καὶ ἀκατάληπτός τε καὶ πάντων ποιητής.

Ἀπόκρισις.

Εἰ τοίνυν μείζων ὁ Πατὴρ τῆς ὥρας καὶ τῆς ἡμέρας καὶ πάντων, πῶς, τὸ μεῖζον ἐπιστάμενος ὁ Υἱὸς, τὸ ἔλασσον ἀγνοεῖ; καὶ τὸν ποιητὴν γινώσκων, καὶ συνεργῶν αὐτῷ ἐν πᾶσι, πῶς ἀγνοήσει τὰ ὑπ' αὐτοῦ ποιηθέντα; *Καθὼς γὰρ*, φησὶ, *γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα.* Πῶς οὖν ἀγνοήσει τὸ ἧττον, ὁ τὸ μεῖζον ἐπιστάμενος;

ΠΕΥΣΙΣ ΙΗʹ.

Ἀλλ' ἡμεῖς νομίζομεν, καὶ τοῦ Υἱοῦ μείζον' εἶναι τὸν Πατέρα, καθὼς αὐτός φησιν· *Ὁ Πατήρ μου μείζων μού ἐστιν.*

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ὅσιον οἴεσθε, μείζονα ὑπάρχειν τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, ἢ περιφερείᾳ, ἢ ὄγκῳ, ἢ χρόνῳ, ἢ καιρῷ, ἢ ἀξίᾳ, ἢ ῥώμῃ, ἢ θεότητι, ἢ μεγέθει, ἢ ὕψει. Οὐδὲν γὰρ τούτων ἐν τῇ θείᾳ Τριάδι. Ἀλλὰ καθὸ Πατὴρ ὁ Πατήρ ἐστιν, οὕτω γνησιότητι ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα τιμᾷ. Οὐ γὰρ ὄγκῳ φέρεται τὸ Θεῖον, οὐδ' ὑπέρογκος εἶ (6) τοῦ Παιδὸς ὁ Πατήρ· οὐ χρόνοις ὑπόκειται, ἵνα ὑπέρχρονος ᾖ ὁ γεννήτωρ τοῦ γεννηθέντος· οὐδ' αὖ πάλιν τῷ ὕψει μερικῶς τάττεται ὁ Πατὴρ, πάντα περιέχων, ὑπ' οὐδενὸς δὲ περιεχόμενος, ἀμεγέθης ὑπάρχων καὶ ἄποσος.

ΠΕΥΣΙΣ ΙΘʹ.

Εἰ οὖν ἴσος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, καὶ ὡς ἐκεῖνος ἀγαθὸς, πῶς αὐτὸς λέγει, *Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός;*

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἀρνούμενος ἑαυτὸν τῆς ἀγαθότητος, οὐδ' ὑπεκφερόμενος τῆς θεότητος μόνον φησὶν ἀγαθὸν ὑπάρχειν τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. Ἀκροτάτης δὲ στοργῆς καὶ ἀγαθότητος ἐναργὴς ἀπόδειξις, τὸ μὴ ἑαυτῷ, ἀλλὰ τῷ Πατρὶ ἀναφέρειν τὴν τιμὴν, φιλοπάτορας ἡμᾶς παιδεύων ὑπάρχειν. Αὐθαιρέτως γὰρ μετριάζων οὐ φιλοδοξεῖ, οὐδὲ τῷ ἀξιώματι κορυφοῦται κατὰ τοὺς σοβαροὺς καὶ ἀλαζόνας ἀμυδρᾶς ἐπιλελημμένους ἀρχῆς, διὰ τῆς πρὸς τὸ ἀμειδὲς καὶ δυσπρόσιτον τῇ τοῦ κήρυκος φωνῇ ἐξογκούμενοι, καὶ πρὸς ἀτίθασσον θῆρα μετατυπούμενοι· οὐχ ἡμερότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐξουσίαν κρίνοντες τῆς ἀλήκτου δόξης, εἰκότως ἐπαχθήσονται. Εἰ δὲ προχείρως πᾶν ἀγαθὸν ζωοποιεῖτε, πλείστους ἐν τῷ μέρει τούτῳ θεοὺς ἕξομεν, πολλαχοῦ τῆς θείας Γραφῆς μετὰ Θεὸν βοώσης ὑπάρχειν καὶ ἕτερα ἀγαθά· πῆ μὲν φάσκουσα ἀγαθὸν παῖδα πτωχὸν καὶ σοφὸν τὸν Σαμουὴλ, πῆ δὲ, ἀγαθὸς Σαοὺλ υἱὸς Κίσου, ὁ πρῶτος τοῦ Ἰσραὴλ ἄναξ. Καὶ τῇ Ἄννῃ ἀπαιδίᾳ καὶ στειρώσει ποτνιωμένῃ φησὶν ὁ Ἐλκα-

Responsio.

Merito interrogem et ego vos, o præclari, Quis major? num dies et hora illa, an Pater?

INTERROGATIO XVII.

Pater utique, qui est absque principio, et sæcculis omnibus prior, et incomprehensibilis, et omnium conditor.

Responsio.

Si ergo major Pater, quam hora et dies ille, et quidem major omnibus: quomodo majus cognoscens Filius, ignorabit minus? qui et conditorem cognoscit, et operatur cum ipso in omnibus, quomodo ignorabit a se facta? *Quemadmodum*, inquit, *novit me Pater, etiam ipse novi Patrem* [53]. Quomodo igitur ignorabit minus, qui novit id quod majus est?

INTERROGATIO XVIII.

Atqui nos arbitramur etiam Filio majorem esse Patrem, quemadmodum inquit ipse: *Pater meus major me est* [54].

Responsio.

Non satis pie putatis majorem esse Filio Parem, vel ambitus ratione, vel molis, vel temporis, vel dignitatis, vel roboris, vel divinitatis, vel magnitudinis, vel excellentiæ. Nihil enim ejusmodi in sancta Trinitate locum habet. Sed quatenus Pater, Pater est, legitimo quodam honore Filius Patrem afficit. Non enim mole quadam gestatur Divinitas, ut mole superet Filium Pater: neque tempori subjacet, ut prior tempore sit genitor genito: neque item sublimitatis habita ratione separatim ponitur Pater, qui omnia complectatur, ipse a nullo comprehensus, expers magnitudinis et quantitatis.

INTERROGATIO XIX.

Si igitur æqualis Deo ac Patri Filius est, et bonus quemadmodum ille, quomodo inquit ipse, *Nemo bonus est, præter unum Deum* [55]?

Responsio.

Non quod neget in semetipso bonitatem, neque de divinitate se eximens, solum inquit bonum esse Deum et Patrem. Summi nimirum amoris et bonitatis evidens argumentum est, non sibi, sed Patri deferre honorem, quo ipso nos amore parentes prosequi debere docet. Nam sponte de se modeste loquens, non inanem captat gloriam, neque dignitatis existimatione effertur, ut solent superbi et arrogantes, qui tenue ac obscurum imperium nacti eo ipso ad inamabiles mores, et omni a comitate in congressibus alienos per vocem præconis elati, immanem quamdam in feram mutantur, ideoque non ex mansuetudine ac humanitate perpetuæ gloriæ potestatem metientes, odium in sese non abs re concitabunt. Quod si temere quodvis bonum deificabitis, plurimos in hac parte deos habituri sumus, multis in locis clamante Scriptura sacra, secundum Deum et alia quædam esse bona, verbi gratia, quum quodam ait in loco [56], bonum fuisse

[53] Joan. x, 15. [54] Joan. xiv, 28. [55] Marc. x, 18. [56] I Reg. ii, 26.

(6) Εἶ. Lege ἐστι, vel, εἴη. Edit.

puerum et sapientem Samuelem: alibi vero [57], bonus erat Saul, filius Cisi, primus rex Israeliticorum. Et Annæ propter orbitatem ac sterilitatem ingemiscenti dicebat Elcana: *Quamobrem mœsto es animo? Nonne bonus tibi sum ego præ decem liberis* [58]? Sapiens autem in divinis Solomon: *Bonum est*, inquit, *in domum luctus ingredi* [59]. Et alibi dicitur: *Aperi cœlum, thesaurum tuum bonum* [60]. Item, *Bonus sermo præstat munere* [61]. Item, *Bonus canis qui vivit, potior est leone mortuo* [62]. Quod si leo maxime vivat, non tamen Deus erit, sicuti nec canis quidem vivus, nisi forte de ethnicis loquamur, apud quos et fontes, et cepæ, et flatus ventris non sine furore quodam inter deos referuntur.

νᾶ, *Τί λυπῇ; οὐκ ἀγαθός σοι ἐγὼ ὑπὲρ δέκα τέκνα;* Ὁ δὲ τῶν θείων σοφὸς Σολομών· *Ἀγαθὸν*, φησὶ, *πορεύεσθαι εἰς οἶκον πένθους*. Καὶ, *Ἄνοιξον τὸν οὐρανὸν, τὸν θησαυρόν σου τὸν ἀγαθόν*. Καὶ, *Ἀγαθὸς λόγος, ὑπὲρ δῶμα*· καὶ, *Ἀγαθὸς κύων ζῶν, ὑπὲρ λέοντα τεθνηκότα*· εἰ δὲ καὶ ἔζη, οὐκ ἂν εἴη Θεὸς, ὥσπερ οὐδ' ὁ ζῶν κύων, εἰ μὴ παρ' Ἕλλησιν ἴσον, παρ' οἷς κρῆναι, καὶ κρόμμυα, καὶ γαστρὸς πνεύματα μεμηνότως ἐκθειάζονται.

INTERROGATIO XX.

Quia supra pollicitus es, te latius dicturum de eo quod Christus norit diem illum, et horam consummationis, rationem ejus nobis reddito, nequando disputantibus nobis alio quodam modo nos superare queant, qui se nobis opponunt.

ΠΕΥΣΙΣ Κʹ.

Ἐπειδήπερ ἀνωτέρω ἐπηγγείλω πλατυτέρως λέγειν περὶ τοῦ γινώσκειν τὸν Χριστὸν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν τῆς συντελείας, ἀπόδος ἡμῖν τὸν λόγον, μήποτε συζητούντων ἡμῶν, δυνηθῶσιν οἱ δι' ἐναντίας ἑτέρως ἡμῶν περιγενέσθαι.

Responsio.

Est quidem jam de hoc breviter dictum; sed nihilominus magni facio vestram multiplicem de eo quæstionem. Sanctum illud Verbum, vivens et per se subsistens, Rex universæ creaturæ, Patris Filius genuinus, *splendor gloriæ, et expressa imago substantiæ* [63], coæternus, et in eodem sedens solio cum Patre, incorruptus judex viventium et mortuorum, vita de vita, lumen de lumine, sapientia de sapientia, ex divina scaturigine fons perennis, *flumen* quod absque defectu manat divinis gratiæ donis, *quod impetu suo lætificat civitatem Dei*, sicut est in carmine illo divino perscriptum [64]: *radix Jessæ*, sceptrum Davidis, *virga, et ortus ex ea* divinus ille *flos*, secundum vatem sacrum Isaiam [65]; leo, rex de tribu Judæ, secundum mysteriorum doctorem Mosem [66]; rationalis, secundum Isaiam [67], ovis; innocens agnus, secundum Jeremiam [68] in multis periclitatum, pro salute mundi immolatus; lapis improbatus a Judæis, qui in caput anguli Ecclesiæ gentium est positus, et totam cœtus ejus structuram conservat, secundum Davidem divinorum carminum auctorem [69]: *maximi consilii nuntius, Deus fortis*, ut inquit Isaias [70]; mortalis factus, manens Deus, non immutatus ratione naturæ, neque factus alius secundum divinitatem, Verbum illud incarnatum, et carne genitum, Verbum caro factum, quod tamen quod erat, mansit, non in hoc degenerans ratione naturæ (postquam enim intonuisset Joannes: *In principio erat Verbum* [71], omnemque personuisset creaturam, infert: *Et Verbum caro factum est* [72]; quibus verbis Verbum fuisse ante æternitatem, et positum supra omne tempus Deum, in eadem solii gloria cum Patre ostendit· et subsequentibus aliis, cum ait, *Caro factum est*, significat uniti cum Deo hominis ex Maria semper Virgine progressum): vivens igitur

Ἀπόκρισις.

Ἤδη ἐν ἐπιτόμῳ εἴρηται περὶ τούτου· ἄγαμαι δὲ ὑμῶν τὴν ποικίλην περὶ τούτου ζήτησιν. Ὁ τοίνυν ἅγιος Λόγος, ὁ ζῶν, καὶ ἐνυπόστατος, ὁ Βασιλεὺς πάσης ἅμα κτίσεως, ὁ τοῦ Πατρὸς γνήσιος Υἱὸς, τὸ *ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως*, ὁ συναΐδιος καὶ σύνθρονος τοῦ Πατρὸς, ὁ ἀδέκαστος κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν, ὁ ἐκ ζωῆς ζωὴ, ὁ ἐκ τοῦ φωτὸς φῶς, ὁ ἐκ τῆς σοφίας σοφία, ὁ ἐκ τῆς θείας κρήνης πηγὴ ἀένναος, ὁ *ποταμὸς* ὁ ἀπαθῶς ῥέων τὰ θεῖα αὐτοῦ χαρίσματα, ὁ *τοῖς ὁρμήμασιν εὐφραίνων τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ*, κατὰ τὴν θείαν μελῳδίαν, ἡ *ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ*, τὸ σκῆπτρον τοῦ Δαβὶδ, ἡ *ῥάβδος, καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς* θεῖον *ἄνθος* κατὰ Ἡσαΐαν τὸν θεσπέσιον, ὁ λέων, ὁ βασιλεὺς ὁ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, κατὰ Μωσέα τὸν ἱεροφάντην, τὸ λογικὸν κατὰ Ἡσαΐαν πρόβατον, τὸ ἄκακον ἀρνίον, κατὰ Ἱερεμίαν τὸν πολυκίνδυνον, ὑπὲρ κόσμου σωτηρίας θυόμενον, ὁ λίθος ὁ ἀδόκιμος παρὰ Ἰουδαίοις, ὁ εἰς κεφαλὴν γωνίας τῆς τῶν ἐθνῶν Ἐκκλησίας τεθεὶς, καὶ πᾶσαν τοῦ θιάσου τὴν οἰκοδομὴν συντηρῶν, κατὰ Δαβὶδ τὸν μελῳδὸν, ὁ *τῆς μεγίστης βουλῆς ἄγγελος*, καὶ *Θεὸς ἰσχυρὸς*, ὥς φησιν Ἡσαΐας, ὁ βροτὸς γενόμενος, μένων Θεὸς, μὴ τραπεὶς τὴν φύσιν, μὴ ἀλλοιωθεὶς τὴν θεότητα, ὁ σαρκωθεὶς Λόγος καὶ γεννηθεὶς ἐν σαρκὶ, ὁ Λόγος σὰρξ γενόμενος, κἀκεῖνο μείνας, οὐκ εἰς τοῦτο μεταπεσὼν τῇ φύσει (μετὰ γὰρ τὸ βροντῆσαι Ἰωάννην τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*, καὶ πᾶσαν κατακτυπῆσαι τὴν κτίσιν, τότε ἐπάγει, *Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο*, προαιώνιον μὲν καὶ ὑπέρχρονον Θεὸν, σύνθρονον τῷ Πατρὶ τὸν Λόγον δεικνύς· τὸ δὲ, *ἐγένετο*, ὕστερον δηλῶν τὴν θεανδρικὴν αὐτοῦ ἐκ τῆς ἀειπαιδος Μαρίας προέλευσιν)· ὁ τοίνυν ζῶν ἅγιος καὶ ἐνυπόστατος Λόγος, λαλῶν καὶ ἀκούων, οὗτος ἐν Εὐαγγελίοις θεηγορῶν φησιν, *Οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν ἢ τὴν ὥραν ἐκείνην, οὔτε ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, οὔτε ὁ Υἱός*· ὅπερ οἰκονομικῶς φησι· καθὰ

[57] I Reg. XIII, 1. [58] I Reg. I, 8. [59] Eccle. VII, 3. [60] Num. XX, 6. [61] Prov. XV, 26. [62] Eccle. IX, 4. [63] Heb. I, 3. [64] Psal. XLV, 5. [65] Isa. XI, 1. [66] Gen. XLIX, 9. [67] Isa. LIII, 7. [68] Jer. XI, 19. [69] Psal. CXVII, 22. [70] Isa. IX, 6. [71] Joan. I, 1. [72] ibid. 14.

γὰρ παρῳχηκὼς ἔφην, εἰ παντὸς μεγέθους καὶ καταλήψεως ὑπέρτερον ὑπάρχοντα τὸν Πατέρα γινώσκων, πῶς τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν ἐκείνην, ἀτμίδα ἤτοι χοῦν, καὶ ἔτι ἀδρανῆ καὶ ἀμυδρότερα πρὸς τὸ Θεῖον συγκρινόμενα, ἀγνοεῖ; διαῤῥήδην θεηγορῶν, *Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τὸν Υἱόν τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Πατήρ*. Ὡς γὰρ μέγας ὁ Πατὴρ γινώσκει τὸν Υἱὸν, ὡς δὲ μέγιστος ὁ Παῖς γινώσκει τὸν Γεννήτορα, καὶ ἰσομέγεθες τὸ Θεῖον Πνεῦμα ὑπάρχον γινώσκει τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, ὑπ' ἀμφοῖν γινωσκόμενον. Δύο δὲ γνώσεις, διττὴν καὶ εἴδησιν ὑπὸ τῆς θείας Γραφῆς παιδευόμεθα· τὴν μὲν κατ' ἐνέργειαν, τὴν δὲ κατ' ὄψιν, καθὼς ἀμυδροῖς παραδείγμασι χρησάμενος ἀποῤῥήξω τὸν κάλων, εἴ τις ἀγνοεῖ, τῶν αἱρέσεων, ἀντισπώμενος ὑμᾶς τῆς βλασφήμου φάλαγγος. Οὕτως γὰρ αἰχμαλωτισθέντας βροτοὺς ὑπὸ τοῦ ποικίλου Βελιὰρ, ἀνταιχμαλωτίζει Χριστὸς ἐπὶ σταυρῷ ὑψούμενος, κατὰ Δαβὶδ τὸν θεῖον μελῳδόν. Προεῖδε γὰρ ὁ θεσπέσιος τὸ σωτήριον πάθος καὶ τὴν ἡμῶν αἰχμαλωσίαν, δι' ὧν φησιν· *Ἀναβὰς εἰς ὕψος ᾐχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἔδωκας δόματα ἐν ἀνθρώποις*. Τίνα ταῦτα; Τὴν εἰς Τριάδα πίστιν, καὶ τῶν μυστικῶν τελετὴν, καὶ ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Ἐπάγει δ' αὖθις ἡ τῶν θείων μελῳδία· *Καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι*. Τίνα ἄρα καὶ ποῦ; Τοὺς ἐξ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων ἐν τῇ θείᾳ σκηνῇ τῆς Ἐκκλησίας. Ἀπειθῶν γὰρ, παίων, καὶ σπαράττων λύκος Χριστιανοὺς, Παῦλος, ὁ νῦν τῆς Ἐκκλησίας στύλος, ἡ ὑψηλόφωνος τῆς πίστεως σάλπιγξ, ὁ πάλαι διώκων κακῶς, καλῶς τραπεὶς ἑκουσίως ὑπὲρ τῶν διωχθέντων μαστίζεται, ὁ παίων ῥαβδίζεται, ὁ ἀναιρῶν ὑπὲρ τῶν σφαγέντων αὐθαιρέτως καρατομεῖται, τῇ οὐρανόθεν φωνῇ καὶ πληγῇ τῶν ὄψεων πρὸς ταῦτα μεταπεσὼν, ἀντὶ Σαύλου Παῦλος ὑπὸ τοῦ ὠνησαμένου Χριστοῦ μετονομασθεὶς, ἵνα τὰ ἔθνη Χριστιανοὺς προσαγορεύσῃ.

illud sanctum et per se subsistens Verbum, loquens et audiens, in Evangelio divinitus illa verba protulit: *Nemo novit diem aut horam illam, nec angeli cœlestes, neque Filius*[73]: et quidem ratione administrationis suæ, ac secundum peculiarem sensum ea protulit. Ut enim superius a nobis dictum est, si omni magnitudine et comprehensione perceptioneque superiorem Patrem cognoscit, quomodo diem et horam illam nesciret, quæ sunt instar auræ pulverisque cujusdam, aut etiam levioris et tenuioris rei, si cum natura numinis illius divini comparentur? præsertim quum diserte dicat: *Nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium quisquam cognoscit, nisi Pater*[74]. Ut enim magnus ille Pater novit Filium, utque maximus ille Filius novit Genitorem: ita et æqualis magnitudine Spiritus ille sanctus novit Patrem et Filium, ab utrisque cognitus. De duabus autem cognitionibus duplicique notitia sacris in Litteris docemur; quarum alia quidem secundum actum, alia vero secundum faciem exsistit, quemadmodum obscuris exemplis utens funem ignorationis abrumpam, ac vos a sectarum blasphemo agmine revocabo. Sic enim captos a versuto Beliale mortales, vicissim captivos sibi reddit Christus, exaltatus in cruce, secundum Davidem vatem divinum. Prævidebat enim sanctus ille vir salutarem passionem et captivitatem nostram: et idcirco inquit: *Ascendisti in altum, captivam duxisti captivitatem; dedisti dona inter homines*[75]. Quænam illa? fidem in Trinitatem, et rerum mysticarum sacram administrationem, et spem resurrectionis. Subjicit autem rursus canticum divinum: *Sed et inobedientes ad habitandum*[76]. Quemnam et ubi? Eos qui sunt ex Judæis et gentibus, in sancto habitaculo Ecclesiæ. Inobediens enim ille, terrificus et discerpens Christianos lupus erat Paulus, qui nunc Ecclesiæ columna est, altisona fidei tuba; qui aliquando male persequebatur, recte conversus, spontanea voluntate pro iis qui persecutionem patiuntur, flagellatur; percutiens, virgis cæditur; interfector, pro occisis lubens capite truncatur: per auditam cœlitus vocem et oculorum plagam conversus, pro Saulo Paulus a redemptore Christo deinceps nominatur, ut gentibus Christianorum nomen inderet.

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον τῷ λόγῳ παλινδρομήσωμεν, ὀξυτέρᾳ τῇ ὄψει τῆς διανοίας χρώμενοι, πρὸς τὴν κατανόησιν τῆς διττῆς γνώσεως καὶ εἰδήσεως. Φησὶ γοῦν ἡ θεία Γραφὴ περὶ τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, μετὰ τὸ ἐξορμισθῆναι αὐτοὺς τοῦ παραδείσου, αἰδουμένους τοῦ ἀπηγορευμένου, *Ἔγνω Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε*. Τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι ἐν παραδείσῳ ἠγνόει αὐτὴν ὁ φάσκων περὶ αὐτῆς, *Τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου*; Ἀλλ' ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἐκεῖ μὲν τῇ ὄψει μόνῃ, ἐνταῦθα δὲ τῇ ὄψει καὶ ἐνεργείᾳ σωματικῇ. Καὶ Ἀβραὰμ ἔγνω Σάῤῥαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, οὐκ ἀγνοουμένην πρὸ τῆς μίξεως. Καὶ περὶ τοῦ Δαβὶδ φησὶν ἡ τῶν Βασιλειῶν πυκτίς· *Ἐγήρασε Δαβὶδ, καὶ ἔσκεπον αὐτὸν ἱματίοις, καὶ οὐκ ἐθερμαίνετο, καὶ ἐζήτουν παρθένον*

Sed enim ad propositum sermonem recurramus, acriore mentis aspectu utentes ad considerationem duplicis cognitionis et notitiæ. Inquit igitur Scriptura sacra de Adamo et Eva, quod postquam ejecti essent e paradiso, degustato fructu interdicto, cognoverit Adamus Evam uxorem suam, quæ, fetu concepto, pepererit[77]. Quid igitur dicemus? an quod in paradiso non cognoverit eam, qui de ipsa dicebat: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea*[78]? Omnino cognovit eam, illic quidem solo aspectu, hic autem et aspectu et actu corporali. Sic etiam Abrahamus cognovit Saram uxorem suam, non incognitam ante commistionem. De Davide perscriptum est in libro de Regnis: *Consenuit Davides, et operuerunt eum vestibus, nec tamen calefiebat. Igitur quærebant virginem, quæ cum ipso*

[73] Marc. XIII, 32. [74] Matth. XI, 27. [75] Psal. LXVII, 19. [76] ibid. [77] Gen. IV, 1. [78] Gen. II, 23.

dormiret, et foveret eum. Et inventa est Abisa Sunamitis, quam non cognovit Davides dormientem secum [79]. Num igitur propter hoc dicemus, quod neque aspectu neque attrectatione cognoverit eam? Sæpe autem nos quoque dicimus ad eos, qui nobis propter mulieres crimen intentant, devoventes nosmet, ac jurejurando purgantes, non novisse nos, sitne mulier illa, vel vir. Id quod actus quidem ratione dicere vere posse videmur, ex voce tamen et aspectu haud obscuram habemus maris vel feminæ cognitionem. Non ignorat igitur Filius diem et horam illam, cum omnia ejus signa prodigiaque terribilia prædicat, et quasi præsentem suis indiciis describat: verum noluit clarius respondere ad vanam illam quæstionem, adeoque prudenter omnibus ut ignota esset, instituit; quo nimirum quamlibet diem et horam illam esse arbitrantes, ad eam præparemur, et sobrie exspectemus ipsam venientem, ad compensationem atque remunerationem certaminum hujus vitæ. Absit igitur procul ea dementia, quæ ignorationem unius diei et horæ quodam cum delirio tribuit conditori sæculorum, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ* [80], quemadmodum sanctus ille Apostolus loquitur.

συγκαθεύδειν αὐτῷ καὶ συνθάλπειν. Καὶ εὑρέθη, φησὶν, *Ἀβισσὰ ἡ Σωμανῖτις, καὶ οὐκ ἔγνω αὐτὴν Δαβὶδ, συγκαθεύδουσαν αὐτῷ.* Ἆρ' οὖν παρὰ τούτῳ ἐροῦμεν μηδὲ τῇ ὄψει καὶ ἁφῇ γινώσκειν αὐτήν; Πολλάκις δὲ, καὶ ἡμεῖς φαμὲν πρὸς τοὺς περὶ γυναικῶν ἐγκαλοῦντας, ἐπαρώμενοι αὐτοῖς, καὶ ἐξομνύμενοι μὴ ἐγνωκέναι αὐτὴν γυναῖκα ὑπάρχειν ἢ ἄνδρα. Ἅπερ ἐπὶ μὲν τῆς ἐνεργείας ἀληθεύειν φανῶμεν, ἐκ δὲ τῆς φωνῆς καὶ ὄψεως πρόδηλον τὴν γνῶσιν τοῦ τε ἄῤῥενος καὶ θήλεος ἔχοντες. Οὐκ ἀγνοεῖ τοίνυν ὁ Υἱὸς τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν ἐκείνην, πάντα αὐτῆς τὰ σημεῖα καὶ φόβητρα προφαίνων, καὶ οἱονεὶ παροῦσαν αὐτὴν τοῖς γνωρίσμασι διαγράφων· ἀλλ' οὐκ ἐβούλετο σαφηνίζειν τὴν εἰκαίαν ἐρώτησιν, ἀγνοεῖσθαι δ' αὐτὴν πᾶσιν εἰκότως προμηθεύεται, ὥστε πᾶσαν ἡμέραν καὶ ὥραν, ἐκείνην οἰομένους, παρασκευάζεσθαι πρὸς αὐτὴν, καὶ νηφόντως καραδοκεῖν αὐτὸν ἥκοντα πρὸς ἔκτισιν τῶν ἐπάθλων τοῦδε τοῦ βίου. Ἄπαγε τοίνυν τῆς ἀνοίας, ἄγνοιαν μιᾶς ἡμέρας καὶ ὥρας καταληρῶν τοῦ ποιητοῦ τῶν αἰώνων, *ἐν ᾧ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας ὑπάρχουσι*, καθὼς φησὶν ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος.

INTERROGATIO XXI.

Quid igitur? num aliter illam cognoscit Pater, et aliter Filius?

Responsio.

Non aliam quidem dicimus cognitionem Patris, aliam vero Filii et Spiritus, sed aliud quidem actu præteritum, aliud vero in futurum reservatum. Cognoscit enim Pater illam horam duplici cognitione et actu; alia quidem quod tanquam opifex crearit, alia vero quod decreverit per unigenitum Filium judicare omnes. Cognoscit autem ipsam et Filius æqualiter cum Genitore, secundum scientiam et actum creationis, non tamen judicii. Nondum enim judicium exercuit, secretis iis qui vel inexstincto igni, vel voluptati æternæ destinati sunt: id quod non ignorantiæ, sed longanimitatis est, correctionis tempus flagitiosis præbentis. Quo quidem tempore quotquot a turpitudine non purgantur et evigilant, eorum miseriam decantans et deplorans Davides inquit: *Mutuum accipit peccator, et usuram non persolvet* [81]. Tempus hic scilicet divinæ longanimitatis significans, ac persolutionis voce intelligens pœnitentiam. Iterumque divinorum carminum auctor subjungit: *Justus autem miseretur, et dat* [82]. Quibus in verbis Deus est qui dat; tempus autem pœnitentiæ est id quod datur. Mutuum enim dans Deus hominibus, vel raro, vel vix, vel nunquam recipit, usque ad finem debitoris exspectans persolutionem. Mutuum autem accipiens, propter proximos misericordiam rursus multiplicans retribuit, cum cito

ΠΕΥΣΙΣ ΚΑ'.

Τί οὖν; ἄλλως μὲν γινώσκει ὁ Πατὴρ ἐκείνην, καὶ ἄλλως ὁ Υἱός;

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ἑτέραν γνῶσιν φαμὲν τοῦ Πατρὸς, θατέραν δὲ τοῦ Παιδὸς καὶ τοῦ Πνεύματος (7), ἀλλὰ τὸ μὲν πραχθὲν, τὸ δὲ ταμιευόμενον. Γινώσκει γὰρ ὁ Πατὴρ ἐκείνην τῇ διττῇ γνώσει καὶ πράξει, τῇ μὲν δημιουργήσας, τῇ δὲ κρίνας διὰ τοῦ γνησίου Παιδὸς κρῖναι πάντας. Γινώσκει δ' αὐτὴν καὶ ὁ Υἱὸς ἴσα τῷ Γεννήτορι κατ' εἴδησιν καὶ πρᾶξιν δημιουργικὴν, οὐ μέντοι κριτικήν· οὔπω γὰρ ἔκρινεν, τοὺς μὲν πυρὶ ἀσβέστῳ, τοὺς δὲ τρυφῇ ἀλήκτῳ ἀποκρίνας. Οὐκ ἀγνοίας δὲ τοῦτο, ἀλλὰ μακροθυμίας, καιρὸν διορθώσεως τοῖς μοχθηροῖς παρεχομένης, ἐν ᾧ τοὺς μὴ καθαιρομένους τὸ αἶσχος καὶ ἐκνήφοντας ἐκτραγῳδῶν καταυλίζων ὁ Δαβὶδ φησιν· *Δανείζεται ὁ ἁμαρτωλὸς, καὶ οὐκ ἀποτίσει*· δάνος τὸν καιρὸν τῆς θείας μακροθυμίας δηλῶν, ἔκτισιν δὲ τὴν μετάγνωσιν. Καὶ αὖθις ὁ θεῖος ἐπάγει μελῳδὸς, *Ὁ δὲ δίκαιος οἰκτείρει καὶ δίδωσιν.* Ὁ διδοὺς, Θεὸς, τὸ διδόμενον, μεταμελείας καιρός· δανείζων γὰρ Θεὸς βροτοῖς, σπανίως ἢ μόγις, ἢ οὐδ' ὅλως ἀπολαμβάνει, μέχρι τέλους τοῦ ὀφείλοντος ἀναμένων τὴν ἔκτισιν· δανειζόμενος δὲ διὰ τοὺς πέλας τὸν ἔλεον, αὖθις πολλαπλάσιον ἀντιδίδωσιν, ὀξέως εὐεργετεῖν, βραδέως κολάζειν εἰωθώς. Ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἀσεβεῖς θεοστυγοῦσι, καὶ ἄπιστοι ταῖς θεουργίαις ἐπισκάζουσι, οὐδ' ἑτέρῳ τῆς διανοίας τὰς βάσεις ἐρίζοντες, καὶ ἡ ἀδικία κρατεῖ, καὶ ὁ κριτὴς μακροθυμεῖ, ἕως τῆς δευτέρας πρὸς ἡμᾶς

[79] III Reg. I, 1, 3, 4. [80] Coloss. II, 3. [81] Psal. XXXVI, 21. [82] ibid.

(7) *Πνεύματος*. Sic rescripsimus pro Πατρὸς quod exhibent editi. Atque ita legebat interpres. Nam Πνεύματος-Πατρὸς, Πνεύματι-Πατρὶ aliaque hujusmodi, haud infrequenter librarii confundere consueverunt, ut præ cæteris observat Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, p. 609.

φοιτήσεως, ἥτις ὑπάρχει τῆς ἡμέρας καὶ τῆς ὥρας ἐκείνης ἡ πρακτικὴ τῆς κρίσεως γνῶσις αὐτοῦ

quidem benefacere, tarde vero punire consueverit. Nunc enim adhuc impii oderunt Deum, et increduli in divinis operibus claudicant, neque ulla alia re mentis gressus firmant; adeoque iniquitas superat, et judex longanimis est, usque ad secundum ad nos adventum, qui est diei et horæ illius nimirum judicii exercendi cognitio.

ΠΕΥΣΙΣ ΚΒ'.

Καὶ πῶς αὐτὸς λέγει· *Πρὸς τὸν Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν, καὶ Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν*; ἐκ τούτου δεικνὺς μὴ ἴσος ὑπάρχειν τοῦ Πατρὸς, λέγων, *Πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μου*;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ, ἧττον' ὑπάρχειν τοῦ Πατρὸς τὸν Παῖδα, καταπέσῃ ὑμῶν ἡ διάνοια, τῷ ῥήματι τῆς θεανδρικῆς αὐτοῦ οἰκονομίας προσκόπτουσα. Οὐ γὰρ πρὸ ταύτης φανεῖται φήσας ἐν τῇ Παλαιᾷ Πυκτῇ ἔτι ἀσώματος ὑπάρχων, *Πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μου*· καὶ σαρκὶ δὲ ἑνωθεὶς, οὐχ ἧττον ὑπὸ τῶν προφητῶν θεολογεῖται· Ἡσαΐου μὲν βοῶντος *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν καὶ ἐδόθη, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, Θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, Ἐξουσιαστὴς, Ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος*· τοῦ δὲ Δαβὶδ μελῳδοῦντος τὴν δευτέραν αὐτοῦ θεανδρικὴν ἐπιφοίτησιν, ἐπὶ κρίσει καὶ ἀνταμείψει πάντας συναγείρουσαν, *ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐμφανῶς ἥξει*, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. *Πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα*, τοὺς αἰτίους πρὸς τιμωρίαν συνελαύνουσα, καὶ τῷ φρικώδει καὶ ἀκλινεῖ παριστῶσα βήματι τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰκότως οὖν διὰ τὴν σωματικὴν οἰκονομίαν φησὶ, *Πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μου*· διὰ δὲ τὴν κατὰ φύσιν τῆς θείας ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννήσεως, *Πορεύομαι*, φησὶ, *πρὸς τὸν Πατέρα μου*. Θεὸς τοίνυν τῶν μαθητῶν καὶ Πατὴρ τοῦ Παιδὸς κατὰ φύσιν, Θεὸς δὲ τοῦ Υἱοῦ κατὰ σάρκα, καὶ Πατὴρ τῶν φοιτητῶν κατὰ χάριν.

INTERROGATIO XXII.

Quomodo vero inquit ipse: *Ad Deum meum et Deum vestrum, et Patrem meum et Patrem vestrum*[83]? quo ostendit se non æqualem esse Patri, cum inquit, *Vado ad Deum meum?*

Responsio.

Nequaquam recidat eo mens nostra, ut putemus minorem esse Patre Filium, offensa hoc verbo, quod ratione administrationis uniti cum Deo hominis dicitur. Non enim ante hoc tempus eum constat sic locutum esse in Scriptura Veteri, cum adhuc esset incorporeus: *Vado ad Deum meum*. Imo etiam carni unito divinitas nihilominus a vatibus tribuitur, Isaia quidem clamante: *Puer natus est nobis, et datus est, cujus imperium super humerum ejus; et vocabitur nomen ejus, magni consilii Nuntius, Admirabilis consiliarius, Deus fortis, Dominator, Princeps pacis, Pater futuri ævi*[84]. Davides autem secundum uniti cum Deo hominis adventum canit, quo ad judicium et retributionem omnes excitabuntur: *Deus noster manifesto veniet*[85]; Deus, inquam, noster, nec tacite id fiet: *Ignis præcedet ante ipsum, et in circuitu ipsius vehemens procella*[86], impellens ad supplicium reos, quos terribili et incorrupto sistet tribunali ejus qui supra omnia exsistit, Dei scilicet ac Servatoris nostri Jesu Christi. Merito igitur propter administrationem in corpore suam, inquit, *Vado ad Deum meum*. Propter eam vero quæ secundum naturam divinæ ex Patre generationis est, *Vado*, inquit, *ad Patrem meum*. Deus igitur ille discipulorum est, et Pater Filii secundum naturam, et Deus idem Filii secundum gratiam.

ΠΕΥΣΙΣ ΚΓ'.

Καὶ πῶς περὶ τοῦ Πατρὸς γέγραπται, *Οὐ πεινάσει, οὐ διψήσει, οὐδέ ἐστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ*· περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, ὅτι ἐπείνασε μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας, πειρασθεὶς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ διψήσας ἐζήτει πιεῖν παρὰ τῆς Σαμαρίτιδος; πάλιν περὶ τοῦ Πατρὸς, *Οὐ κοπιάσει, οὐ νυστάσει, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ*· ἐκοπίασε δὲ Ἰησοῦς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, καὶ ὑπνώττει ἐν τῷ πλοίῳ, ἅπερ οὐκ ἔστι Θεοῦ;

Ἀπόκρισις.

Ἄπαγε σαυτὸν τῆς νηπιότητος, ἄνθρωπε. Οὐ μόνον γὰρ πεινῆσαι κατεδέξατο ἐλθὼν ὁ ἐνυπόστατος καὶ ζῶν ἅγιος Λόγος, ἀλλὰ καὶ πέπονθε τῷ ἐξ ἡμῶν προσλήμματι, καὶ ὑπὸ ταφὴν τούτου γέγονε, πρῶτον μαστιχθεὶς τὸν νῶτον, καὶ δέσμιος τῇ ἑνώσει ἀναπεμφθεὶς Ἡρώδῃ ὑπὸ Πιλάτου. Εἶθ' οὕτως ῥαπίζεται παρειαῖς καὶ ἐμπτύεται. Ἀλλὰ καὶ ἐδάκρυσε, καὶ ἐν ἀγωνίᾳ γενόμενος ἵδρωσε· *καὶ ἐγένετο ὁ*

INTERROGATIO XXIII.

Et qui fit, ut de Patre sit scriptum: *Non esuriet, non sitiet, neque est invenire sapientiam ejus*[87]; de Filio autem, quod esurierit post quadraginta dies, tentatus in deserto, et quod sitierit, dum peteret a Samaritana potum? iterumque de Patre: *Non lassabitur, non dormitabit, neque dormiet custos Israelis*[88]: at Jesus defatigatus est ex profectione, et dormivit in navi: quæ utique Deo non competunt?

Responsio.

INTERROGATIO XXXVII.

Atqui nisi ipsum creaturam esse dixeris, contumelia Patrem afficis, affectum ei tribuens. Omnis enim qui generat, omnino erit obnoxius affectui. Aut enim contrahitur, aut dilatatur, aut sectionem derivationemve patitur, aut effertur, aut deprimitur, aut certe tale quid sustinet, qui generat.

Responsio.

Absit procul tale delirium, o præclare. Non enim divina natura corpus est, elationi aut contractioni subjectum, aut fluxui, aut sectioni, aut prorsus qualicunque affectui mancipatum. Quatenus igitur Pater spiritus est, Filium Deum Verbum spiritualiter absque tempore ineffabiliter genuit. At vero quia plerisque videtur visui potius quam auditui credendum, etiam facili aliquo exemplo utendum esse ratus sum in eo declarando, quod absque affectu Deus generet, non fluxum neque sectionem patiens. Creatura utique Dei est sol, quo aliqui in extremitatibus inhabitabilibus igne carentes utuntur ad coquendos cibos, equorumque pastores, et bubulci, subulci et pastores alii, calicem aqua pura implent, et radio solis obvertunt, aridoque fimo admoto ad vas aquarium, illico ignem auferunt, cum interim nec sectionem, nec fluxum, nec tumorem, nec contractionem luminare ipsum patiatur. Idem per purum vitrum in domiciliis penetrans, quasique radios gignens per universam terram, nihilominus absque defectu et absque sectione per omnia cernitur. Similiter et fax, etiamsi infinitas lampades accenderit, neque fluxum, neque sectionem patitur. Si igitur absque læsione fiunt ista, in infinitum istis per omnia superiorem esse naturam divinam credamus. Nam simul in universum omnia in ipsam collata sunt instar venti te-

[51] II Cor. III, 6. [52] Psal. XXI, 7.

nuis. Ergo genuit Pater Filium, non per sectionem aut fluxum, non per tumorem vel contractionem, sed incorporeus exsistens incorporeum Verbum ejusdem substantiæ, quod et audit et loquitur. Vani igitur illi et insipientes, qui cum ignominia honorant Patrem, ne audeant creatum pronuntiare Filium. Si enim, ut aiunt, Pater generans patitur, etiam ego creantem fatigari dico. Unde igitur ortum dicemus Filium, ne Patrem aut pati, aut fatigari blaspheme statuamus? Absit igitur a te, ut cum hac ignominia velis naturam divinam honorare. Nam qui Filium blasphemat, Patrem lapidat. Quemadmodum ipse in Evangelio sancte prædicat : *Qui non honorat Filium, neque Patrem honorat* [53].

φθεγγόμενον. Οἱ οὖν ἀτίμως τιμῶντες τὸν Πατέρα, εἰκαιόδουλοι καὶ ματαιόφρονες, κτιστὸν μὴ τολματωσαν ἀποφαίνειν τὸν Υἱόν. Εἰ γὰρ, καθώς φησι, γεννῶντα πάσχειν τὸν Πατέρα, κἀγώ φημι κτίζοντα κάμνειν, πόθεν δώσομεν τὸν Υἱὸν, ἵνα μὴ τὸν Πατέρα πάσχοντα ἢ κάμνοντα βλασφημήσωμεν; Ἄπαγε τοίνυν σαυτὸν, ἀτίμως τὸ Θεῖον γεραίρων! Ὁ γὰρ τὸν Παῖδα βλασφημῶν, τὸν Πατέρα λιθάζει, καθὼς αὐτὸς ἐν Εὐαγγελίοις θεηγορεῖ· *Ὁ μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα τιμᾷ.*

INTERROGATIO XXXVIII.

Sed quomodo dicunt aliqui, quod secundum electionem et gratiam Christus sit factus Dei Filius? Non enim inquit Pater, *Hic est Filius meus dilectus* quem genui, sed *quo delector* [54]. Et Isaias in persona Dei et Patris de Christo inquit : *Ecce Filius meus quem elegi, dilectus meus quo delectatur animus meus* [55]. Ad eumdem modum et Solomo inquit, *Electus e decem millibus* [56].

ΠΕΥΣΙΣ ΛΗʹ.

Καὶ πῶς τινές φασι, κατ' ἐκλογὴν καὶ χάριν τὸν Χριστὸν γενέσθαι Υἱὸν τοῦ Θεοῦ; Οὐ γὰρ λέγει ὁ Πατήρ· *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς* ὃν ἐγέννησα, ἀλλ', *ἐν ᾧ ηὐδόκησα.* Καὶ Ἡσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατέρος λέγει περὶ Χριστοῦ· *Ἰδοὺ ὁ Παῖς μου ὃν ᾑρετισάμην, ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν ηὐδόκησεν ἡ ψυχή μου.* Ὁμοίως καὶ Σολομὼν λέγει· *Ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυριάδος.*

Responsio.

Ut videtur, Ariana laboras dementia, tanto conatu adversus veritatem contendens. Ostende igitur similes Christo, quos Pater approbaverit, ut Christum elegit solum. Nam si Filius est unigenitus, non habet fratrem aut æqualem, aut sibi ex opposito respondentem. Cecinit enim de ipso Davides ille divinus : *Quis assimilabitur Domino, inter filios Dei* [57]? Et deinceps : *Magnus et tremendus est, supra omnes qui sunt in circuitu ipsius* [58]. Tanquam nemo possit secundum gratiam aut secundum profectum conferri Deo Verbo, qui propter mortales hominem assumpsit, et merito electus est. Cum enim plurimæ et innumerabiles essent mulieres adhuc incorruptæ, solam tamen ex omnibus selegit Mariam, in ipsa ineffabiliter uniens sibi et copulans naturam nostram, quemadmodum divinus ille vates inquit : *Elegit nobis hæreditatem sibi pulchritudinem Jacobi, quam dilexit* [59] : Mariam perpetuo manentem virginem significans, quæ nunquam ad generandum progressa fuerat, aut fetum in utero materno conceperat. Amplexus autem Pater eam quæ ex ipsa erat, incarnationem Verbi, e supernis acclamat : *Ecce Filius meus dilectus, quo delector* [60]. Quibus in verbis intelligit unicum illum ex se et ex perpetua virgine natum nobis Filium Deum, sibi et nobis consubstantialem, ipsi quidem divinitate, nobis vero ratione carnis assumptæ. Idem enim inter mortales apparens immortalis, spontanea voluntate mansit quod erat, cum conspiceretur id esse quod sum ego.

Ἀπόκρισις.

Ὡς ἔοικε τῆς Ἀρείου παροινίας ὑπάρχεις, τοσαύτῃ φιλονεικίᾳ κατὰ τῆς ἀτρεκίας χρώμενος. Δεῖξον τοίνυν τοὺς ὁμοίους Χριστοῦ, οὓς δοκιμάσας ὁ Πατὴρ, Χριστὸν ἐξελέξατο μόνον. Εἰ γὰρ μόνος Υἱὸς ὑπάρχει μονογενὴς, οὐκ ἔχει ἀδελφὸν ἢ ἀντιπαράθετον. Ἐμελῴδησε γὰρ περὶ αὐτοῦ Δαβὶδ ὁ θεσπέσιος· *Τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ;* καὶ μεθ' ἕτερα· *Μέγας καὶ φοβερός ἐστιν ἐπὶ πάντας τοὺς περικύκλῳ αὐτοῦ·* ὡς μηδενὸς οἵου τε ὄντος τοῦ κατὰ χάριν ἢ προκοπὴν παραβάλλεσθαι τῷ Θεῷ Λόγῳ, διὰ βροτοὺς ἀνδρωθέντι καὶ εἰκότως ἐκλεχθέντι. Πλείστων γὰρ ὑπαρχουσῶν μυριάδων γυναικῶν ἔτι ἀφθόρων, μόνην ἐκ πασῶν Μαρίαν ἀπέκρινεν, ἐν αὐτῇ ἀφράστως ἑνώσας ἑαυτῷ καὶ συμπλέξας τὰ ἡμέτερα, καθώς φησιν ὁ θεῖος τραγῳδός· *Ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν ἑαυτοῦ, τὴν καλλονὴν Ἰακὼβ, ἣν ἠγάπησεν·* τὴν ἀείπαιδα Μαρίαν δηλῶν, μηδέπω εἰς γένεσιν παρελθοῦσαν, ἐν νηδύϊ μητρὸς καταβληθεῖσαν. Ἀγάμενος δ' ὁ Πατὴρ τὴν ἐξ αὐτῆς τοῦ Λόγου σάρκωσιν, ἄνωθεν ἐπιβοᾷ· *Ἰδοὺ ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα·* ἕνα τὸν παρ' αὐτοῦ καὶ τῆς Ἀείπαιδος γνωρίζων ἡμῖν Παῖδα Θεὸν, αὐτῷ καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον, τὸ μὲν, θειότητι, τῆς δὲ (11-12) τῷ προσλήμματι. Ὁμοθέωρος γὰρ θνητοῖς ἀθάνατος, αὐθαιρέτως γενόμενος ἔμεινεν ὃ ἦν, ὁρώμενος ὅπερ εἰμί.

INTERROGATIO XXXIX.

Quomodo vero secundum profectum et dilectionem Apostolus ipsum ostendens Filium Dei, de

ΠΕΥΣΙΣ ΛΘʹ.

Καὶ πῶς κατὰ προκοπὴν καὶ ἀγάπησιν ὁ Ἀπόστολος δεικνὺς αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, περὶ τοῦ Πατρὸς

[53] Joan. v, 23. [54] Matth. III, 17. [55] Isa. XLII, 1. [56] Cant. v, 10. [57] Psal. LXXXVIII, 7. [58] ibid. [59] Psal. XLVI, 5. [60] Matth. III, 17.

(11-12) *Τὸ μὲν... τῆς δέ.* Forte, τῷ μὲν... τοῖς δέ. Edit.

λέγει. Ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότου, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ.

Patre inquit: *Qui eripuit nos ex potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ* [61].

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτων κατὰ προκοπὴν Υἱὸς Θεοῦ δειχθήσεται. Ἑτέρωθι γὰρ ὁ αὐτὸς ἱερὸς Ἀπόστολός φησιν· Ὅτι ὁ Θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς ἐν Χριστῷ· σημαίνων ἀγάπην τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὑπάρχειν τὸν Χριστὸν, ὡς καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν. Ἀγάπη οὖν ὁ Πατὴρ, ὁμοίως καὶ ὁ Υἱός· ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ ἀγάπη ἐξ ἀγάπης. Ὁ Θεὸς γὰρ ἀγάπη ἐστὶ, φησὶν ὁ Ἰωάννης. Παυσάσθωσαν τοίνυν οἱ τῆς Ἀρείου μανίας, κτίσμα τὸν κτίστην οἰόμενοι, οὐδ' ἑτέρας τῶν Διαθηκῶν τοῦτο βουλομένης. Τέσσαρα ἡμῖν ὑπάρχει Εὐαγγέλια, κεφαλαίων χιλίων ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο· καὶ ἀπ' ἄκρου μέχρι πέρατος ἐν αὐτοῖς θεηγορῶν ὁ Υἱὸς περὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ ὁ Πατὴρ περὶ τοῦ Παιδὸς, οὐδ' ἕτερος αὐτῶν φησιν, ὅτι Ἔκτισα ἐμαυτῷ Υἱὸν, ἢ αὖ πάλιν, ὅτι Ἔκτισέ με ὁ Πατήρ.

Responsio.

Verum ex his non ostendetur esse ipsum secundum profectum Filium Dei. Alibi enim idem inquit Apostolus, *Quoniam Deus dilexit nos in Christo* [62], significans dilectionem Dei et Patris esse Christum, quemadmodum et sapientiam et virtutem. Dilectio igitur est Pater, similiter et Filius, ut lumen ex lumine, et Deus ex Deo; et dilectio ex dilectione. Nam *Deus est dilectio* [63], inquit Joannes. Cessent igitur Arianæ vesaniæ sectatores, qui creaturam creatorem putant, neutro Testamentorum id volente. Quatuor nobis sunt Evangelia, capita mille centum sexaginta duo; et ab initio ad finem usque in ipsis divinitus tradit doctrinam Filius de Patre, et Pater de Filio, et tamen neuter ipsorum inquit, Creavi mihi Filium, aut vice versa, Creavit me Pater.

ΠΕΥΣΙΣ Μ'.

Τί οὖν νομίζεις τὴν Παρθένον Μαρίαν, κτιστὴν ἢ ἄκτιστον; καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς σῶμα τοῦ Χριστοῦ; καὶ πῶς προσκυνεῖς τῷ Χριστῷ; Εἰ γὰρ κτιστὸν εἴπῃς, ὅπερ πᾶσα πάντως ἀνάγκη, δηλονότι κτίσματι προσκυνεῖς· εἰ δὲ μὴ προσκυνεῖς, ἀρνῇ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Οὐ γράφω Θεότητος τύπον· ἁπλῆ γὰρ καὶ ἀόρατος καὶ ἀνείδεός ἐστι· τῆς σαρκὸς δὲ τὸν τύπον ἱστορῶν, προσκυνῶ θεοπρεπεῖ διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν.

INTERROGATIO XL.

Quid igitur statuis de Virgine Maria? num creatam, an increatam, et quod ex ea est corpus Christi? Et quomodo Christum adoras? Nam si ipsum creatum dixeris, id quod omnino necessum est, creaturam videlicet aliquam adoras. Si vero non adoras, negas Filium Dei. Non describo divinitatem secundum formam. Simplex enim est, et inaspectabilis, et forma carens. Carnis autem formam intuens, adoro Deum, ut par est, propter eam quæ secundum hypostasim est, unionem.

Ἀπόκρισις.

Νὴ τὴν ἐμὴν ὑγείαν, οὐχ ὡς κτίσματι προσκυνήσω Χριστῷ, ἀλλ' ὡς τῶν κτισμάτων ποιητὴν καὶ Θεόν. Ὥσπερ γὰρ τὸν βασιλέα σὺν τῇ ἁλουργίδι τιμῶ μιᾷ προσκυνήσει, οὐ χωρίζων αὐτὸν ἐκείνης. Ἦ σοι ἄρα δοκεῖ ἐρεῖν τῷ ἄνακτορι· Ἀνάστηθι τοῦ θρόνου, ἵνα σε προσκυνήσω; ἤ, Ἔξελθε τοῦ ναοῦ, ἵνα σε ὑμνήσω χωρὶς τῆς ἀψύχου ὕλης; Εἰ οὖν τὰ ἄψυχα τῷ ἐμψύχῳ συμπροσκυνεῖται καὶ τὰ εὐτελῆ, τῷ πάσης ὁμοῦ τῆς ὑφηλίου Δεσπότῃ, εἰκότως καὶ ὁ Λόγος σὺν τῷ ναῷ τοῦ σώματος, ὅπερ αὐτοῦ καὶ ἁλουργίδα φημὶ καὶ χιτῶνα καὶ θρόνον, μιᾷ προσκυνήσει προσκυνηθήσεται.

Responsio.

Per meam certe salutem, non ut creaturam adoro Christum, sed ut creaturarum opificem et Deum. Quemadmodum regem cum purpura honoro una et eadem veneratione, ipsum ab illa non separans. Alioqui num tibi videtur ad imperatorem dicendum esse, Surge de throno tuo, ut adorem te? aut, Egredere ex templo, ut te celebrem absque materia inanimata? Si ergo res inanimæ una cum animatis adorantur, et res omnino leves; merito utique et ejus qui omnium in universum quæ sub sole sunt, Dominus est, et Verbum illud, cum templo corporis, quod ipsum purpuram ejus voco et tunicam et solium, una adoratione adorabitur.

ΠΕΥΣΙΣ ΜΑ'.

Καὶ εἰ Θεός ἐστι μετὰ σώματος, πῶς αὐτὸς λέγει, Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε; Εἰ οὖν Θεὸς ἦν, πάντες οἱ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ εἶδον αὐτόν.

INTERROGATIO XLI.

Atqui si Deus est cum corpore, quomodo inquit ipse, *Deum nemo vidit unquam* [64]? Siquidem Deus erat, omnes qui cum illo id temporis fuerunt, viderunt ipsum.

Ἀπόκρισις.

Περὶ τοῦ Πατρός φησιν ὁ Υἱὸς, ὅτι Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. Οὐ γὰρ εἶπε· Τὸν Υἱὸν Θεὸν ὄντα Λόγον καὶ ἄνθρωπον γενόμενον, οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. Εἶδον μὲν προφῆται καὶ ἀπόστολοι καὶ ἕκαστος τῶν δικαίων Θεὸν, ἀλλ' οὐδεὶς καθὸ ὑπάρχει τῇ φύσει ἰδεῖν οἷός τε. Οὐδὲ γὰρ ἔστι φύσις χωροῦσα τὴν ὄψιν· ἑκάστῳ δὲ τῶν ἀξίων φαίνεται, οὐκ ἄνευ τινὸς πα-

Responsio.

De Patre loquitur Filius, cum ait, *Deum nemo vidit unquam.* Non enim inquit: Filium, qui Deus est Verbum, et homo factus, nemo vidit unquam. Viderunt quidem prophetæ et apostoli et omnes justi Deum; verum nullus quod est natura sua videre potest. Non enim est ulla natura quæ sit capax ejus aspectus. Unicuique vero apparet digno,

[61] Coloss. I, 13. [62] II Thess. II, 16. [63] Joan. IV, 8. [64] Joan. I, 18.

non sine aliquo velamento pro mensura puritatis ejus qui ei ministrat. Vidit proinde Jobus, sed per turbinem et nubes. Ante ipsum vero Abrahamus per angelum loquentem. Vidit Jacobus ut hominem secum luctantem. Moses in medio caliginis. Similiter et cætera sanctorum turba per ænigmata et velamenta. Viderunt et apostoli per carnem hominem factum Deum et Verbum. Eumdem Filium et Dei et hominis unusquisque cernit pro mensura propriæ virtutis et roboris animæ, sicuti prout vel lucidi vel turbati sunt corporis oculi, alii quidem diu possunt solem directo intueri, alii vero imbecilliter, haud ferentes fulgorem ejus luminaris neque incursum radiorum.

Videmus enim mare ab aliquo montis vertice vel colle, et cum veritate dicimus nos mare vidisse, cum superficiem pelagi solam, eamque tantum particulariter cernamus. Non enim ab eo quod apud nos est, plano præruptove littore, in eam quæ e regione opposita est, speculam vis oculorum pertingere potest evanescens in aere. Neque item profunditatem ejus imumque fundum mens invenire potest. Semper enim ab eo quod putatur, aliud animum subit, quod contineat ejus eminentias, ne diffundatur aut diffluat; quatenus in immensum extenditur, intellectus noster, ut apparet, deficit. Cernimus autem et cœlum non omnes similiter, sed quisque secundum vires oculorum. Neque enim mens ad extremitatem pertingit, neque propter resilientem a nobis illius fornicis soliditatem prorsus accedere potest.

Cernimus igitur ea quæ sunt in eadem servitutis conditione, non secundum id quod sunt, sed secundum id quod percipimus. Sunt enim nobis proposita tum aspectabilia tum inaspectabilia; et horum aliud quidem ex parte, aliud vero totum. Consimiliter et Deus et aspectabilis et inaspectabilis est hominibus: illud quidem ratione velamenti corporis per demissionem, hoc vero, naturaliter et immensitatis ratione. Non enim sustinet ignis propinquitatem stipula et palea, cum ob ariditatem mox in terram resolvantur. Paululum enim in se divinitatem nudans Christus, in monte transformationis versavit columnas Ecclesiæ. Nam illico procidentes Petrus et Jacobus et Joannes, ob timorem palpitantes, propemodum colliquescebant igne divinitatis. Ad id autem nos ducens divus Apostolus, aperte clamat: *Ex magnitudine creaturarum et pulchritudine, ratione quadam conveniente cernitur* [68]. Cum enim cœlum et terram et mare, ut secundum naturam sunt, in totum cernere nequeamus, quomodo conditorem nostrum videre secundum ipsius naturam poterimus?

ραπετάσματος πρὸς τὸ μέτρον τῆς καθάρσεως τοῦ διακονουμένου. Εἶδε τοίνυν Ἰὼβ, ἀλλὰ διὰ λαίλαπος καὶ νεφῶν· πρὸ αὐτοῦ δὲ, Ἀβραὰμ, δι' ἀγγέλων φθεγγόμενον· εἶδεν Ἰακὼβ, ὡς ἄνθρωπον μετ' αὐτοῦ παλαίοντα· Μωσῆς ἐν μέσῳ τοῦ γνόφου· ὁμοίως καὶ ὁ λοιπὸς τῶν θεσπεσίων ὅμιλος δι' αἰνιγμάτων καὶ παραπετασμάτων· εἶδον καὶ οἱ ἀπόστολοι, διὰ σαρκὸς ἀνδρωθέντα τὸν Θεὸν καὶ Λόγον, τὸν αὐτὸν Παῖδα Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου, ἕκαστος πρὸς τὸ μέτρον τῆς οἰκείας ἀρετῆς καὶ ῥώσεως ψυχικῆς· κατὰ τοὺς ἐῤῥωμένους ἢ τεθολωμένους τὰς τοῦ σώματος ὄψεις, τῶν μὲν ἐπὶ πολὺ δυναμένων τῷ ἡλίῳ ἀτενίζειν, τῶν δὲ ἀμυδρῶς μὴ φερόντων τὴν ἀστραπὴν τοῦ φωστῆρος, μηδὲ τὴν προσβολὴν τῶν μαρμαρυγῶν.

Ὁρῶμεν γὰρ τὴν θάλατταν ἀπ' ἀκρωρείας ἢ γεωλόφου τινὸς, καὶ ἀληθεύομεν φάσκοντες ἑωρακέναι· τὴν γὰρ ἐπιφάνειαν τοῦ πελάγους μόνον, καὶ ταύτην μερικῶς ὁρῶντες. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ἐντεῦθεν ᾐόνος ἢ ὄχθης, πρὸς τὴν ἀντικρὺ κειμένην σκοπιὰν ἡ ὄψις δὴ οἷά τε, ἐναπολήγουσα τῷ ἀέρι. Οὐδ' αὖ πάλιν τὸ κύτος αὐτῆς ἢ τὸν ἔσχατον πυθμένα ὁ νοῦς εὑρεῖν οἷός τε. Ἀεὶ γὰρ τοῦ νοουμένου ἕτερον ὑποτιθεμένου περιέχειν αὐτῆς τὰς ἐξοχὰς, πρὸς τὸ μὴ διαχεῖσθαι ἢ καταῤῥεῖν, πρὸς τὸ κάτω εἰς ἀμήχανον εἰκότως τῆς διανοίας ἡμῶν ἐκπιπτούσης. Ὁρῶμεν δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν οὐ πάντες ὁμοίως, ἀλλ' ἕκαστος πρὸς τὴν ῥώμην τοῦ ὄμματος. Οὔτε γὰρ ἡ διάνοια τοῦ πέρατος ἀφικνεῖται (12*), οὐδὲ προσβῆναι τῇ ἀντιτυπίᾳ τῆς ἁψῖδος δύναται ἀκριβῶς.

Ὁρῶμεν τοίνυν τὰ σύνδουλα, οὐ καθὸ πέφυκεν, ἀλλὰ καθὸ χωροῦμεν. Ὁρατὰ γὰρ ἡμῖν πρόκειται καὶ ἀόρατα, τὸ μὲν μερικῶς, τὸ δὲ ὁλοσχερῶς. Παραπλησίως καὶ τὸ Θεῖον ὁρατὸν, καὶ ἀόρατον βροτοῖς ὑπάρχει· τὸ μὲν, παραπετάσματι σώματος, συγκαταβατικῶς· τὸ δὲ ἀμήχανον φυσικῶς. Οὐ γὰρ ἡ καλάμη καὶ τὸ ἄχυρον ὑπομένει τοῦ πυρὸς τὴν ἐγγύτητα, τῇ φρυγίᾳ εἰς γῆν διαφθειρόμενα. Βραχὺ γὰρ παραγυμνώσας ἑαυτῷ (13) τὴν θεότητα Χριστὸς, ἐπὶ τοῦ ὄρους τῆς μεταμορφώσεως, τοὺς στύλους τῆς Ἐκκλησίας ἐστρόμβησε. Πεσόντες γὰρ αὖθις Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, τῷ δέει κραδαινόμενοι, μικροῦ δεῖν ἐχωνεύοντο τῷ πυρὶ τῆς θεότητος. Πρὸς τοῦτο δὲ φέρων καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος, διαῤῥήδην βοᾷ· Ἐκ γὰρ μεγέθους κτισμάτων καὶ καλλονῆς ἀναλόγως θεωρεῖται. Οὐρανοῦ γὰρ καὶ γῆς καὶ θαλάττης ἰδεῖν ὁλομερῶς τὴν φύσιν οὐ δυνάμενοι, πῶς τὸν ποιητὴν ἑαυτῶν ἰδεῖν τῇ φύσει χωρήσομεν;

INTERROGATIO XLII.

Postquam de Christo satis instructi sumus, cupimus pauca audire de Spiritu sancto, num æqualis sit Patri et Filio, propriæ potestatis auctoritate faciens et mandans quæ vult: et quare cum aqua et igne in Scriptura comparetur.

ΠΕΥΣΙΣ ΜΒ'.

Καλῶς περὶ Χριστοῦ διδαχθέντες, δεόμεθα ὀλίγα περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀκοῦσαι· εἰ ἴσον ὑπάρχει τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, αὐθεντικῶς ποιοῦν καὶ προστάσσον ἃ βούλεται· καὶ διὰ τί ὕδατι καὶ πυρὶ ὑπὸ τῆς Γραφῆς ὁμοιοῦται.

[68] Rom. I, 20.

(12*) *Ἀφικνεῖται.* Forte ἐφικν. EDIT.

(13) *Ἑαυτῷ.* Forte ἑαυτοῦ, vel ἐν ἑαυτῷ. ID.

Ἀπόκρισις.

Ἄκουε δὴ, ἀξιάγαστε, αὐθεντικῶς καὶ αὐτοκρατορικῶς τοῦ Πνεύματος προστάττοντος, καὶ δρῶντος ἴσα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ· *Ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτοὺς*, φησὶ τοῖς ἀποστόλοις. Συμφώνως δὲ τούτῳ ὁ Υἱὸς τῷ Παύλῳ φησίν· *Εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, κἀκεῖ λαληθήσεταί σοι, τί σε δεῖ ποιεῖν.* Ἑτέρωθι δέ φασιν αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων· *Οὗτοι μὲν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, κατῆλθον εἰς τὴν Σελεύκειαν*· Ὁμοίως ὁ Υἱὸς, *Πορευθέντες*, φησὶ, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη*· ὁμοίως οἱ ἀπόστολοι, *Ἔδοξε*, φασὶ, *τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηδὲν ἄλλο ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν πλὴν τῶν ἐπάναγκες.* Ὁμοίως ὁ Παῦλός φησι· *Λέγω δὲ, καὶ οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος, γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρίζεσθαι.* — *Διῆλθον*, φησὶ, *τὴν Φρυγίαν καὶ Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ.* Ὁμοίως ὁ Υἱὸς τοῖς ἀποστόλοις φησίν· *Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσέλθητε.* Ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ ὁ θεσπέσιος, τῆς θείας Τριάδος ἔργον δεικνὺς τὰ σύμπαντα, μελῳδεῖ ἐν Ψαλμοῖς· *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*· Κύριον τὸν Πατέρα δηλῶν, Λόγον δὲ τὸν Παῖδα, Πνεῦμα δὲ τὸ θεῖον Πνεῦμα. Συμφώνως δὲ τούτῳ ὁ τῆς ὑπ' οὐρανῶν (13*) θεῖος καθηγητὴς Παῦλος, φησί· *Διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργειῶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι*· τρία μὲν παριστῶν πρόσωπα, μίαν δὲ τὴν θεότητα, αὐθεντίαν τε καὶ βασιλείαν.

ΠΕΥΣΙΣ ΜΓ'.

Προσθεῖναι τοῖς εἰρημένοις παρακαλοῦμεν, διὰ τί ὕδατι καὶ πυρὶ παρεικάζεται ὑπὸ τῆς Γραφῆς τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Ἀπόκρισις.

Οὐκ εἰκῆ (14), οὐδ' ἀργῶς ἐκείνοις παραβάλλεται τὸ θεῖον Πνεῦμα. Χλοοποιὸν γὰρ, καὶ ζωοποιὸν, καὶ θρεπτικὸν τὸ ὕδωρ ἐξ οὐρανῶν ὑόμενον, καὶ πάντα πιαῖνον, καὶ πᾶσι διικνούμενον, μονοειδὲς μὲν ὑπάρχον, πολυτρόπως δὲ ἐνεργοῦν· ἐκ μιᾶς δὲ κρήνης διάφορα γένη φυτῶν ἄρδονται. Ὁ δ' αὐτὸς ὑετὸς μονοειδὴς ὑπάρχων φύσει καὶ ὄψει, πολυτρόπως εὐεργετεῖ, ἐν μὲν κρίνῳ λευκὸς, ἐν δὲ ῥόδῳ ἐρυθρὸς ὁρώμενος, πόρφυρος ἐν ἴοις, κιῤῥὸς δ' ἐν κρόκῳ. Ἐπὶ τῆς συκῆς μονοειδὴς ὑόμενος, ἑτεροειδῶς ἀποτελεῖται, γλυκὺς μὲν ἐν τῷ καρπῷ, στυφὸς δὲ ἐν τῷ ἐκμυζομένῳ γάλακτι. Ὁ αὐτὸς ἐν ἀμπέλῳ μονοειδὴς ἐρχόμενος πυκάζεται, εἰς ἕλικας, εἰς βλαστοὺς, εἰς ὄμφακας, εἰς βότρυας, εἰς οἶνον, εἰς πότον, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, ἐν πᾶσι πάντα γινόμενος. Μονοειδὴς

Responsio.

Audi proinde, o præclare, propria auctoritate et potestate Spiritum præcipientem et facientem æqualia cum Patre et Filio : *Segregate jam mihi Barnabam et Saulum in opus ad quod vocavi eos*, inquit ad apostolos [66]. Consentiens autem cum hoc ad Paulum inquit Filius : *Ingredere in civitatem, et ibi dicetur tibi, quid tibi faciendum sit* [67]. Alibi autem dicunt Acta apostolorum : *Hi quidem emissi a Spiritu, abierunt Seleuciam* [68]. Ad eumdem modum Filius : *Profecti docete omnes gentes* [69]. Consimiliter apostoli : *Visum est*, inquiunt, *Spiritui sancto et nobis, de nulla alia re vos admonendos, quam de necessariis illis* [70]. Similiter et Paulus inquit : *Dico autem non ego, sed Dominus, ne uxor separetur a viro* [71]. *Peragrata*, inquit alius, *Phrygia et Galatica regione, prohibiti sunt a Spiritu, quominus doctrinam exponerent in Asia* [72]. Ad eumdem modum Filius ad apostolos inquit : *In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne ingrediamini* [73]. Sed et divinus ille Davides sacræ Trinitatis opus ostendens hæc universa, canit in Psalmis : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [74] : per Dominum, Patrem significans, per Verbum Filium ; per Spiritum denique, sanctum illum Spiritum. Cum hoc autem consentiens divinus ille omnium quæ sub cœlis sunt, magister Paulus, inquit : *Divisiones donorum sunt, sed idem Spiritus : et divisiones ministeriorum, sed idem Dominus : et divisiones operationum, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus* [75] ; tres quidem exprimens personas, unam vero divinitatem, auctoritatem et regnum.

INTERROGATIO XLIII.

Quæsumus ut iis quæ hactenus disseruisti, addas quare cum aqua et igne comparetur in Scriptura Spiritus sanctus.

Responsio.

Non frustra, neque abs re illis comparatur divinus Spiritus. Nam herbas producendi, et fovendi, et alendi vim habet aqua de cœlis pluens, et omnia pinguefacit, omnibus sese miscens ; ac licet uniformis sit, multis tamen modis operatur, et ex una scaturigine diversa genera germinum rigantur. Eadem pluvia cum sit uniformis natura et aspectu, multifariam sese declarat efficacem ; in lilio quidem alba, in rosa vero rubra apparens, purpurea in violis, fulva in croco. Super ficum uniformis pluens, alterius formæ efficitur, dulcis quidem in fructu, acerba vero in expresso lacte. Eadem in vitem uniformis veniens, densatur in capreolos, in germina, in uvas, in botros, in vinum, in potum : et, ut summatim dicam, in omnibus omnia fit.

[66] Act. XIII, 2. [67] Act. IX, 6. [68] Act. XIII, 4. [69] Matth. XXVIII, 19. [70] Act. XV, 28. [71] I Cor. VII, 10. [72] Act. XVI, 6. [73] Matth. X, 5. [74] Psal. XXXII, 6. [75] I Cor. XII, 4, 6.

(13*) *Ὑπ' οὐρανῶν*. Forte ὑπ' οὐρανόν, vel ὑπ' οὐρανούς. EDIT.

(14) *Οὐκ εἰκῆ*, κ. τ. λ. Hæc pene αὐτολεξεὶ desumpta noscuntur ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesi XVI, § 13. Quod quidem perspexit cl. Cyrillianorum editor Toutteus.

Uniformis cum sit, eorum a quibus suscipitur, naturæ unita, unicuique quod est commodum tribuit. Itidem et ignis uniformis cum sit, variis modis operatur, calefacit, purgat, concoquit, probat, illuminat, ardet. Ad eumdem modum et sanctus Spiritus, cum sit unus, unius formæ et ejusdem modi, uniusque substantiæ, indivisus et absque defectu, unicuique dividit gratiam sicut vult. Utque in plantis fieri solet, ut quandiu quidem hiemis asperitas prævalet, infrugiferæ maneant: postquam vero pluviis rigatæ, sole foventur, renascuntur et germinant, sic et mortalium animæ, quandiu quidem hieme vitiorum detinentur, difficiles et omnis communionis expertes mores erga proximos ostendentes, mortuæ et infrugiferæ sunt. Cum autem divinam Spiritus pluviam per doctrinam institutionis susceperint, et turpitudinem quæ est ex vitiositate, absterserint, multisque affectibus obnoxium corporeæ molis vestimentum deposuerint, mox in eis suscitatur ratio, et quasi renascuntur per divinam rigationem et calorem spiritus, et *fructum ferunt*, secundum Domini sermonem, *alius quidem tricesimum, alius vero sexagesimum, alius vero centesimum* [76]. Nam alii quidem ad sapientiam accommodat linguam, alii ad vaticinium, alii ad dæmonum expulsionem, alii ad declarationem rerum divinarum. Alium ad sobrie vivendum instruit, alium ad misericordiam, alium ad temperantiam confirmat. Alium ad martyrium ungit et excitat, ac diversus in alio esse videtur, cum ipse non sit alius, quemadmodum eximius ille et mentis vi præstans scribit Apostolus: *Unicuique*, inquit, *datur declaratio Spiritus, prout expedit. Nam alii quidem per Spiritum datur oratio sapientiæ, alii vero oratio scientiæ secundum eumdem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii prodigiorum effectiones, alii vaticinatio, alii dijudicationes spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum. Sed omnia hæc efficit unus ille et idem Spiritus, dispertiens peculiariter unicuique sicuti vult* [77]. Quemadmodum igitur aqua vim habet producendi herbas, et putrefaciendi; ignis, urendi et illuminandi: sic divini Spiritus est, benefacere et castigare.

ὑπάρχων, τῇ τῶν ὑποδεχομένων φύσει ἑνούμενος, ἑκάστῳ πρόσφορον νέμει. Τὸ πῦρ πάλιν, μονοειδὲς ὑπάρχει, πολυτρόπως ἐνεργεῖ, θερμαίνει, καθαίρει, πέπτει, δοκιμάζεται, φωτίζει, φλέγει. Ὡσαύτως καὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα, ἓν ὑπάρχον, μονοειδὲς, μονότροπον, μονοούσιον, ἀδιαίρετον, ἀλώβητον, ἑκάστῳ διαιρεῖ τὴν χάριν, καθὼς βούλεται· καὶ οἷον ἐπὶ τῶν φυτῶν γίνεσθαι πέφυκεν, ἕως μὲν τὸ ἀμειδὲς τοῦ χειμῶνος αὐτῶν ἐπικρατεῖ, ἄκαρπα μένει· ἐπειδὰν δὲ ὑετῷ νοτιζόμενα, ἡλίῳ διαθάλπεται, ἀναβιοῖ καὶ βλαστάνει· οὕτω καὶ αἱ βροτῶν ψυχαὶ, ἕως μὲν τῷ τῆς κακίας χειμῶνι κατέχονται, τὸ ἀμειδὲς καὶ ἀκοινώνητον πρὸς τοὺς πέλας ἐπιδεικνύμεναι, νεκραὶ καὶ ἄκαρποι τυγχάνουσιν, ἐπεὶ δ' ἂν τὸν θεῖον τοῦ Πνεύματος ὑετὸν διὰ λόγου κατηχήσεως δέξωνται, καὶ τὸ ἀπὸ κακίας αἶσχος ἀποτρίψωνται, τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἱμάτιον ἀποθέμεναι, αὖθις ἀναζωπυροῦται τὸ λογικὸν, καὶ οἱονεὶ ἀναβιοῦσι τῇ θείᾳ νοτίδι καὶ θέρμῃ τοῦ Πνεύματος, καὶ *Καρποφοροῦσι*, κατὰ τὴν θεηγορίαν, *ὁ μὲν τριάκοντα, ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ ἑκατόν*. Τῷ μὲν γὰρ συγκέχρηται γλώττῃ εἰς σοφίαν, τῷ δὲ εἰς προφητείαν, ἑτέρῳ δὲ εἰς δαιμόνων δραπέτειαν, θατέρῳ δὲ εἰς σαφήνειαν τῶν θειοτέρων. Ἕτερον δὲ σωφρονεῖν παιδεύει, θάτερον δὲ ἐλεεῖν, ἄλλον πρὸς ἐγκράτειαν ῥώννυσιν, ἕτερον πρὸς μαρτύριον ἀλείφει καὶ ὑποφωνεῖ, θάτερον ἐν ἑτέρῳ φαινόμενον, αὐτὸ δὲ οὐχ ἕτερον· καθὼς ὁ ὑψηλὸς ἐκεῖνος καὶ πολὺς τὴν διάνοιαν γράφει Ἀπόστολος· *Ἑκάστῳ*, φησὶ, *δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον. Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ γένη γλωσσῶν, ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν· πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.* Ὥσπερ γὰρ ὕδατος τὸ χλοοποιεῖν καὶ σήπ[τ]ειν, καὶ πυρὸς καίειν καὶ φωτίζειν· οὕτως καὶ τοῦ Θείου Πνεύματος, εὐεργετεῖν καὶ κολάζειν.

INTERROGATIO XLIV.

Quia te medicum animæ deprehendimus, affatim demonstrationes adhibentem animis nostris medicinam, et ab errore asserentem, quæsumus ut adjicias ad præmissa de angelis, num aliqui sint eorum ordines, et quot, et quales sint natura, num item quæ futura sunt sciant.

Responsio.

Creati quidem sunt angeli, et obnoxii mutationi, spiritus rationales ad ministerium missi, quemadmodum inquit divinorum carminum auctor, et cum ipso Paulus consentiens: *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignis flammam* [78]; quibus verbis simul et naturam et majestatem co-

ΠΕΥΣΙΣ ΜΔ'.

Ἰατρόν σε ψυχικὸν εὑράμενοι, ἱκανῶς διὰ τῶν ἀποδείξεων θεραπεύοντα ἡμῶν τὰς ψυχὰς, καὶ τῆς πλάνης ῥυόμενον, δεόμεθά σου προσθεῖναι τοῖς ῥηθεῖσι περὶ ἀγγέλων, καὶ εἰ τάγματά ἐστιν αὐτῶν, καὶ πόσαι (14*), καὶ τίνες τὴν φύσιν, καὶ εἰ τὰ μέλλοντα οἴδασι.

Ἀπόκρισις.

Κτιστοὶ μὲν οἱ ἄγγελοι καὶ τρεπτοὶ, πνεύματα λογικὰ εἰς διακονίας ἀποστελλόμενα, καθώς φησιν ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, καὶ μετ' αὐτὸν Παῦλος, ὁμοφώνως· *Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα·* ὁμοῦ τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀξίαν δηλοῦντες. Ἑπτὰ δὲ τυγ-

76 Matth. XIII, 8. 77 I Cor. XII, 7-11. 78 Psal. CIII, 4; Hebr. I, 7.

(14*) *Πόσαι*. Forte πόσα, vel πόσοι. EDIT.

χάνουσι τάγματα, καθὼς Ἰούδας ἔγραψε, καὶ ὁ ὑψηλὸς ἐξαριθμεῖται Ἀπόστολος· ᾧ καὶ ἑπόμενοι οἱ τῆς θείας τελετῆς ἱερεῖς ἀναφωνοῦσι Θεῷ· *Σὲ ὑμνοῦσιν ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, θρόνοι, κυριότητες, ἀρχαί, ἐξουσίαι, δυνάμεις.* Ὅτι δὲ τρεπτοί, ἐναργὴς ἀπόδειξις· Ἐπὶ τὸ χεῖρον τραπεὶς ἀρχέκακος διάβολος, συναποστήσας ἑαυτῷ ἱκανοὺς τῶν ἀγγέλων, οὐ φύσει, ἀλλὰ γνώμῃ τραπέντας τῇ ὑποσπορᾷ τοῦ σφῶν ἡγουμένου, αὐτῷ κατάλληλον τοῦ δράματος τὴν προσηγορίαν δεξαμένου. Ἐκ γὰρ τοῦ διαβάλλειν τὸ ὁμόφυλον φερωνύμως κέκληται διάβολος· Σατὰν δέ, ἐκ τοῦ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἀντικεῖσθαι· διὸ καὶ τῶν ὑπερκοσμίων κατήῤῥακται· καὶ ὑπὸ Ἰεζεκιὴλ (15) τοῦ θεσπεσίου τῶν Χερουβὶμ ἐξηγητοῦ ὀνειδίζεται· *Πῶς ἐξέπεσας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων;* ὁμοῦ τὸ πυρῶδες καὶ φωτιστικὸν τῆς φύσεως, καὶ ἡγεμονικὸν τῆς τάξεως τῇ εἰκόνι τοῦ φωστῆρος παριστῶν. Συμφώνως δὲ τούτῳ Δανιὴλ τὴν μοχθηρίαν αὐτοῦ διαβάλλων, καὶ τὴν ὑπαγωγὴν τῶν ἑπομένων φησίν.

rum significant. Septem vero sunt ordines, ut scripsit Judas [79], et eximius enumerat Apostolus [80], quem et sequuntur sacri ministri officii divini, dum alta clamant voce ad Deum : *Te laudibus celebrant angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, virtutes.* Quod vero mutabiles sint, evidens est demonstratio : ad malum versus auctor ille mali diabolus, secum ad defectionem multos angelorum trahens, non natura, sed voluntate mutatos per ducis sui suggestionem, qui congruentem suo facto suscepit appellationem. Nam ab eo quod alios sui generis calumniatur, proprie nominatus est diabolus ; Satan vero ex eo quod Deo et hominibus adversatur ; quapropter etiam de locis illis ultramundanis ejectus est : et apud Ezechielum [Isaiam] divinum vatem Cheruborum, probris incessitur : *Quomodo decidisti de cœlo, lucifer, qui mane oriebaris* [81]? Simul et ignem lucentemque naturam ejus, et principatus dignitatem, in ordine, per similitudinem luminaris illius exprimens. Cum hoc autem consentiens Danielus, nequitiam ejus traducit, et subductionem sectatorum exponit.

Ἀγνοοῦσι δὲ ἅμα βροτοῖς καὶ ἄγγελοι τὰ μέλλοντα· μόνης γὰρ τῆς θείας Τριάδος γινώσκειν τὰ ὄντα, καὶ προγινώσκειν τὰ ἐσόμενα. Διακονοῦσι δὲ ταύτῃ καὶ ἡμῖν· τῇ μὲν θεοπρεπῶς δουλεύοντες, τοῖς δὲ οἰκονομικῶς, πρὸς σωτηρίαν τὰ παρ' ἐκείνης προστατττόμενα· τοὺς μὲν ἀναιροῦντες διὰ κακίαν ἀδιόρθωτον, ὅπως μὴ τῆς λύμης ἐμφορεῖσθαι τοὺς ἐγγίζοντας· κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν, οἱ πρὸ τοῦ διαχεθῆναι κατὰ παντὸς τοῦ σώματος τὴν τοῦ πάθους λώβην, καυτῆρι ἢ τομῇ τὴν ῥύμην ἀνακόπτοντες. Ὅπερ καὶ γεωργοῖς σπουδάζεται, ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι αὖθις ἐκριζοῦν τὰ ζιζάνια, μήποτε συμφυόμενα καὶ ὑψούμενα, τὸν σῖτον λυμήνωνται· καὶ ἀμπελουργοὶ δὲ ἔτι ποάζουσαν πρὶν περιπλακῆναι τῇ ἀμπέλῳ τὴν ἀγχομένην ἀνασπῶσιν, ἢ τῇ δρεπάνῃ ὑποτέμνουσι, πρὸς τὸ μὴ τὸν βότρυν λυμήνασθαι. Τοῦτο καὶ ὁ γεωργὸς τῆς ἡμετέρας φύσεως καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀμπελουργὸς ποιεῖν εἴωθεν· προγινώσκων τοῦ ὑποτιτθίου τὴν ὀλεθρίαν αὔξησιν· καὶ ἅμα τῷ φῦναι ἐκριζῶν καὶ ἀνασπῶν τὸν ἑτέρους ἀνασπᾶν μέλλοντα δράμασι καὶ δόγμασιν ἀπωλείας· ἢ διὰ τὸ κουφότερον γενέσθαι τῷ ἀναιρουμένῳ τὴν ὀφειλομένην τῶν βεβιωμένων μάστιγα. Οἱ γὰρ ἐνταῦθα τὰς εὐθύνας ὑπέχοντες, καὶ τὴν ἐκεῖ προαποτινοῦντες (15*) ταμιευομένην δίκην, ἀμεθόδευτοι δοκοῦσί μοι ἔσεσθαι ὑπὲρ ὧν ἀπολελόγηνται· οὐχ ὑπὲρ ὧν διαφόρως ἀνεῖλεν ὁ μιαιφόνος, ἀλλ' ὑπὲρ οὗ καὶ δι' οὗ τὴν ἐπὶ θανάτου ἀρτίως ἐπάγεται. Ὀφθαλμὸν γὰρ ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, καὶ τὸν ἐκχέοντα αἷμα ἀναιρεῖσθαι ὁ θεῖος διακελεύεται νόμος.

Ignorant autem una cum hominibus et angeli res futuras ; solius enim sanctæ Trinitatis est, omnia habere cognita, et præscire ea quæ futura sunt. Ministrant autem et huic et nobis : huic quidem, ut erga Deum par est, servientes ; nobis vero præstantes ea quæ ad salutem nostri certo consilio ipsis ab ea mandantur. Itaque nonnullos propter malitiam in qua nullus emendationi locus est, perimunt, ne proximi quique perniciei implicentur, ut prudentes medici solent, qui, antequam per totum corpus diffundatur morbi vitium, cauterio aut sectione impetum ejus amputant. Id quod ab agricolis etiam studiose observatur, ut mox in exortu malas herbas eradicent, ne forte simul natæ et sursum tendentes, triticum opprimant. Sed et vinitores herbam vites suffocantem, dum adhuc tenera est, antequam viti sese implicet, revellunt, aut falce resecant, ne uva lædatur. Hoc et agricola ille nostræ naturæ et Ecclesiæ vinitor facere solet. Prævidens ejus qui adhuc lactens ab uberibus pendet, perniciosum incrementum, interim dum crescit, eradicat et evellit eum qui alios evulsurus erat per opera et doctrinas exitiales. Aut propterea, ut sit levius ipso sublato flagellum aliis ob ea quæ in vita designarunt, debitum ; nam qui hic pœnas subeunt, et pœnam futuræ vitæ prævenientes dependunt, in eos mihi videtur non amplius inquisitum iri super iis de quibus satisfecerunt : non propter ea quæ varie commisit homicida, sed ob id cujus causa recens damnatus ad mortem ducitur, ut oculum pendat pro oculo, dentem pro dente : item ut ille qui sanguinem effudit, interficiatur, lex divina præcipit.

Καὶ τὸ μὴ πάλιν αὐτοὺς ἐκτιμωρεῖσθαι ὑπὲρ ἐκεί-

Et ne rursus iidem afficiantur supplicio propter

[79] Judæ v, 6. [80] Ephes. I, 21 ; Coloss. I, 16. [81] Isa. XIV, 12.

(15) Ὑπὸ Ἰεζεκιήλ. Locus ab auctore citatus non exstat apud Ezechielem, sed legitur Isa. XIV, 12.

(15*) Προαποτινοῦντες. Forte προαποτιννύντες. EDIT.

eadem delicta, aperte dicitur: *Non capiet ultionem Dominus bis de eodem*[82]. Neque enim hoc apud nos æquum est, sub duobus judicibus puniri aliquem reum. Nam *dum hic judicamur, a Domino castigamur, ne cum mundo damnemur*[83]. Et eximius inquit Apostolus: *Quem diligit Dominus castigat, et corripit omnem filium quem suscipit*[84]. Non alios quidem suscipit, alios vero rejicit; sed alii quidem hic, alii vero illic id faciunt, recipientes ipsum, aut repudiantes per ipsa mandata. Non enim via regia causam præbet offendentibus aut cadentibus, sed ipsimet dum oculis circumvagantur, et incautis pedibus incedunt. Tollunt igitur angeli eos qui in malitia perseverant, conservant vero eos qui ad virtutem sese convertunt. *Egressus* enim *est angelus Domini ex castris, et interfecit centum octoginta quinque millia alienigenarum*[85], inquiunt Litteræ sacræ. Item angelus suffocavit primogenita Ægypti. Et angelus impediebat profectionem Balaami, euntis ad Balaacum, ut Israel exsecraretur, quem ubi conspexit jumentum, quod ipsum portabat, metu perhorrescens, substitit, humana voce vectorem reprehendens. Michaelus archangelus ad Jesum Nave filium mittitur; Gabrielus ad Danielum, ut interpretaretur ei somnia; ad Zachariam, ut annuntiaret Joannis nativitatem; ad matrem et semper manentem virginem Mariam, de Dei et Verbi conceptione; ad Tobiam Raphaelus mittitur, ad portandum ejus peram, et ad comitandum quatuordecim dies, uxoremque legitimam copulandum; et ad separandum ab interfectore dæmone eam quæ viro per ipsum juncta erat, et ad aperiendum oculos socero sponsæ, volucrum stercore cæcatos, et expressa piscis bile restitutos. Sed et alia plurima angelorum invenies ministeria, in Abrahami vita, et Mosis, et Manoæ, apud Bethlehemum, et pastores, apud monumentum Christi, et in ejus ascensione.

νων, διαῤῥήδην βοᾷ· *Οὐκ ἐκδικήσει Κύριος δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό*. Οὐδὲ γὰρ παρ' ἡμῖν τοῦτο δίκαιον ὑπὸ δύο κριτῶν κολάζεσθαι τὸν κατάδικον. *Κρινόμενοι* γὰρ *ἐνταῦθα, ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν*· καί φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος· *Ὃν ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται*. Οὐ τοὺς μὲν ἀποδέχεται, τοὺς δὲ ἀπωθεῖται· ἀλλ' οἱ μὲν ἐνταῦθα, οἱ δὲ ἐκεῖ τοῦτο ποιοῦσι, παραδεχόμενοι αὐτὸν, ἢ ἀπωθούμενοι διὰ τῶν ἐντολῶν. Οὐ γὰρ αἰτία ἡ λεωφόρος τοῖς προσκόπτουσιν ἢ πίπτουσιν, ἀλλ' ἐκεῖνοι ἔξω ταύτης τὸν ὀφθαλμὸν περιάγοντες, καὶ ἀφυλάκτοις ποσὶ βαδίζοντες. Ἀναιροῦσι τοίνυν ἄγγελοι πονηρίᾳ ἐμμένοντας, διασώζουσι δὲ τοὺς ἐπ' ἀρετὴν τρεπομένους. *Ἐξῆλθε* γὰρ *ἄγγελος Κυρίου ἐκ τῆς παρεμβολῆς, καὶ ἀνεῖλεν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας ἀλλοφύλων*, φησὶν ἡ θεία Πυκτή· καὶ ἄγγελος, φησὶν, ἔπνιγε τὰ Αἰγύπτου πρωτότοκα, καὶ ἄγγελος εἶργε τῆς πορείας τὸν Βαλαὰμ, πρὸς Βαλαὰκ πορευόμενον τὸν Ἰσραὴλ καταράσασθαι, ὃν τὸ φέρον αὐτὸν ὑποζύγιον, θεασάμενον, τῷ δέει πτήξαν συνεκάθισε, ἀνθρωπείᾳ φωνῇ τὸν ἐποχούμενον διελέγχον. Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος πρὸς τὸν Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ ἀποστέλλεται· Γαβριὴλ πρὸς τὸν Δανιὴλ, διασαφηνίζειν αὐτῷ τὰ ὀνείρατα· πρὸς Ζαχαρίαν, τὴν Ἰωάννου γένεσιν αὐτῷ εὐαγγελίσασθαι· πρὸς τὴν μητέρα ἀείπαιδα Μαρίαν, περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου συλλήψεως· πρὸς τὸν Τοβὴτ ὁ Ῥαφαὴλ, τὴν πήραν αὐτοῦ βαστάται, καὶ συνοδεῦσαι τέτταρας καὶ δέκα ἡμέρας, καὶ γυναικὶ νομίμῳ συνάψαι, καὶ τοῦ ἀνδροκτόνου δαίμονος διαζεῦξαι τὴν τῷ ἀνδρὶ συναφθεῖσαν, καὶ τοῦ κηδεστοῦ τῆς γημάσης ὀφθαλμοὺς ἀνοῖξαι πτηνῶν ἀφοδίᾳ πηρωθέντας. Καὶ ἑτέρας πλείστας περὶ ἀγγέλων εὑρήσεις διακονίας ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Μωσέως, καὶ Μανωὲ, ἐπὶ τῆς Βηθλεὲμ, καὶ τῶν ποιμένων, ἐπὶ τοῦ θείου μνήματος καὶ ἀναλήψεως.

INTERROGATIO XLV, XLVI.

Atqui si res futuras ignorant angeli, quomodo Danielo prædicit in Babylone Gabriel, post quadringentos octoginta tresque annos nasciturum Christum? Nam sexaginta novem hebdomadas, de quibus ad ipsum loquebatur, septuaginta annorum hebdomadas esse interpretes tradunt.

Responsio.

Sed non propria præscientia id indicavit; verum quæcunque angeli a superna sapientia discunt, illa dicunt. Sanctas enim res a sacra Trinitate discunt, et ab ipsis rursus homines, et ab hominibus alii loco inferiores quæ sequuntur.

INTERROGATIO XLVII.

Si ergo per doctrinam percipiunt, necesse est ipsos libellis et chartis uti more nostro. Voces enim et decreta non scripta mox oblivioni dantur. Nam si voces in memoria durabiles essent, non sane Moses in tabulis lapideis in monte ipsas scri-

ΠΕΥΣΙΣ ΜΕ, ΜϚ'.

Καὶ εἰ ἀγνοοῦσι τὰ μέλλοντα οἱ ἄγγελοι, πῶς προλέγει ὁ Γαβριὴλ ἐν Βαβυλῶνι τῷ Δανιὴλ, μετὰ υπγ' ἔτη γεννᾶσθαι τὸν Χριστόν; Τὰς γὰρ ἑξήκοντα ἐννέα ἑβδομάδας, ἃς αὐτῷ εἶπεν, ἐτῶν ἑβδομήκοντα ὑπάρχειν αὐτὰς οἱ ἑρμηνεῖς διεσάφησαν.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐχ οἰκείᾳ προγνώσει τοῦτο ἔφραζεν· ἀλλ' ὅσα παρὰ τῆς ἄνω σοφίας παιδεύονται, ἐκεῖνά φασιν. Ἄγγελοι γὰρ παρὰ τῆς θείας Τριάδος διδάσκονται, παρ' αὐτῶν δὲ ἄνθρωποι, παρ' ἡμῶν δὲ τὰ ἑπόμενα.

ΠΕΥΣΙΣ ΜΖ'.

Εἰ οὖν διδακτοί εἰσιν, ἀνάγκη αὐτοὺς δέλτοις καὶ χάρταις κεχρῆσθαι καθ' ἡμᾶς. Φωναὶ γὰρ καὶ ψῆφοι μὴ γραφόμεναι, ταχέως λήθῃ παραδίδονται. Εἰ γὰρ τῇ μνήμῃ παρέμενον αἱ φωναὶ, οὐκ ἂν Μωσῆς ἐν πλαξὶ λιθίναις ἐπὶ τοῦ ὄρους γεγραμμένας αὐτὰς

[82] Nahum I, 9. [83] I Cor. XI, 32. [84] Hebr. XII, 6. [85] Reg. XIX, 35.

ἐδέξατο· τούτων δὲ συντριβέντων, δευτέρων οὐκ ἂν ἐδεήθη, εἰ τὰ ἐν ταῖς πρώταις γραφέντα ἐμνημόνευε.

Ἀπόκρισις.

Μωσῆς μὲν ἐν ταῖς πλαξὶ δέκα λόγους θείων δογμάτων, χωρὶς λαξευτηρίου ἢ γραφίδος θείῳ δακτύλῳ ἐντορευθέντας ἐδέξατο. Πῶς δ' ὁ αὐτὸς γέγραφεν, ἅπερ μόνῃ τῇ μνήμῃ κατασχὼν Θεοῦ φάσκοντος περὶ κόσμου γεννήσεως; πῶς δὲ μνήμῃ ἐντυπωσάμενος τὴν παραδειχθεῖσαν ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας θείαν σκηνὴν διὰ τοῦ λόγου τὸν Βεσελεὴλ ἐπαίδευσε, δι' ὕλης τὴν ἄϋλον μιμήσασθαι; πῶς δὲ καὶ πάντες οἱ θεσπέσιοι προφῆται καὶ ἀπόστολοι, οὐ διὰ μαθημάτων, ἀλλ' ὡς αὐτοῖς ὁ Λόγος ἐνήχησε, καὶ τῇ μνήμῃ παρέθεντο, τῇ οἰκουμένῃ ἐκήρυττον, Γαλιλαῖοι παιδευταὶ Ῥωμαίοις ἐπιφοιτῶντες, πρὸς ἕκαστον ἔθνος τῇ γλώττῃ μετατυπούμενοι; Πάρθοι γὰρ, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἐλαμῖται καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη ἤκουον τῆς σφῶν διαλέκτου ἕκαστος λαλούντων τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Ἅπερ οὐ γραμματικῇ παιδείᾳ, ἀλλὰ πνευματικῇ ἐνεργείᾳ ἐκήρυττον. Ὤφθησαν γὰρ αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς (πεντηκοστῇ δὲ τῆς ἀναστάσεως, δεκάτῃ δὲ τῆς ἀναλήψεως)· *Καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν*, φησὶν ὁ θεῖος Λουκᾶς, ἱστορῶν τὰ κατ' αὐτούς.

ptas accepisset, iisque confractis, aliis non fuisset opus, siquidem eorum quæ in prioribus scripturis erant, memor fuisset.

Responsio.

Moses quidem in tabulis Decalogi divinorum decretorum absque cælatorio scriptoriove instrumento digito Dei exsculptas voces accepit. Quomodo vero idem perscripsit, de sola memoria prompta quæcunque Deus protulit de origine mundi? aut quomodo per memoriam expresso illo, quod demonstratum erat ipsi in monte tabernaculum divinum oratione sola Beseleelum docuit per materiam id imitari, quod erat expers materiæ? Quomodo item omnes divini vates et apostoli, non per disciplinas, sed quemadmodum in ipsis Verbum sonabat, licet aliquid in memoria reponerent, orbi terrarum prædicabant, Galilæi doctores cum Romanis consuetudinem habentes, lingua cuilibet genti conformes fiebant? Parthi enim, et Medi, et Elamitæ, et reliquæ gentes audiebant quisque sui sermonis forma proferentes ipsos amplitudinem rerum divinarum, quas non per disciplinam litterariam, sed per efficacitatem ac vim quamdam spiritualem prædicabant. Conspectæ sunt enim in ipsis divisæ linguæ velut igneæ, nempe quinquagesima die a resurrectione, decima vero ab ascensione. *Et sedit super unumquemque ipsorum* [86], inquit divus Lucas, eorum enarrans gesta.

ΠΕΥΣΙΣ ΜΗ'.

Εἰ ἀσώματοί εἰσιν οἱ ἄγγελοι, πῶς γυναιξὶ ἐμίγησαν, ἐξ ὧν προῆλθον οἱ γίγαντες; πῶς δὲ καὶ ἄνθρωποι τοῖς ἁγίοις φαίνονται, εἴπερ ἀσώματοί εἰσι; Φησὶ γὰρ ἡ θεία Γραφή· *Καὶ εἰσῆλθον υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων*, ἐξ ὧν λέγουσί τινες γεννᾶσθαι τοὺς γίγαντας.

Ἀπόκρισις.

Ἀσώματοι μὲν οἱ ἄγγελοι καθ' ἡμᾶς· σῶμα δὲ καθ' ἑαυτοὺς, ὡς ἄνεμος, ἢ πῦρ, ἢ καπνὸς, ἢ ἀήρ. Σώματα γὰρ ὑπάρχουσι λεπτὰ καὶ ἄϋλα ἔξω τῆς ἡμετέρας παχύτητος· *Σώματα γὰρ ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια*, φησὶν ὁ ἱερὸς Ἀπόστολος. Ἄτοπον δὲ καὶ πάσης ἀνοίας, συγκαθεύδειν αὐτοὺς γυναιξὶν οἴεσθαι· ἐπεὶ ἂν καὶ δαίμονας συγκαθεύδειν γυναιξὶν οἴονται. Οὐ γὰρ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν τάξιν ἀπέλιπον· οὐδὲ τοῦ μεγέθους, ἀλλὰ τῆς παῤῥησίας ἀφῄρηνται. Βλασφημίας τοίνυν καὶ νηπιότητος ὑπάρχει τὸ οἴεσθαι ἀγγέλους θηλυμανεῖν. Οὐ περὶ τούτων γάρ φησιν ἡ θεία Γραφὴ, ὅτι *Εἰσῆλθον οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων*· οὐδέπω γὰρ ἄγγελοι, υἱοὶ Θεοῦ προσαγορεύονται· ἀλλ' οἱ τοῦ Σὴθ καὶ Ἐνὼς υἱοὶ, ὑπὸ τῶν κατ' ἐκείνους καιροὺς ἤρξαντο. *Οὗτος γὰρ ἤρξατο πρῶτος ἐπικαλεῖσθαι Θεὸν*, φησὶν ἡ Γραφή. Καὶ τῷ Μωσεῖ φησιν ὁ Κύριος· *Θεὸν δέδωκά σε τῷ Φαραώ*· καὶ περὶ τῶν θείων κριτῶν φησι· *Θεοὺς οὐκ ἐρεῖς κακῶς, καὶ ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου*. Εἰκότως οὖν, οἱ τοῦ Σὴθ καὶ Ἐνὼς παῖδες, υἱοὶ Θεοῦ νοείσθωσαν· οἵτινες ἀκολασίᾳ ἁλόντες,

INTERROGATIO XLVIII.

Si incorporei sunt angeli, quomodo cum mulieribus consuetudinem habuerunt, ex quibus prognati gigantes? Quomodo item, ut homines, sanctis apparent, si quidem incorporei sunt? Inquit enim Scriptura sacra: *Et ingressi sunt filii Dei ad filias hominum* [87], ex quibus aliqui aiunt natos esse gigantes.

Responsio.

Incorporei sunt angeli, ratione respectuque naturæ nostræ; corpus vero habent, secundum naturam suam, ut ventus, vel ignis, vel fumus, vel aer: corpora enim sunt subtilia, crassæ materiei nostræ expertia. Quippe *corpora quædam sunt cælestia, quædam terrestria*, inquit sanctus ille Apostolus [88]. Absurdum vero et plane stultum fuerit, putare ipsos cubare cum mulieribus, sicut et dæmones dormire cum mulieribus existimantur: qui tamen haud naturam, sed statum reliquerunt; neque magnitudine, sed libertate destituti sunt. Blasphemiæ igitur et stultitiæ est, putare quod angeli feminas depereant. Neque enim de his inquit Scriptura sacra, quod ingressi sint filii Dei ad filias hominum: nusquam enim angeli filii Dei appellantur, sed filii Sethi et Enosi per illas corrupti sunt. Deificari enim Sethus et Enosus illis temporibus cœperunt: quia *Sethus cœpit primus invocare Deum*, inquit Scriptura [89]. Sed et Moysi inquit Dominus: *Deum te constitui Pharaoni* [90]. Et de divinis judicibus inquit: *Diis non maledices, nec principibus populi* [91]. Recte

[86] Act. III, 3. [87] Gen. VI, 2. [88] I Cor. XV, 40. [89] Gen. IV, 26. [90] Exod. VII, 1. [91] Exod. XXII, 28.

igitur filii Sethi et Enosi, filii Dei intelligendi sunt; qui per libidinem capti, ad filias Caini ingressi sunt, ex quorum mutua contaminatione nuptiali in vitam editi sunt gigantes, propter justum quidem robusti, propter Cainum autem mali. Et vero quonam pacto mulieres cum angelis dormire poterant, quando viri ad illorum aspectum obstupuerunt, iique non vulgares, sed virtute præstantes? Hac enim de causa Danielus Gabrieli aspectum non sustinens, mox in terram cadebat, et præ metu tantum non colliquescebat. Sed et Zacharias illum horruit, et ad primum aspectum mutus factus, timore palpitabat, linguæ usu carens usque ad Joannis nativitatem, nutibus tantum voluntatis placita significans. Id quod mihi videtur prænuntiare silentium legis et veteris cultus sacri, ad præstantioris adventum. Sed paulo post clarius ipsum sensum demonstrabimus. Præterea et mulierculæ ad Servatoris sepulcrum cum festinatione contendentes, illorum angelorum aspectu obstupuerunt, et timore perculsæ non annuntiarunt apostolis quæ sibi erant injuncta: *Invaserat enim ipsas tremor et stupor, ut nihil cuiquam dicerent* [92], inquit divus evangelista. Si igitur ne angelorum quidem demissionem viri magni sustinere potuerunt, quomodo teneræ mulieres illorum contrectationem aut concubitum ferre possent? Nequaquam enim satis firma est adversus vim propinquam stipula. Perscriptum sacris est in Litteris: *Vixit Adamus annos ducentos et triginta, genuitque filium ad similitudinem suam et secundum imaginem suam* [93], hoc est, qualem habuit ab initio, quando factus est a Deo, imaginem et splendorem in facie, *et vocavit nomen ejus Sethus*, hoc est resuscitatio. Quoniam videbat in ipso pristinam et admirandam illam formam et gratiam renovatam, et splendorem sacrosancti Spiritus, quem videntes illius temporis homines Deum appellaverunt. Ac propterea Scriptura dicit, quod videntes filii Sethi filias hominum quæ erant ex genere Caini, acceperunt sibi eas in uxores. Participes enim et ipsi erant gratiæ sancti Spiritus, usque dum dixit Deus: *Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis* [94]. Atque Sethus quidem ad quingentos quinque annos hanc talem formam retinuit.

πρὸς τὰς θυγατέρας Καῒν εἰσῆλθον· ἐξ ὧν τῆς ἀκαταλλήλου μιαιγαμίας ζωογονοῦνται οἱ γίγαντες, διὰ μὲν τὸν δίκαιον ἰσχυροὶ, διὰ δὲ τὸν Καῒν, πονηροί. Πῶς δὲ γυναῖκες ἀγγέλοις συγκαθεύδειν δυνήσονται, ὁπόταν ἄνδρες τὴν ἐκείνων ἐνάρκησαν ὄψιν, καὶ οὐχ οἱ τυχόντες, ἀλλ' ὑπερέχοντες; Δανιὴλ γοῦν τοῦ Γαβριὴλ τὴν ὄψιν μὴ χωρήσας, αὖθις ἐπὶ τοῦ ἐδάφους πεσὼν, χωνεύεσθαι τῷ δέει ἐκινδύνευεν· ἀλλὰ καὶ Ζαχαρίας ἐκεῖνον πτήξας, ἅμα τοῦ ὀφθῆναι κωφωθεὶς, τῷ φόβῳ κραδαίνεται, τῇ γλώττῃ πεδούμενος, μέχρι τῆς Ἰωάννου γεννήσεως, νεύμασι μόνον σημαίνων τὰ ἐρούμενα· ὅπερ μοι δοκεῖ σιγᾶσθαι τὸν νόμον καὶ τὴν παλαιὰν τῶν ἱερῶν τελετὴν, προμηνύων (16), τῇ παρουσίᾳ τοῦ κρείττονος· μικρὸν δ' ὕστερον ἐμφανέστερον τὸ νοηθὲν ἀποδείξομεν. Καὶ τὰ γύναια δὲ, ἐπὶ τὸ σωτήριον μνῆμα ὠκυποδοῦντα, τὴν ἐκείνων ἀγγέλων (17) ναρκήσαντα, καὶ τῷ δέει συσταλέντα, οὐκ ἀπήγγειλαν τοῖς ἀποστόλοις τὰ προσταχθέντα. *Εἶχε γὰρ αὐτὰς φόβος, καὶ ἔκστασις, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον*, φησὶν ὁ θεῖος εὐαγγελιστής. Εἰ οὖν οὐδὲ συγκατάβασιν ἀγγέλων οἱ μεγάλοι ἐχώρησαν, πῶς εὐτελῆ γύναια τὴν ἐκείνων ἀφὴν ἢ συγκατεύνασιν φέρειν οἷά τε; σθένει γὰρ οὐδαμῶς καλάμη πρὸς πυρὸς ἐγγύτητα. Φησὶν ἡ Γραφή· *Ἔζησε δὲ Ἀδὰμ ἔτη σλ', καὶ ἐγέννησεν υἱὸν κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ* (τοῦτ' ἔστιν, οἵαν εἶχεν ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε γέγονεν ὑπὸ Θεοῦ, εἰκόνα καὶ ἔκλαμψιν ἐπὶ τοῦ προσώπου), *καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σὴθ*, τοῦτ' ἔστιν ἐξανάστασιν. Ἐπεὶ εἶδεν ἐν αὐτῷ ἀνακαινισθεῖσαν τὴν ἀρχαίαν καὶ παράδοξον ἐκείνην μορφὴν, καὶ χάριν, καὶ ἔλλαμψιν τοῦ παναγίου Πνεύματος· ὃν ἰδόντες οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, Θεὸν αὐτὸν προσηγόρευσαν. Καὶ διὰ τοῦτο λέγει ἡ Γραφὴ, ὅτι ἰδόντες υἱοὶ τοῦ Σὴθ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, τὰς τοῦ γένους τοῦ Καῒν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας. Μετεῖχον γὰρ καὶ αὐτοὶ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἕως εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι *Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ Πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις*. Ὁ μέντοι Σὴθ ἐπὶ πεντακοσίους πέντε χρόνους διέμεινεν ἔχων τὴν τοιαύτην μορφήν.

INTERROGATIO XLIX.

Si versus ad deterius diabolus ex cœlis decidit, supra se habens eos qui permanserunt immutabiles, quomodo ipsi licet cœlis appropinquare, et cum angelis Deo assistere, ac deposcere Jobum? Inquit enim de ipso scripta historia: *Venerunt angeli Dei, et diabolus in medio ipsorum* [95], et cætera.

Responsio.

Non quod possit in cœlos ascendere, qui inde præcipitatus est ob furorem suum diabolus, aut cum angelis ad Deum accedere, aut ulla ex parte supra cœlorum circumferentiam venire, hoc ita perscriptum est, sed quia divina natura quantitatis

ΠΕΥΣΙΣ ΜΘ'.

Εἰ τραπεὶς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὁ διάβολος, τῶν οὐρανῶν κατέπεσε, κατὰ κεφαλῆς δ' ἔχων τοὺς μείναντας ἀμεταθέτους, πῶς αὐτῷ ἔξεστιν ἐγγίζειν τοὺς οὐρανοὺς, καὶ μετ' ἀγγέλων Θεῷ παρίστασθαι, καὶ ἐξαιτεῖν τὸν Ἰώβ; Φησὶ γὰρ ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία· *Καὶ ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ διάβολος ἦλθεν ἐν μέσῳ αὐτῶν*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ὅτι οἷός τε ὑπάρχει εἰς οὐρανοὺς ἀναβαίνειν ὁ ἐκεῖθεν ἐξοιστρήσας διάβολος, ἢ μετ' ἀγγέλων πρὸς Θεὸν παραγίνεσθαι, ἢ ὅλως ὑπὲρ τὴν ἀψῖδα τῶν οὐρανῶν γίνεσθαι· ἀλλ' ἐπεὶ τὸ Θεῖον, ἄποσον, καὶ ἀμέγεθες, καὶ ἀπερίληπτον ὑπάρχον, πάντη πάρεστι,

[92] Marc. xvi, 8. [93] Gen. v, 3, sec. LXX. [94] Gen. vi, 3. [95] Job ii, 1.

(16) Προμηνύων. Forte προμηνύειν. Id.

(17) Deesse videtur ὄψιν. Id.

καὶ πάντα πληροῖ. *Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν, ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις*, φησὶν ὁ Δαβὶδ, ὁ τῶν θείων μελῳδός. Ἐξ ὧν παιδευόμεθα, ὅτι ἐνώπιον αὐτοῦ ὑπάρχουσι, καὶ ὁρᾶσθαι αὐτῷ οὐ μόνον ἀγγέλους, ἀλλὰ καὶ διάβολον, καὶ δαίμονας, καὶ ἀνθρώπους, καὶ κτήνη, καὶ τὰ σύμπαντα. Καὶ γὰρ ἐπὶ γῆς ὄντες, Θεῷ παριστάμεθα· καθώς φησιν Ἠλίας ὁ θεσπέσιος· *Ζῇ Κύριος, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον.* Εἰ γὰρ τῷ ἀέρι πάντα ἐμπεριέχεται, πολλῷ μᾶλλον τῷ ἐκείνου ποιητῇ ἐναπείληπται ἡ τετραφυὴς τῶν ὅλων κατάστασις, ἡ ἄσαρκος, νοερά τε καὶ λογικὴ, ἡ αἰσθητὴ καὶ ἔνσαρκος, ἡ κτηνώδης καὶ ἄλογος, ἡ ἄψυχος καὶ ἀναίσθητος. *Πάντα γὰρ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος.

et magnitudinis expers et incomprehensibilis, ubique præsens sit, et omnia impleat. Nam *Deus noster in cœlo est et in terra, in mari et in omnibus abyssis*, inquit Davides [96], divinorum carminum auctor. Ex quibus docemur in conspectu ejus esse, et conspici ab ipso non solum angelos, sed et diabolum et dæmones, et homines, et jumenta, et simul in universum omnia. Quemadmodum Elias ille divinus ait: *Vivit Dominus, in cujus conspectu ego sto hodie* [97]. Nam si aere omnia continentur, multo magis in illius conditore comprehensa est hæc quadripartita naturæ universitatis rerum constitutio, quarum una carnis est expers, intellectilis et rationalis, altera sensilis et carne prædita et rationalis, tertia animata et irrationalis, quarta inanimata et sensus expers. *Omnia enim nuda sunt et resupinata coram oculis ejus, nec est creatura occulta in conspectu ejus*, inquit divus Apostolus [98].

ΠΕΥΣΙΣ Ν'.

Διατί Μωϋσῆς μὴ ἀπ' ἀγγέλων ἤρξατο καὶ τῶν ἄνω, τῆς συγγραφῆς· ἀλλὰ παραδραμὼν τοὺς δήμους ἀγγέλων, καὶ τὰ ὑπερουράνια πάντα, ἀπ' οὐρανοῦ καὶ γῆς τοῦ συντάγματος ἤρξατο;

Ἀπόκρισις.

Ἁρμόττουσαν τοῖς καιροῖς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συμφέρουσαν τὴν ἀρχὴν τοῦ γράμματος τέθεικε, προσφάτως Ἰουδαίων τῆς Αἰγύπτου ἀπαράντων, καὶ ἔναυλα ταῖς ἀκοαῖς τὰ τῆς ἐκείνων πλάνης ἐχόντων. Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀθέων τὸν οὐρανὸν, οἱ δὲ τὴν γῆν ἐθεοποίησαν, πνεύμασι καὶ νεφέλαις ἀλλοιούμενα καὶ τρεπόμενα. Ἕτεροι δὲ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ τὸ σέβας ἀπένεμον· ἵν' οἱ μὲν νύκτωρ, οἱ δὲ ἡμέρας τῇ δύσει τῶν φωστήρων ἄθεοι μείνωσιν. Οἱ μὲν γὰρ τὸν νυκτὶ, καὶ ὁμίχλῃ, καὶ κόνει ἐπισκοτούμενον ἐκθειάζουσιν· οἱ δὲ τὴν φθίνουσαν, καὶ εἰς τὸ βραχὺ ἀπολήγουσαν προσκυνοῦσιν. Ἕτεροι δὲ κρήνας καὶ ποταμοὺς θεολογοῦσιν, ἵνα ἐν θέρει μὲν λήγοντας, ἐν δὲ χειμῶνι κορυφουμένους καὶ ἐξοιδαίνοντας τῇ πλημμύρᾳ, θεοὺς ἔχωσιν. Θάτεροι δὲ τὸ πῦρ ὡς Θεὸν πεφρίκασι· τὸ δ' ἐπιβολῇ ὕδατος σβεννύμενον, ἢ ἐνδείᾳ τῆς ὑποτρεφούσης ὕλης μαραινόμενον. Ὢ τῆς ἀβουλίας! τὰ σφῶν εὐτελέστερα ἐκθειάζουσιν οἱ εἰκαιόβουλοι καὶ ματαιόφρονες, ὄντως Θεοῦ ὑπὸ τῆς πλάνης ἀπαγόμενοι. Δι' οὓς Μωσῆς, ὁ τῶν θείων συγγραφεὺς, καταλιπὼν τὰ ὑπερκόσμια, ἐκ τῶν ὑποκειμένων τῆς ἐξηγήσεως ἄρχεται, διὰ τῶν αἰσθητῶν καὶ ὁρωμένων ποδηγῶν αὐτοὺς πρὸς τὰ νοερὰ, καὶ τὸν ἀόρατον ὄντως Θεόν. Παραπλησίως δὲ τούτῳ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀνανίαν θεσπέσιοι τὸν Βαβυλώνιον Θεὸν, δίκην πυροῦ τὸ πῦρ καταπατοῦντες, τὸ νάφθῃ, καὶ πίσσῃ, καὶ κληματίδι κορυφούμενον, ὕδατι δὲ θανατούμενον, *Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον*, φασὶν, ἐπὶ τὸν ἄϋλόν τε καὶ ἀχειροποίητον Θεὸν Χαλδαίους τοὺς ἀθέους καθηγούμενοι, πάντας τοὺς Ἕλληνας θεοὺς κτίσματα καὶ ἔργα ὑπάρχειν τοῦ ὄντως ἀληθινοῦ καὶ ἀκτίστου Θεοῦ δηλοῦντες· *Εὐλογεῖτε* γὰρ,

INTERROGATIO L.

Quare Moses non ab angelis, et ab iis quæ sunt in supernis, exorsus est descriptionem, sed præteritis angelorum nationibus, omnibusque quæ supra cœlos sunt, a cœlo et terra contextum orsus est?

Responsio.

Conveniens temporibus et hominibus utile principium scripti sui statuit, quando id temporis ex Ægypto Judæi exierant, et insinuatos auribus illorum errores habebant. Nam alii quidem impiorum, cœlum; alii vero terram deificaverunt: quæ duo a ventis et nubibus mutantur. Alii autem soli et lunæ venerationis cultum exhibuerunt, ut alii quidem noctu, alii vero interdiu per occasum luminarium impii manerent; nam hi quidem quæ nocte et nebula et pulvere obscurantur, inter deos referunt; illi vero intereuntem, et paulo post desituram adorant. Alii item fontes et flumina deos esse asserunt, ut in æstate quidem desinentia, in hieme vero aucta et exundantia deos habeant. Alii vero ignem quasi deum metuunt, qui tamen infusa aqua exstinguitur, aut defectu nutrientis materiæ marcescit. O dementiam! quæ se ipsis sunt abjectiora, deificant vani et insipientes, a vero Deo per errorem abducti. Propter quos Moses rerum divinarum scriptor relictis ultramundanis, ab iis quæ captui nostro sunt exposita, narrationem orditur, per sensilia et aspectabilia ducens ad intellectilia et ad inaspectabilem illum verumque Deum. Ad eumdem modum et illi socii Ananiæ divini hominis, Babylonium deum, supplicium fornacis et ignem conculcantes, qui naphtha et pice et sarmentis augebatur, aqua vero exstinguebatur, *Benedicite, omnia opera Domini, Dominum* [99], inquiunt. Ad immaterialem et nullis manibus factum Deum impios Chaldæos per institutionem hanc ducentes, ac omnes gentilium deos creaturas et opera esse vere subsistentis et veri et increati Dei innuentes. *Benedicite*, inquiunt,

[96] Psal. cxxxiv, 6. [97] IV Reg. iii, 14. [98] Hebr. iv, 13. [99] Dan. iii, 57 seqq.

omnia opera Domini, *Dominum*; consequenter eo cantico demonstrantes, Deo simul in universum omnia ad serviendum esse obnoxia. *Benedicite* ipsum, aiunt, *angeli*, *cœli*, *aquæ*, *sol*, *luna*, *astra*, *ignis*, *terra*, *montes*, *colles*, *jumenta*, *bestiæ*, *reptilia*, *volatilia*, et cætera quæcunque gentiles in deorum numerum retulerunt.

INTERROGATIO LI.

Quomodo creavit Deus omnia, priusquam exsisteret materies qua uteretur?

Responsio.

Primo quidem die ex nullo subjecto materies produxit, simul cogitans, qualis unaquæque cujusque deberet esse materies. Deinde statim proferebat ea quæ cogitaverat. Atque hoc loco nolim te mihi delabi ad cogitationes, ut quærere velis quo id pacto sit factum; nam et volebat, et poterat omnia vis illa effectrix omnium. Ex iis vero quæ die condidit primo, deinde reliqua creata fecit, videlicet cœlum primum, non illud quod cernimus, sed supra positum, de quo Davides canit, *Cœlum cœli Domino* [1], ad modum domus duplicem fornicem habentis, intersepiens et discernens a terrestribus ultramundana, et veluti tabulato quodam dirimens.

INTERROGATIO LII.

Quare non scripsit Moses, quod fecerit Deus aquam, aut ignem, aut aera, ut de cœlo et terra arboribus et cæteris?

Responsio.

Num ergo, quia id etiam scriptum est, quod Deus, accepto pulvere terræ formaverit hominem, neque additum sit, quod ei fecerit oculos, aut aures, aut pedes, aut brachium; ideo putandum est a Deo non esse creata omnia naturæ organa, tum interna tum externa? Nimirum in iis quæ composita, et aliquando sejuncta sunt, ex præstantiore ipsam rem repræsentare sacra Scriptura solet. Quemadmodum divinorum carminum auctor inquit, *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum* [2]: non utique a beatitudine mulieres excludens; sed cum eadem sit natura, ex principaliore carmen orditur. Ex iis igitur quæ in isto carmine præstantiora sunt, etiam de sequentibus judicium fiat. Nam commemoratione cœli et terræ, universum hoc comprehenditur, aer, tenebræ, abyssus.

INTERROGATIO LIII.

Cur autem quasi viribus inferior Moses, non aggressus est scribere tenebrarum et abyssi creationem?

Responsio.

Enimvero quæ Moses præteriit, quominus scriberet, non viribus destitutus fecit, sed exercitium nobis reliquit. Solomon scripsit in persona Filii

φασὶ, *πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον*· ἀκολούθως τῇ μελῳδίᾳ, δοῦλα Θεῷ παριστῶντες τὰ σύμπαντα, *Εὐλογεῖτε*, φάσκοντες, *ἄγγελοι, οὐρανοὶ, ὕδατα, ἥλιος, σελήνη, ἄστρα, πῦρ, γῆ, ὄρη, βουνοὶ, κτήνη, θηρία, ἑρπετὰ, πετεινὰ*, καὶ λοιπὰ ὅσα Ἕλληνες ἐθεοποίησαν.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΑ'.

Πῶς ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὰ πάντα; προϋπαρχούσῃ ὕλῃ χρησάμενος, ἢ καὶ τὰς ὕλας αὐτὸς παρήγαγεν;

Ἀπόκρισις.

Τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐκ μηδενὸς ὑποκειμένου τὰς ὕλας παρήγαγεν, ἅμα τῷ νοῆσαι, ὁποίαν τινὰ χρὴ ὑπάρχειν ἑκάστου ὕλην, αὖθις παραστήσας ἑαυτῷ τὸ νοηθέν. Καὶ μὴ καταπέσῃς πρὸς λογισμοὺς, πυθόμενος τὸ πῶς. Ἐβουλήθη γὰρ καὶ ἠδυνήθη, δραστικῶς δύναμις πάντων ὑπάρχουσα. Ἐκ δὲ τῶν ἐν τῇ πρώτῃ μετεσκεύασε τὰ λοιπὰ τῆς δημιουργίας· ἐποίησεν οὐρανὸν πρῶτον, οὐ τὸν ὁρώμενον, ἀλλ' ὑπερκείμενον, περὶ οὗ καὶ Δαβὶδ μελῳδεῖ, *Οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ τῷ Κυρίῳ*, δίκην διορόφου οἰκίας, διαφράξας καὶ ἀποκρίνας τῶν ἐπιγείων τὰ ὑπερκόσμια, καὶ ὡσεὶ ὑπερῴῳ ἀπολαβόμενος.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΒ'.

Διὰ τί μὴ ἔγραψε Μωσῆς, ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς ὕδωρ, ἢ πῦρ, ἢ ἀέρα, ὡς περὶ οὐρανοῦ, καὶ γῆς, καὶ δένδρων, καὶ τῶν λοιπῶν;

Ἀπόκρισις.

Τί οὖν; ἐπεὶ γέγραπται, ὅτι λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐκ ἐπήγαγεν, ὅτι ἐποίησεν αὐτῷ ὀφθαλμοὺς, ἢ ὦτα, ἢ βάσεις, ἢ βραχίονα, παρὰ τοῦτο οἴεσθαι χρὴ, παρὰ Θεοῦ μὴ κτισθῆναι πάντα τὰ τῆς φύσεως ὄργανα, ἐντός τε καὶ ἐκτός; Ἀλλ' ἐπὶ τῶν συνθέτων, καὶ λυομένων ποτὲ, ἐκ τοῦ τιμιωτέρου τὸ δρᾶμα παριστᾷν ἡ θεία πέφυκε [φύσις] Γραφή· καθὼς καὶ ὁ τῶν θείων φησὶ μελῳδός· *Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν*. Οὐκ ἄρα τοῦ μακαρισμοῦ τὰς γυναῖκας ἀποκλείσας, ἀλλὰ μιᾶς ὑπαρχούσας (18) τῆς φύσεως, ἐκ τοῦ ἡγεμονικωτέρου τῆς μελῳδίας, τὰ ἑπόμενα τῆς δημιουργίας νοείσθω. Τῇ γὰρ ποιήσει τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς τὸ πᾶν συμπεριέχεται, ἀὴρ, σκότος καὶ ἄβυσσος.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΓ'.

Τί οὖν ἀτονήσας Μωσῆς, οὐχ εἵλετο γράψαι τὴν σκότων καὶ ἀβύσσου κτίσιν;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' εἴπερ Μωσῆς παρέδραμεν, οὐκ ἀτονήσας, γράψαι, ἀλλὰ γυμνάσιον ἡμῖν καταλείψας· Σολομὼν ἔγραψεν, ἐκ προσώπου τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα φάσκων· *Πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, ἤμην*

[1] Psal. CXIII, 16. [2] Psal. I, 1

(18) Ὑπαρχούσας. Forte ὑπαρχούσης. EDIT.

παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα ἡ δύναμις καὶ ἡ σοφία Θεοῦ, Χριστός.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΔ'.

Ὁ ἀὴρ πότε γέγονε; Μὴ καὶ τοῦτον ἔχεις εἰπεῖν, ὅτι Σολομὼν ἔγραψεν;

Ἀπόκρισις.

Ἄκουε δὴ Μωσέως φάσκοντος· *Καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος.* Συμφώνως δὲ τούτῳ ὁ Ἀμμώς· *Κύριος στερεῶν βροντὴν καὶ κτίζων πνεῦμα.*

ΠΕΥΣΙΣ ΝΕ'.

Ἀλλ' οὐ περὶ τοῦ ἀέρος λέγει, περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μᾶλλον εἴρηται ὁ λόγος. Οὐ γὰρ ἄλλο λέγομεν εἶναι ἢ προσαγορεύεσθαι πνεῦμα, πλὴν τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Ἀπόκρισις.

Δέος μοι τῇ κτίσει συγκαταριθμῆσαι τὸ ἄκτιστον· πλὴν ὅμως οὐκ ἀναιρῶν τὸ εἰρημένον, δέχομαι καὶ τοῦτο, εἰκότως καὶ θεοπρεπῶς νοούμενον, ἐπιφέρεσθαι τοῖς ὕδασι πρὸς ζωογονίαν, αὐτὰ συνθάλποντος δίκην ἐπωαζούσης ὄρνιθος, ζωτικήν τινα δύναμιν ἀνιέντος (19) τοῖς ὑποθαλπομένοις ὕδασι, πρὸς τὸ ἐκβράσαι τὰ ἄπειρα τῶν ἰχθύων γένη.

ΠΕΥΣΙΣ ΝϚ'.

Μαθεῖν πρὸς τούτοις δεόμεθα περὶ τῆς τοῦ πυρὸς γενέσεως. Οὔτε γὰρ τῇ Γραφῇ εἴρηται, ὅτι εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω πῦρ.

Ἀπόκρισις.

Πάντων μάλιστα ἐνεργεστέρα ἡ τοῦ πυρὸς φύσις, συνυποστᾶσα καὶ ἐμφωλεύουσα τῇ ποιήσει τῆς χέρσου φαίνεται. Ὅποι δ' ἂν πατάξεις λίθον, ἀποκυεῖται πῦρ, καὶ σιδήρων τριβομένων, ὁμοίως γίνεσθαι πέφυκε, καὶ ξύλων συνθλιβομένων παραπλησίως ἀποδείκνυται· ὡς ὁ τῆς ἀπήνης ἄξων δηλοῖ, τῷ πιεσμῷ τοῦ φόρτου διασμυχόμενος τῷ ἐγκεκραμένῳ πυρί. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ μύλων διακενῆς στρεφομένων, θέα τὸ πῦρ ἐξαλλόμενον· καθ' ὧν τὴν εἰκόνα, καὶ τῶν νεφῶν παρατριβαὶ, τοῖς πνεύμασιν ἐλαυνομένων, ἀστραπὰς ἀποτελεῖν εἰώθασι. Πάντα γὰρ πυρὶ κέκραται, καθὼς Πέτρος φησὶν, ὁ κλειδοῦχος τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, οὕτω πως· *Οἱ γὰρ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ πυρὶ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων.*

ΠΕΥΣΙΣ ΝΖ'.

Καὶ πῶς χειμῶνος, τῶν αὐτῶν ὄντων νεφῶν καὶ ἀνέμων, οὐκ ἀστραπὴ, οὐ βροντὴ γίνεται;

Ἀπόκρισις.

Τὰ περὶ βροντῆς ἀνωτέρω πρὸς τὸ δοκοῦν μοι εἴρηται. Τὸ δὲ, χειμῶνος ἀστραπὰς μὴ ἐκφαίνεσθαι, διὰ τὴν τοῦ ἀέρος παχύτητα δοκῶ, καὶ τὴν διήκουσαν νοτίδα τῶν νεφῶν. Οὐ γὰρ ὁμοίως τὸ ἄνικμον καὶ ξηρὸν τῷ διαβρόχῳ καὶ ὑλώδει ἐν ταῖς παρατρίψεσι φαίνεσθαι πέφυκεν, τοῦ μὲν παραφλεγομένου, τοῦ δὲ παρολισθαίνοντος.

ad Patrem loquentis: *Antequam abyssos faceret, eram apud ipsum, apte omnia disponens* [3]: nimirum, *potentia et sapientia Dei, Christus* [4].

INTERROGATIO LIV.

Aer quando factus est? Num quod etiam de hoc scripserit Solomon, dicere potes?

Responsio.

Audi Mosem dicentem: *Et spiritus Dei ferebatur supra aquam* [5]. Cum hoc autem consentit et Amosus: *Dominus intendens tonitru, et creans spiritum* [6].

INTERROGATIO LV.

Verum non de hoc aere dicit, sed potius de Spiritu sancto dictum est id verbum. Non enim aliud dicimus esse aut vocari spiritum, quam ipsum Spiritum sacrosanctum.

Responsio.

Vereor ne cum creatura connumerem increatum. Verumtamen non negans hoc quod dictum est, admitto, et hunc, si ut par est et Deo competit, intelligatur, ferri supra aquas, ad viventia producenda ipsas foventem, et instar incubantis gallinæ vitalem quamdam vim immittentem aquis sub se fotis, ad producenda innumera piscium genera.

INTERROGATIO LVI.

Cupimus insuper ex te discere de ortu ignis. Nusquam enim in Scriptura legimus, quod dixerit Deus, Fiat ignis.

Responsio.

Omnium maxime efficax est natura ignis, videturque consistere et latitare in creatione terræ. Quando lapidem percusseris, ex eo concipitur ignis, et ferro colliso similiter effici solet. Sed et lignis collisis consimiliter conspicitur, ut ostendit axis in curru ex pressura oneris ardens per admistum ignem. Neque id tantum, sed et molæ si circumaguntur inanes, apparet ignis exsiliens; ad quarum similitudinem et nubium collisiones ventis impulsarum efficere fulgura consueverunt. Omnia enim igni mista sunt, ut inquit Petrus ille, claves regni cœlorum gestans, ad hunc fere modum: *Nam cœli qui nunc sunt et terra, igni repositi sunt, et servantur in diem judicii et perditionis impiorum hominum* [7].

INTERROGATIO LVII.

At qui fit ut hieme, cum eædem sunt nubes et venti, neque fulgur neque tonitru fiat?

Responsio.

Quod tonitru attinet, quid mihi videatur, supra dictum est. Quod vero fulgura non apparent hieme, propter aeris crassitudinem fieri puto, et propter penetrantem humorem nubium. Non enim quemadmodum quod siccum et aridum est, etiam madida et multam habentia materiem in collisionibus lucere solent; cum illud quidem per ignem incendatur, in hoc vero vis ejus flaccescat.

[3] Prov. VIII, 24, 30. [4] I Cor. I, 24. [5] Gen. I, 2. [6] Amos IV, 13. [7] II Petr. III, 7.

(19) Ἀνιέντος. Forte ἐνιέντος. Ed.

INTERROGATIO LVIII.

Satis quidem vera sunt quæ dicis: verum nos de fulgure quærimus, et de generatione ignis, ubinam dixerit Deus, Fiat ignis.

Responsio.

Moses scribit: *Et dixit Deus: Fiat lux; et facta est lux* [8]: videlicet ignis natura. Non enim solummodo is ignis est, qui apud nos est; sed et supernæ illæ potestates ignis esse videntur, cognatæ ei qui apud nos est.

INTERROGATIO LIX.

Sed quomodo supernus ei qui apud nos est, cognatus est, cum ille quidem inexstinguibilis, hic autem exstinguibilis sit?

Responsio.

Propemodum angelos et nostras animas similitudinem quamdam dico habere. Utraque enim sunt spiritus, a Deo suum ortum habentes. Hi quidem in corporibus nostris lampadum instar lucentes, et quasi exstincti per separationem, agendi efficacitatem amittunt. Nam et a veteribus sapientibus homines appellantur φῶς, hoc est, lumen, propter vim rationis. Similiter et ignis dicuntur, ut paulo post demonstrabo, postquam oratio ad nostram generationem progressa fuerit. Angelos autem dico spiritus inexstinguibiles, non habentes corporalem disjunctionem aut copulationem. Porro animorum et angelorum similitudinem etiam tres illi sancti expresserunt pueri cum aiunt: *Benedicite, spiritus et animæ justorum, Dominum* [9]. Et rursus in canticis Davides inquit: *Qui facit angelos suos spiritus* [10]. Et similitudinem ipsorum ad animas nostras innuens inquit: *Velociter exaudi me, Domine, quia defecit spiritus meus* [11].

INTERROGATIO LX.

Quomodo vero ignis apud nos habet vim urendi ligna et quamlibet materiam; supernus autem non adurit aridas arbores, aut ovium vellera, vel capillos nostros soli expositos?

Responsio.

Sit ipse hac in parte sol prædagogus noster, ac doceat nos tam sui, quam ejus qui apud nos est, ignis cognationem. Nam sæpenumero aliqui caprarii, aut bubulci, aut pastores equorum in tabernaculis solitariis agentes, cum coquere carnes aut frumenta volunt, mundo vitreo vase aqua impleto, si ex opposito solarium radiorum id tenuerint, tetigerintque cum vase aquario fimum aridum, a superno lumine ignem concipiunt.

INTERROGATIO LXI.

Tenebras quis fecit? Num Deus? an ab initio fuerunt? Aut num diabolus eas fecit, ut adversarius lucis? Arbitrantur enim plerique, quod ab initio fuerint ante mundum. Nusquam enim Moses dicit, quod aliquis tenebras fecerit, sed quod fuerint.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΗ'.

Καλῶς μὲν ἔχει τὰ εἰρημένα, ἀλλὰ ἡμῖν περὶ ἀστραπῆς ἡ ζήτησις. Ἀλλὰ περὶ γενέσεως πυρὸς, ποῦ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω πῦρ;

Ἀπόκρισις.

Μωσῆς γράφει· *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς*, ἡ τοῦ πυρὸς δηλονότι φύσις. Οὐ γὰρ μόνον τὸ παρ' ἡμῖν πῦρ ὑπάρχει, ἀλλὰ καὶ αἱ ἄνω δυνάμεις πῦρ εἶναί μοι δοκοῦσι, συγγενεῖς (19') τοῦ παρ' ἡμῖν.

ΠΕΥΣΙΣ ΝΘ'.

Καὶ πῶς τὸ ἄνω τοῦ παρ' ἡμῖν ἐστι συγγενὲς, τοῦ μὲν ἀσβέστου ὄντος, τοῦ δὲ σβεννυμένου;

Ἀπόκρισις.

Παραπλησίως ἀγγέλων καὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν τὸ ὅμοιον ἔχειν φημί. Ἀμφότερα γὰρ πνεύματα ὑπάρχει, παρὰ Θεοῦ τὴν γένεσιν ἔχοντα, τὰ μὲν ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν λαμπάδων δίκην φαίνοντα, καὶ οἱονεὶ σβεννύμενα τῇ διαζεύξει, τῆς ἐνεργείας παυόμενα. Φῶς γὰρ καὶ βροτοὶ παρὰ τοῖς πάλαι σοφοῖς προσαγορεύονται, ὡς μικρὸν ὕστερον ἀποδείξω, τοῦ λόγου προϊόντος ἐπὶ τὴν ἡμετέραν γένεσιν. Τοὺς δ' ἀγγέλους φημὶ πνεύματα ἄσβεστα, μὴ ἔχοντα σωματικὴν συνάφειαν καὶ διάστασιν. Τὴν δὲ ψυχῶν καὶ ἀγγέλων ὁμοιότητα, καὶ οἱ τρεῖς ἅγιοι παρέστησαν παῖδες, *Εὐλογεῖτε*, φάσκοντες, *πνεύματα καὶ ψυχαὶ δικαίων, τὸν Κύριον.* Καὶ πάλιν ἐν μελῳδίαις ὁ Δαβίδ φησιν· *Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα.* Τὸ δ' ὅμοιον αὐτῶν πρὸς τὰς ἡμῶν ψυχὰς παριστῶν, φησί· *Ταχὺ εἰσάκουσόν μου, Κύριε, ἐξέλιπε τὸ πνεῦμά μου.*

ΠΕΥΣΙΣ Ξ'.

Καὶ πῶς τὸ παρ' ἡμῖν πῦρ, καυστικὸν ὑπάρχει τῶν ξύλων, καὶ πάσης ὕλης· τὸ δ' ἄνω οὐ φλέγει τὰ ξηρὰ τῶν δένδρων, ἢ τὰ ἔρια τῶν προβάτων, ἢ τὰς ἡμῶν τρίχας ἡλιωμένας;

Ἀπόκρισις.

Ὁ ἥλιος μὲν παιδαγωγὸς γένηται, διδάσκων ἡμᾶς τοῦ οἰκείου πυρὸς καὶ τοῦ παρ' ἡμῖν τὴν συγγένειαν. Πολλάκις γάρ τινες τῶν αἰπόλων ἢ βουκόλων ἢ ἱπποφορβῶν, ἐν σκηναῖς ἐπ' ἐρήμων διάγοντες, πέψαι κρέα ἢ σῖτα βουλόμενοι, ὑάλου καθαρᾶς σκεῦος πληρώσαντες ὕδατος, καὶ ἀντικρὺ τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων κρατήσαντες, εἰ ψαύσειαν τῇ ὑδροχόῃ ὀνίδος ξηρᾶς, ἐκ τῆς ἄνωθεν φρυκτωρίας τὸ πῦρ ἐφυτεύσαντο.

ΠΕΥΣΙΣ ΞΑ'.

Τὸ σκότος τίς ἐποίησε; ἢ ἀρχίγονον (20) ἦν, ἢ ὁ διάβολος αὐτὸ ἐποίησεν, ὡς ἀπεναντίας τοῦ φωτός; Νομίζομεν δὲ, ὅτι ἦν ἀρχαῖον πρὸ τοῦ κόσμου. Οὐδαμοῦ γὰρ λέγει Μωσῆς, ὅτι ἐποίησέ τις τὸ σκότος, ἀλλ' ὅτι ἦν.

[8] Gen. I, 3. [9] Dan. III, 86. [10] Psal. CIII, 4. [11] Psal. CXLII, 7.

(19') *Συγγενεῖς*. Forte συγγενὴς. EDIT.

(20) *Ἀρχίγονον*. Forte ἀρχέγονον. ID.

Ἀπόκρισις.

Οὔτε ὁ Θεὸς αὐτὸ ἐποίησεν, οὔτε ὁ διάβολος, οὔτε προϋπῆρχε τοῦ ὁρωμένου κόσμου· πᾶσαι γὰρ ἐν φωτὶ διῆγον αἱ ἄσαρκοι τῶν ἀγγέλων χορεῖαι, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν κόσμον· ἀλλ' ὑπερταθέντος τοῦ οὐρανίου σώματος, ὥσπερ ἔκ φράγματός τινος τῷ ἀποσκιάσματι παρυπέστη τὸ σκότος, κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ, σκηνὴν ἐκ πυκνῆς τινος καὶ στεγανῆς ὕλης ἑαυτῷ περιπηξάμενος. Ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν ναυτιλλομένων παιδευόμεθα, κατὰ τῆς ἐπομβρίας ὑπερτάσει δέῤῥεων ἐπισκοτούντων τὴν ὁλκάδα. Ἢ εἰ μὴ τοῦτο, δοκεῖ μοι, ἐκ τῆς ὁμιχλώδους ἀναθυμιάσεως τῆς ἀβύσσου παχυνομένης τῆς ἀχλύος καὶ τῶν ἀτμῶν, τὸ σκότος συνίστασθαι πέφυκε. *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς.* Πρώτη Θεοῦ φωνὴ φῶς ἐδημιούργησεν, ὅπερ καὶ ἡμέραν ἐκάλεσεν, ἡδείᾳ τινὶ προσηγορίᾳ τιμήσας τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἕτερα ἱστορῆσαι φῶτα παρ' αὐτοῦ γενόμενα· οἷον, τὸ πῦρ ὡς τῷ Μωσεῖ φανταζόμενον, ἡνίκα τὴν βάτον ἔκαιεν, οὐ κατέκαιε δὲ, ἵνα καὶ τὴν φύσιν παραδείξῃ, καὶ γνωρίσῃ τὴν δύναμιν· φῶς τὸ ἐν στύλῳ πυρὸς τοῦ Ἰσραὴλ προηγούμενον, καὶ ἡμερῶσαν τὴν ἔρημον· φῶς τὸ τοὺς ποιμένας περιαστράψαν· φῶς τὸν Ἠλίαν ἁρπάσαν ἐν τῷ πυρὸς ἅρματι, καὶ μὴ συμφλέξαν τὸν ἁρπαζόμενον· φῶς τὸ τοὺς ποιμένας περιαστράψαν, ἡνίκα τὸ ἄχρονον φῶς τῷ χρονικῷ ἐπεφοίτησε, Χριστός· φῶς τὸ τοῦ δραμόντος ἀστέρος ἐν Βηθλεὲμ, ἵνα καὶ Μάγους ὁδηγήσῃ, καὶ δορυφορήσῃ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς φῶς μεθ' ἡμῶν γενόμενον· φῶς ἡ παραδειχθεῖσα θεότης ἐπὶ τοῦ ὄρους τοῖς μαθηταῖς, μικροῦ στεῤῥοτέρα καὶ ὄψεως· φῶς ἡ Παῦλον περιαστράψασα φαντασία, καὶ πληγῇ τῆς ὄψεως τὸν σκότον τῆς ψυχῆς θεραπεύουσα· φῶς καὶ ἐκεῖθεν λαμπρότης τοῖς ἐνταῦθα κεκαθαρμένοις, ἡνίκα ἐκλάμψουσιν οἱ δίκαιοι, ὡς ὁ ἥλιος, ὧν ἵσταται ὁ Θεὸς, ἐν μέσῳ θεῶν καὶ βασιλέων διαστέλλων, καὶ διαιρῶν πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ τῶν βεβιωμένων τὰ ἔπαθλα τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος· φῶς καὶ ἡ τῷ προπάτορι ἡμῶν δοθεῖσα ἐν παραδείσῳ ἐντολή· *Λύχνος γὰρ τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου καὶ φῶς ταῖς τρίβοις* (21) *μου*, φησὶν ὁ Δαβὶδ, ὁ τῶν θείων μελῳδός. Φῶς ἐστιν καὶ ἡ ἐν ἡμῖν τοῦ λόγου δύναμις, κατευθύνουσα ἡμῶν τὰ κατὰ Θεὸν διαβήματα· φῶς καὶ τὸ ὑπὲρ Θεοῦ μαρτυρῆσαν καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν πυρσῷ τῆς θεότητος πατῆσαν τὴν φλόγα τῆς πλάνης, ὡς οἱ περὶ Ἀνανίαν ἐν Βαβυλῶνι, ἐν μέσῃ καμίνου φλογὶ χορεύοντες, μηδὲ τῶν σαραβάρων αὐτοῖς φθειρομένων· φῶς παρὰ ταῦτα ἰδιοτρόπως ὁ τοῦ βαπτίσματος φωτισμός· φῶς ὑπὲρ πάντα, ἡ ἐν τῇ θείᾳ Τριάδι ἰσοκλεὴς καὶ ἀμώμητος πίστις. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· *Γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα.*

Responsio.

Neque Deus ipsas fecit, neque diabolus, neque prius fuerunt, quam aspectabilis hic mundus. Omnes enim angelorum chori carnis expertes agebant in luce, etiam antequam mundus fieret, sed superne extenso cœlesti corpore, quasi ab septo quodam per obumbrationem tenebræ subierunt, quemadmodum si in alto meridie umbraculum ex densa aliqua solidaque materie circum se aliquis figat. Idem ex navigantibus discimus, qui adversus imbres expansione pellium obumbrant navem. Aut si hoc non est, videtur mihi ex nebulosa exhalatione abyssi densata caligine et vaporibus tenebras ortas esse. *Et dixit Deus : Fiat lux* [12]. Prima Dei vox lucem procreavit, quam et diem vocat, serena quadam appellatione exornans id quod placidum et mansuetum est. Possunt quidem et alia numerari lumina ab ipso facta, utpote lumen ignis Mosi apparens, quando rubum urebat, neque comburebat tamen, ut et naturam suam demonstraret, et vim notam faceret; lumen quod in columna ignis Israeliticos præcedebat, et mansuefaciebat desertum; lumen quod circumfulsit pastores; lumen quod Eliam rapuit in igneo curru, raptumque non combussit; lumen quod pastores circumfulsit, quando lumen expers temporis ad temporale venit, Christus; lumen apparentis stellæ in Bethlehema, ut et Magos in itinere duceret, et stiparet satellitio suo quod supra nos est lumen, apud nos natum; lumen, demonstrata discipulis in monte divinitas, paululum aspectu durior; lumen quod Paulum circumfulsit, plaga oculorum tenebras animæ sanans. Lumen est et futuræ vitæ splendor, in illis qui hic purgati sunt, quando lucebunt justi ut sol, quorum Deus consistit in medio deorum et regum, disponens et dividens unicuique secundum dignitatem, et pro ratione exactæ vitæ præmia futuræ beatitatis; lumen etiam, datum in paradiso primo parenti nostro præceptum. *Lucerna enim pedibus meis lex tua, et lumen semitis meis* [13], inquit Davides, divinorum carminum auctor. Lumen est et rationis vis quæ in nobis exsistit, secundum Deum dirigens gressus nostros; lumen et id quod de Deo testimonium perhibuit, et quod ad ipsum sua face ducit, conculcata flamma erroris, ut Ananiæ socii in Babylone in media flamma camini choreas ducunt, etiam illæsis ipsorum palliis manentibus; lumen præterea, quo peculiari modo baptismi constat illustratio; lumen sunt ultra omnia, quibus in sancta Trinitate gloriosa et inculpata est fides. Itaque dixit Deus : *Fiat lux ; et facta est lux. Et vocavit Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem* [14].

ΠΕΥΣΙΣ ΞΒ'.

Τί οὖν; ἄλλο ἐστὶ φῶς, καὶ ἄλλο ἡμέρα; ἢ ἄλλο νὺξ, καὶ ἄλλο σκότος;

INTERROGATIO LXII.

Num igitur aliud est lux, et aliud dies; vel aliud nox, et aliud tenebræ?

[12] Gen. I, 3. [13] Psal. CXVIII 105. [14] Gen I, 5,

(21) *Ταῖς τρίβοις... φῶς ἐστιν.* Hæc supplevimus ex interprete : desunt enim in textu codd. editorum, typothetæ, ut videtur, incuria ob vocem φῶς repetitam.

Responsio.

Quidquid lætum et hilarum est, placidum merito appellatur; his vero contraria, nox nominantur. Sed et aliter mihi videtur per appellationem servitutem ipsorum significare, beneque dispositam cursus per vices constitutionem. Domini enim est nominatim vocare, famulorum vero obedire, et quasi voce, ordinis bona observatione respondere.

INTERROGATIO LXIII.

Quomodo erat terra inaspectabilis et inculta? num quasi semiperfecta a Deo facta, aut quo tandem pacto?

Responsio.

Inaspectabilis erat terra et inculta, non natura, sed exornatione et facie, nondum segregatis aquis ad proprium locum, ut cerneretur ejus substantia, plantis exornaretur, et floribus coronaretur. Abysso namque super ipsam exundante, nondum erat fontium et fluminum distinctione cincta, neque variegata ad enutritionem eorum quæ divino præcepto ex ipsa producenda erant, animalium; quasi lugubri quadam veste abysso circumdata, quemadmodum auctor ille carminum divinorum Davides inquit; *Abyssus veluti vestis opertorium ejus* [15]: Oceano scilicet instar annuli terram adhuc circumdante, sicut etiamnum hodie constat.

INTERROGATIO LXIV.

Quare autem Propheta non dixit in feminino genere, opertorium ejus: sed ejus, in masculino vel neutro?

Responsio.

Nihil in hoc descriminis est, si elementum pro terra subintelligatur. Neque item cum omnium animæ feminino genere appellentur, idcirco vel feminas vel mares esse concedemus animas. Sed et Christus sapientia et potentia et petra appellatur, cum sit Deus, Verbum et homo idem. Intelligatur autem et alio modo. Invisibilis erat terra. Nondum enim erat ejus contemplator homo, neque ea quæ naturaliter ad ipsam prona se inclinant, assidueque ipsam spectant, balatum edentia animalium genera.

INTERROGATIO LXV.

Quid est secundum naturam firmamentum quod intermedium separat aquam, et aquam ultra-cœlestem et marinam?

Responsio.

Primo quidem die cœlum creabatur, quod situm est supra firmamentum; secundo vero id firmamentum, quod supra caput nostrum cernitur; quod alterius quam superius illud est naturæ.

INTERROGATIO LXVI.

Quomodo vero cum unius et ejusdem sint nominis, alterius et diversæ erunt naturæ?

Responsio.

Qui studiose et non perfunctorie litteram examinant, etiam in appellatione multum differentiæ deprehendent. Aliud enim cœlum, aliud vero est firmamentum. Proinde et ex ipsa appellatione di-

[15] Psal. CIII, 6.

Ἀπόκρισις.

Πᾶν τὸ φαιδρὸν καὶ ἱλαρὸν, ἥμερον εἰκότως προσαγορεύεται· τὰ δὲ ἐναντία τούτων νὺξ ὀνομάζεται. Καὶ ἑτέρως δέ μοι δοκεῖ διὰ τῆς κλήσεως τὴν δουλείαν αὐτῶν σημαίνεσθαι, καὶ τὴν εὔτακτον τοῦ δρόμου ἀλλήλοις ἀντιπαράδοσιν. Δεσπότου γὰρ τὸ ἐκ προσηγορίας καλεῖν, οἰκετῶν δὲ τὸ ὑπακούειν, καὶ οἷον φωνῇ τῇ εὐταξίᾳ τοῦ δρόμου ἀποκρίνεσθαι.

ΠΕΥΣΙΣ ΞΓ'.

Πῶς ἦν ἡ γῆ ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος; ὡς ἡμιτελὴς παρὰ Θεοῦ γενομένη, ἢ πῶς;

Ἀπόκρισις.

Ἀόρατος ἦν ἡ γῆ καὶ ἀκατασκεύαστος, οὐ τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ διακοσμήσει καὶ ὄψει, οὔπω τῶν ὑδάτων ἀποκριθέντων πρὸς τὴν οἰκείαν χώραν, τοῦ ὀφθῆναι τὴν ταύτης οὐσίαν, καὶ διακοσμηθῆναι φυτῷ, καὶ ἄνθεσι στεφανωθῆναι. Τῆς γὰρ ἀβύσσου ἐπικλυζούσης αὐτὴν, οὐδέπω κρήναις καὶ ποταμοῖς ὑπῆρχε διεζωσμένη, πρὸς διατροφὴν τῶν μελλόντων ἐξ αὐτῆς θείῳ προστάγματι ἀποβράττεσθαι ζώων, οἷον πενθήρη τινὰ στολὴν τὴν ἄβυσσον περικειμένη, καθὼς καὶ Δαβὶδ φησιν, ὁ τῶν θείων μελῳδός· *Ἄβυσσος ὡς ἱμάτιον τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ*· τὸν Ὠκεανὸν δακτυλίου δίκην περικεῖσθαι αὐτῇ δῆλον μέχρι τήμερον.

ΠΕΥΣΙΣ ΞΔ'.

Καὶ διατί μὴ εἶπεν ὁ Προφήτης, Τὸ περιβόλαιον αὐτῆς, ἀλλ', *αὐτοῦ;*

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τοῦτο ἐκείνου διοίσει, στοιχείου νοουμένου τῆς γῆς. Οὐδ' αὖ πάλιν πάντων ψυχαὶ θηλυκῶς προσαγορευομένων, θῆλυ καὶ ἄῤῥεν δώσομεν ὑπάρχειν ψυχάς. Καὶ ὁ Χριστὸς σοφία, καὶ δύναμις, καὶ πέτρα προσαγορεύεται, Θεὸς ὑπάρχων, καὶ Λόγος, καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. Νοείσθω δὲ ἑτέρως· Ἀόρατος ὑπάρχει ἡ γῆ, οὔπω γὰρ ἦν ὁ θεατὴς αὐτῆς ἄνθρωπος, οὐδὲ τὰ ὑπ' αὐτὴν φύσει κατανεύοντα, καὶ ἀτενὲς αὐτὴν ἐνορῶντα βληχόμενα τῶν ζώων γένη.

ΠΕΥΣΙΣ ΞΕ'.

Τί τὴν φύσιν ἐστὶ τὸ διαχωρίζον στερέωμα ἀνὰ μέσον ὕδατος, καὶ ὕδατος τοῦ ὑπερουρανίου καὶ θαλασσίου;

Ἀπόκρισις.

Τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ, οὐρανὸς παράγεται, ὁ ὑπερκείμενος τοῦ στερεώματος· τῇ δευτέρᾳ δὲ, τὸ ὁρώμενον τοῦτο ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν στερέωμα, ἑτέρας δὲ παρὰ τοὺς ὑπερτεροῦντας ὑπάρχον τῆς φύσεως.

ΠΕΥΣΙΣ ΞϚ'.

Καὶ πῶς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ὄντες ὀνομασίας, ἄλλης καὶ ἄλλης φύσεως ἔσονται;

Ἀπόκρισις.

Τοῖς φιλομαθῶς καὶ μὴ παρέργως τὸ γράμμα ἐξετάζουσι, καὶ ἐν τῇ προσηγορίᾳ πολὺ τὸ διάφορον ἔχοντες εὑρεθήσονται· ἕτερον γὰρ οὐρανὸς, θάτερον δὲ στερέωμα. Καὶ ἐξ αὐτῆς τοίνυν τῆς κλήσεως

παιδευόμεθα, στεῤῥοτέρας ὑπάρχειν φύσεως τῶν ἀοράτων τὸ ὁρώμενον. Μωσῆς μὲν γάρ φησιν· *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν*. Ἐνταῦθα δὲ τὸ στεῤῥόν φησι· *Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω στερέωμα*. Καὶ Ἡσαΐας παριστῶν τῶν μὲν τὸ λεπτὸν καὶ κουφότερον τῆς φύσεως, τοῦ δὲ στεγανώτερον καὶ παχὺ τοῦ σώματος, φησίν· *Ὁ στερεώσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καπνὸν, καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνήν*. Περὶ δὲ τοῦ ὁρωμένου φησίν· *Ὁ πήξας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν*. Καὶ γὰρ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα, ἄνθρωπον προσαγορεύειν εἴωθεν ἡ θεία Γραφή· καὶ μιᾶς οὔσης τῆς προσηγορίας, ὁ μὲν καρτερικὸς καὶ ἀχθοφόρος ὑπάρχει, ὁ δὲ χαυνότερος ἤτοι κουφότερος, διανοίᾳ καὶ λόγῳ. Τῶν ὑπερκειμένων τοίνυν τὴν οὐσίαν σιωπῶν, ὡς ἂν ἐφικτόν μοι, τοῦ ὁρωμένου τὴν φύσιν κρύσταλλον ὑπάρχειν φημὶ, θείῳ προστάγματι παγὲν καὶ ῥωννύμενον φέρειν τὰ ὑπερκόσμια, κουφότερον (22) καὶ ἔξω τῆς ἡμετέρας ὄντα παχύτητος, ἀμφοτέρους δὲ ἀνέχεσθαι ὑπὸ τῆς πάντα διακρατούσης καὶ φερούσης θείας δυνάμεως.

ΠΕΥΣΙΣ ΞΖʹ.

Καὶ πῶς δύναται κρύσταλλον βαστάζειν καὶ διαχωρίζειν τὸ πολὺ καὶ ἄπειρον ἐκεῖνο ὕδωρ;

Ἀπόκρισις.

Πίστει κρατύνεσθαι τὰ Χριστιανῶν πέφυκεν· ὅπου γὰρ Θεὸς βούλεται, ἡττᾶται ἡ φύσις παρὰ φύσιν δουλεύουσα. Οὕτως τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεθίσταται ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας· οὕτω ἐν Αἰγύπτῳ ὁ Νεῖλος φοινίττεται· οὕτω παρὰ φύσιν διαχερσοῦται τὸ Ἐρυθραῖον πέλαγος, τειχέων δίκην τῶν ἡμιτόμων πηγνυμένων τοῦ ὕδατος, καὶ ἐν ξηρῷ πυθμένι ἀβρόχῳ ὁ λαὸς διαβαίνει. Ἔστω δέ σοι τῆς ἀπιστίας σωφρονισμὸς ὁ θεοστυγὴς Φαραὼ ποντούμενος. Ὁ γὰρ ἐκεῖνον ἐν τῇ αὐτῇ διαβάσει ὑποβρύχιον συγχώσας τοῖς κύμασι, πάλαι μὲν τὸν οὐρανὸν οἷα δέῤῥιν τινὰ ἐξετίναξε, τῇ μὲν χέρσῳ ἐπικυρτώσας αὐτὸν, ἐπὶ δὲ τῆς ἀβύσσου θεμελιώσας τοῖς κύμασι, καθὼς παιδεύει ὁ τῶν θείων μελῳδὸς ᾄδων· *Ὁ ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν, ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ ὑπερῷα αὐτοῦ*. Ἥκεν ἡμῖν, φησὶν, ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν σαρκοφορῶν, καὶ τὴν ὑγρὰν καὶ ἄστατον θάλατταν ἀνίκμοις ποσὶν ἐπιπορευόμενος.

ΠΕΥΣΙΣ ΞΗʹ.

Καὶ ἀνωτέρω ἤδη ἐδεήθημέν σου μὴ ὡς ἀπίστους ἡμᾶς σχεῖν ἐρωτῶντας, ἀλλὰ ταῖς ἐκείνων φωναῖς χρωμένους παρὰ σοῦ οἰκοδομεῖσθαι.

Ἀπόκρισις.

Καὶ μάλα εἰκότως ἀξιῶ τὴν ὑμετέραν ἀξιάγαστον ἀγχίνοιαν, μηδ' ὅλως ἐπισκάζειν ἢ χωλεύειν τῇ βάσει τῆς διανοίας ἐπὶ τῆς ἀτρεκίας. Δῶμεν δὲ εἰκόνα τῷ λόγῳ, ὡς ὑπερφυὲς τῆς γῆς τὸ ὕδωρ ἑκατὸν πήχεις· φῆσαι δὲ τὸν Θεόν· *Γενηθήτω στερέωμα ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος*· παγῆναι δὲ αὖθις κρύσταλλον, καὶ ἀνέχειν τὸ ἥμισυ τῶν ὑδάτων· οἷον ἐπὶ τῆς

scimus, id quod cernitur solidioris esse naturæ, quam sint inaspectabilia. Moses siquidem inquit, *In principio fecit Deus cœlum et terram* [16]. Hic vero firmum illud memorat, *Et dixit Deus: Fiat firmamentum* [17]. Et Isaias asserens illorum quidem tenuitatem et levitatem naturæ, hujus vero soliditatem et crassitudinem corporis, inquit: *Qui firmavit cœlum veluti fumum, et extendit ipsum veluti tabernaculum* [18]. De eo vero quod cernitur, inquit: *Qui fixit cœlum veluti cameram* [19]. Etiam virum et mulierem, hominem appellare consuevit Scriptura sacra; cumque sit eadem appellatio, tamen ille quidem robustus et ad graviora ferenda validus est, hæc vero mollior et levior, tam intelligentia, quam oratione. Superiorum igitur substantiam silentio præteriens, quantum assequi possum, ejus quod cernitur naturam crystallinam inquam esse divino præcepto fixam et roboratam, ut facilius ferat ultramundana, idemque nostræ crassitudinis expers esse. Utrosque vero cœlos sustineri ab ea quæ omnia vincit et sustinet, divina virtute.

INTERROGATIO LXVII.

At quomodo potest crystallum portare et separare multam et infinitam illam aquam?

Responsio.

Per fidem apprehendi dogmata Christianorum solent. Nam ubi vult Deus, subjicitur natura præter naturam serviens. Sic aqua in vinum convertitur in Cana Galilææ; sic in Ægypto rubrum colorem accipit Nilus; sic præter naturam instar terræ permeabile fit mare Rubrum, instar murorum sectorum constabilita aqua, et in arido fundo non madente pertransit populus. Sit vero tibi incredulitatis castigatio exosus Deo Pharao, aquis marinis immersus; nam qui illum in eodem transitu submersum obruit fluctibus, idem olim velut pellem aliquam cœlum extendit, supra terram quidem convexum ipsum elevans; super abyssum autem fundans, quemadmodum docet divinorum carminum auctor: *Extendens cœlum velut pellem, tegens aquis superiora ejus* [20]. Atque hic venit ad nos, inquit, temporibus extremis carnem gestans, et humidum instabileque mare siccis pedibus transiens.

INTERROGATIO LXVIII.

Atqui jam ante in præcedentibus rogavimus te, qui nos toleres, dum interrogamus, non ut increduli, sed quasi qui aliorum vocibus utentes, per te velimus ædificari.

Responsio.

Ego vero non abs re vestram eximiam subtilitatem oro, ne claudicetis gressu mentis in cognoscenda veritate. Dabimus autem verbi gratia similitudinem, quasi centum cubitis terram excedat aqua. Cum autem dixisset Deus: *Fiat firmamentum in medio aquæ, et dividat inter aquam et aquam* [21], constabilitum rursus fuisse crystallum, quod dimidium aquarum sustineat, quemadmodum in vitro

[16] Gen. I, 1. [17] ibid. 6. [18] Isa. XL, 22. [19] ibid. [20] Psal. CIII, 2. [21] Gen. I, 6.

(22) *Κουφότερον*. Forte κουφότερα. EDIT.

videre est, ex quo alius sit separatus calix qui discernat dupliciter quod infusum est. Major autem omni humana cogitatione est absolutissime sapiens operatrix illa vis Dei. Animadverte vero evidentius exemplum de firmamento, non arte mortalium, sed divino consilio constitutum, et quasi doctrinæ gratia nobis propositum, unum ex quatuor fluminibus de paradisi fonte fluentibus, quod Phison a doctrina nostra, apud Græcos vero Ister, apud Romanos Danubius, et apud Gothos Dunabis appellatur; si hieme congelet et in lapideam duritiem mutetur mollis illa fluminis natura, ut ferre possit incedentes in eo armatos, et ad Romanorum, Illyriorum Thracumque fines transeuntium multitudinem. Ita sane etiam illud ipsum ex aqua stabilitum firmamentum. Subtus quidem alluitur subterlabente flumine, sed supra se fert equum et vectorem, aliquoties (ut cernitur) numero decies mille. Fit etiam aliquando, ut asperitate hiemis invalescente, et perseverante frigore, vehemens aqua e nubibus depluat, et per valles aut montium vertices, aut colles manans, ad fluminis firmamentum feratur: quod diremptum respectu ejus quod superne fluit, quasi intercepto ex aquis firmamento, absque commistione confusioneque manet cum eo quod subest. Consimilia per nivem discimus, quæ excipitur a firmamento de quo dicimus, ita ut sit ipsum intermedium septum crystallinum, separans inter aquam et aquam, instar cœlestis firmamenti ab infernis et terrestribus superna et ultramundana discernentis. Dico autem infinitis modis fortius, quam hiems possit, divinum illud mandatum stabilivisse impositum capiti nostro firmamentum.

INTERROGATIO LXIX.

Sed quare sunt aquæ supernæ? ut aliquis hauriat, aut bibat, aut naviget, aut potum præbeat alteri, aut quemnam propter alium talem usum?

Responsio.

Quia crystallum esse dixi firmamentum, recepturum erat subjectorum luminarium splendorem, solem inquam et lunam, et reliquum astrorum cœtum, ex igne naturam habentem. Ne igitur illorum ardore resolveretur quod fixum est, per id ab illo discrevit infinitam illam aquam, veluti positam super humeros ejus ad refrigerandam inflammationem, et ad levigandam rotationem, ut illa humiditate crassius redditum resistere possit igni luminarium.

INTERROGATIO LXX.

Quomodo vero fieri potest ut glacies resistat igni, quæ nullo modo fert ignis propinquitatem, neque manus contrectationem, neque auram calidiorem, neque ut veste tegatur?

Responsio.

At non sunt illa ultramundana terrenis per omnia subjicienda; nam aliter quam pro nostra infirmitate, divina virtus omnia dispensat atque gu-

ὑάλου ἔστιν ἀθρῆσαι, ἐξ αὐτῆς ἐκείνην διαπεφραγμένην τὴν κύλικα, καὶ ἀποκρίνουσαν διχῶς τὸ ἐγχεόμενον. Μείζων δὲ πάντως ἀνθρωπίνης ἐπινοίας ἡ πάνσοφος τοῦ Θεοῦ δραστικὴ δύναμις. Ὅρα δέ μοι ἐναργέστερον ὑπόδειγμα περὶ τοῦ στερεώματος, οὐ τέχνῃ βροτῶν, ἀλλὰ θείᾳ βουλῇ συνιστάμενον, καὶ οἱονεὶ διδασκαλεῖον ἡμῖν προκείμενον, τὸν ἕνα τῶν τεττάρων ἐκ τῆς ἐν παραδείσῳ κρήνης ῥεόντων ποταμῶν, τὸν Φυσῶνα, παρὰ τῇ καθ' ἡμᾶς Γραφῇ, παρ' Ἕλλησι δὲ Ἴστρον, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις Δανούβιον, παρὰ δὲ Γότθοις Δούναβιν προσαγορευόμενον· χειμῶνος πηγνυμένου, καὶ εἰς λιθώδη ἀντιτυπίαν μεθισταμένης τῆς μαλακῆς τοῦ ῥεῖθρου φύσεως, ὡς οἵαν τε φέρειν ἐπιπορευομένων πολεμίων, καὶ πρὸς τὰ Ῥωμαίων, Ἰλλυριά τε καὶ Θράκεια μέρη διαφοιτώντων πλῆθος. Οὕτω τοι καὶ τὸ αὐτὸ ἐκ τοῦ ὕδατος παγὲν στερέωμα, ὑποκλύζεται μὲν τῷ ὑποκριθέντι ῥείθρῳ, ὑπερστέγει δ' ἵππον καὶ ἀναβάτην, ἐν χιλιάσι δέκα πολλάκις ὁρώμενον. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῆς ἀμειδίας τοῦ χειμῶνος ἐπικρατούσης, καὶ τοῦ κρύους μένοντος, λάβρον ὕδωρ ἀπὸ νεφῶν ὑόμενον, καὶ διὰ τῶν χαράδρων ἢ ἀκρωρειῶν καὶ γεωλόφων κατάῤῥηκτον ἐπὶ τοῦ ποταμίου στερεώματος φέρεσθαι. Ὅπερ διειργόμενον πρὸς τὸ ὑπεῤῥέον (25) οἷον διαφράγματι τῷ ἐξ ὑδάτων στερεώματι ἀμιγὲς τέως καὶ ἀσύγκριτον μένει πρὸς τὸ ὑποκείμενον. Παραπλήσια δὲ καὶ διὰ τῆς χιόνος παιδευόμεθα, ἐπιξενωμένης τῷ εἰρημένῳ στερεώματι· ὥστε ὑπάρχειν αὐτὸ μεταίχμιον διάφραγμα κρύσταλλον, διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος, δίκην τοῦ οὐρανίου στερεώματος, τῶν ἐπιγείων τὰ ὑπερκόσμια διακρίνοντος. Ἀπειροπλασίως δὲ καὶ ἀπαραβλήτως χειμῶνος τὸ θεῖον πρόσταγμά φημι ἰσχυρότερον, πῆξαν τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν στερέωμα.

ΠΕΥΣΙΣ ΞΘ'.

Καὶ διατί ἄρα τὰ ἄνω ὕδατα; ἵνα τις ὑδρεύσηται, ἢ πίῃ, ἢ πλεύσῃ, ἢ ποτίσῃ τινά, ἢ ὅλως διὰ ποίαν χρείαν;

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ κρύσταλλον ὑπάρχειν ἔφην τὸ στερέωμα, δέχεσθαι ἤμελλεν τὴν ὑπερκειμένην τῶν φωστήρων φρυκτωρίαν, ἥλιόν φημι, καὶ σελήνην καὶ τὴν λοιπὴν τῶν ἄστρων ὁμήγυριν, ἐκ πυρὸς τὴν φύσιν ἔχοντα. Ἵν' οὖν μὴ τῷ ἐκείνων πυρετῷ ἀναλυθῇ τὸ πεπηγός, δι' αὐτοῦ ἐκείνου ἀνέκρινε τὸ μυρίον ἐκεῖνο ὕδωρ ὑπὲρ νώτοις αὐτοῦ καταψύχειν τὸν φλογμόν, καὶ ἐπαλείφειν τὸ φέρον, ὅπως τῇ ἐκεῖθεν νοτίδι παχυνόμενον ἀντέχειν τῷ πυρὶ τῶν φωστήρων.

ΠΕΥΣΙΣ Ο'.

Καὶ πῶς δυνατὸν κρύσταλλον ἀντέχειν πυρί, ὅπερ οὐδὲ ὅλως φέρει ἐγγύτητα πυρός, οὐδὲ χειρὸς ψηλάφησιν, οὐδὲ πνοὴν θερμοτέραν, ἢ ἐπιβολὴν ἱματίου;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐ χρὴ τὰ ὑπερκόσμια περιγείοις καθόλου ὑποβάλλειν· καταλλήλως γὰρ τῇ ἡμετέρᾳ ἀσθενείᾳ δύναμις πάντα διῳκονόμηται, καὶ πρυτανεύει. Ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν τοίνυν ἀμυδροῖς παραδείγμασι χρώ-

(25) Ὑπεῤῥέον. Forte ὑποῤῥέον. Edit.

μενοι, φαμὲν τὰ ὑπερκείμενα, λύχνῳ μικροτάτῳ ἐν οἰκίᾳ μεγίστῃ φαίνοντα παραβάλλοντες τὸν βασιλέα τῶν φωστήρων ἥλιον, πρὸς τὸ οὐράνιον σῶμα συγκρινόμενον· καὶ ὥσπερ ἐν δίσκῳ παμμεγέθει, βραχὺν ἄνθρακά τις ἐπιθέμενος, ἢ λύχνον ὑποκαίων, οὐ μόνον φλέξας ἢ χωνεύσας (24) τὸ ὑποκείμενον οὐχ οἷός τε εἴη, ἀλλὰ οὐδὲ θερμᾶναι τὸ σκεῦος ἰσχύσειεν. Πῶς οὖν λύχνος ἀμυδρὸς δυνήσεται ἄβυσσον πεπηγυῖαν λῦσαι ἢ παραφλέξαι; πότε δὲ κύλιξ ἅπτουσα, οἵα τε θραῦσαι χειμῶνος κρυότητα, φιλονεικοῦντος σβέσαι τὴν θρυαλλίδα τῷ παγετῷ, εἰς λίθον δὲ μετατυπῶσαι τὸ ἐνυπάρχον ὕδωρ καὶ ἔλαιον, τῆς ὑπερβολῆς τοῦ κρύους τὴν λαμπάδα ἀπομαράναντος; πῶς δὲ καὶ ἡ ἀμίαντος βοτάνη, καὶ ἄφλεκτος πάντη διαμένουσα; Ἀλλὰ καὶ σαλαμάνδραν ζῶον εὐτελὲς, πυρὸς δὲ τῇ φύσει διαφέρον, ἔγνωμεν διὰ μέσης καμίνου πυρὸς ἐνσκαῖρον, διαβιβάζον τε, καὶ μηδὲν παντελῶς ἐκ τῆς λυμαντικῆς τοῦ πυρὸς φύσεως ὑπομένον. Οὐδὲν τοίνυν ἥλιος παραβλάψειεν τὸν οὐρανὸν ὑποθέων· οὗ τὰς ἑωθινὰς ἀνατολὰς διαγράφων ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, φησίν· *Καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ, ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ*. Ἰδοὺ, *ἄκρον* καὶ *ἔξοδος*· οὐ σφαῖρα δὲ καὶ ἄνοδος κυλιστικὴ, ὡς δοκεῖ τοῖς εἰκαιολόγοις.[Καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ, φησὶν, ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ (25)]. Καὶ τὸ *κατάντημα* καὶ *ἄκρον*, οὐ κάθοδος καὶ ὑπόδυσις. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν νυμφικὴν ὡραιότητα τοῦ φωστῆρος ἴωμεν. Φησὶ γὰρ περὶ αὐτοῦ ὁ Δαβίδ· *Καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ*· τὸ φαιδρὸν καὶ σύμμετρον τῆς ἑωθινῆς αὐτοῦ ὄψεως παριστῶν. Μεσημβρινὸν γὰρ αὐτὸν διιππεύοντα τὸν οὐρανὸν, πολλάκις καὶ ἀποδιδράσκειν πειρώμεθα, τὸ φλογῶδες αὐτοῦ μὴ φέροντες· ἅμα δὲ τοῦ ἀνίσχειν, τερπνὸς πᾶσιν ὑπάρχει· καὶ ὥσπερ νυμφίου δίκην ὁρώμενος, καὶ ἀπὸ τῆς ἕῴας μέχρι τῆς ἑσπέρας ἀφθόνως ἐπιβὰς, διὰ τὰς ἐκ τῶν μαρμαρυγῶν στροφάλιγγας διαλύει τῇ δᾳδουχίᾳ τὸ ἀμειδὲς τοῦ ἀέρος, καὶ τῇ γῇ πρὸς καρπογονίαν συνομιλῶν, συνθάλπων αὐτὴν, καὶ ἐγκαλούμενος (26) τὰ σπέρματα ἐκφύειν.

bernat. Ex iis igitur rebus quarum apud nos usus est, facilibus exemplis utentes, loquemur de iis quæ supra nos sunt. Lucernæ omnium minimæ in domo maxima lucenti conferimus regem luminarium solem, ad cœleste corpus comparatum. Prorsus ac si quis in disco permagno exiguum carbonem ponat, aut lucernam succendat, non solum comburere aut inflammare illum non poterit, verum ne vas quidem ipsum calefacere quiverit. Quomodo igitur imbecillis lucerna poterit abyssum constabilitam solvere aut comburere? Et qui calix attingendo lædere poterit frigus hiemis enitentis exstinguere per gelu lucernæ ellychnium, et in lapidem convertere aquam quæ in eo est, et oleum, supra modum frigore lampadem debilitante? Quomodo vero amiantus herba ignem sustinere potest, in medium ipsius flammæ posita, omnisque adustionis expers manens? Sed et salamandram vile animal, diversa ab igni natura, scimus per medium caminum in ignem insilire atque pertransire, nihil tamen prorsus per edacem naturam ignis lædi. Proinde neque sol læserit cœlum sub quo currit; cujus matutinos exortus describens divinorum carminum auctor, inquit: *Ipse velut sponsus egrediens ex thalamo suo, exsultabit ut gigas ad currendum viam suam, a summo cœli egressus ejus* [22]. Vides hic poni verba *summi* et *egressus*, non sphæræ et ascensus circularis, ut aliquibus videtur vanas conjecturas sequentibus. *Et occursus ejus*, inquit, *usque ad summum cœli.* Vide rursus *occursum* et *summum*, non descensum et occasum. Sed enim ad sponsalem pulchritudinem hujus luminaris accedamus. Inquit enim de eo Davides: *Et ipse velut sponsus egrediens ex thalamo suo*, verbis hisce alacritatem et temperamentum aspectus ejus matutini exprimens. Nam cum meridionale cœlum percurrit, sæpenumero refugium quærere tentamus, igneum calorem ejus non ferentes. Simul autem in exortu jucundus est omnibus, et velut sponsus aspicitur, et a tempore matutino ad vesperam usque perpetuo per radiorum suorum reflexiones dissolvit hac suæ facis luce injucunditatem aeris, aut cum terra ad excitandum fertilitatem quasi coit, eamque fovet, ad proferenda semina provocans.

ΠΕΥΣΙΣ ΟΑ'.

Καὶ πῶς οὐ λύεται τὸ κρύσταλλον τῇ πυρώσει τοῦ ἡλίου, τοσούτου ὄντος θερμοῦ ἐμφαίνειν (27) ἡμᾶς αὐτὸν, μεσημβρίᾳ μὴ φέροντας αὐτοῦ τὴν φλόγα;

Ἀπόκρισις.

Θεοῦ βουλομένου σιωπάσθω τὸ πῶς· ἐπεὶ κἀγὼ εἰκότως ἔροιμί σου· Πῶς ἡ θάμνος ἐπὶ Μωσέως ἐκφλεγομένη, οὐ κατεφλέγετο, ἀλλ' οἷον δρόσῳ νοτιζομένη εὐθαλὴς μᾶλλον ἐδείκνυτο; πῶς δὲ οἱ βόστρυχοι καὶ τὰ σαράβαρα τῶν περὶ Ἀνανίαν, ἐν τῇ Χαλδαίων καμίνῳ, ἐπὶ τεσσαράκοντα ἐννέα πήχεις τῆς

INTERROGATIO LXXI.

At quomodo non solvitur glacies per solis inflammationem, cum tantus sit calor, ut plerique in meridie non ferant ejus flammam?

Responsio.

Quia tuum illud, Quomodo, compesci non vult: jure et ego ex te quæsiverim, quomodo rubus circa Mosen ardens non comburebatur, sed quasi rore aspersus magis etiam viridis cernebatur? Quomodo cæsaries et pallia sociorum Ananiæ in fornace Chaldæorum, elevata ad quadraginta novem

[22] Psal. XVIII, 6, 7.

(24) *Φλέξας ἢ χωνεύσας.* Forte φλέξαι ἢ χωνεῦσαι. EDIT.

(25) Quæ uncis includuntur, supplevimus e versione Latina. ID.

(26) *Ἐγκαλούμενος.* Forte ἐκκαλούμενος. ID.

(27) *Ἐμφαίνειν.* Forte ὡς φεύγειν. ID.

cubitos flamma, intacta et illæsa manserunt, magis quam ignis lucentia? Ne vero putarent ii qui illam augebant stupa et pice et naphtha atque sarmentis, ipsos per præstigias aut imaginarie cohibuisse vim ignis edacem; idcirco quæ cum eis intus exsultabat divinitas, facit ut per eos camini elevata flamma in terram excurrat, et eos qui procul ad quadraginta novem cubitos ab incendio sedebant, ministros et spectatores combureret, et in pulverem cineresque redigeret. Aut quomodo Elias in igneis quadrigis in cœlum subvolans, ab igni mansit illæsus, etiam ad suos usque pilos? Vel quomodo ex amianto herba ellychnium in lucernam positum, ad viginti annorum circuitum sufficit, solo oleo semper per lucernæ ignem evaporante, ipsa manente incorrupta? In Deo igitur quiescat illud, Quomodo. *Vox Domini perrumpentis flammam ignis*, inquit carminum divinorum auctor [23]. Ad hunc enim modum in rubo deserti, et in fornace Babylonis, et in Elia vate, aliisque prodigiis edacem vim ignis mandatum divinum resecat, separans ea quæ apud nos inseparabilia sunt, et innuens futuri divini judicii integritatem, ubi illuminatio quidem ignis æterni justis tribuetur, inflammatio autem adversariis. *Nam dies illa in igni revelatur, et uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit*, inquit eximius ille Apostolus [24]. Cum hoc autem consentiens Petrus divini ministerii princeps: *Qui nunc cœli sunt*, ait, *et terra, igni reconditi servantur in diem judicii et retributionis* [25]. Servorum autem suorum sermones obsignans Dominus, inquit in Evangelio: *Tum Filius hominis mittet angelos suos ubique per terrarum orbem, et congregabunt peccatores e medio justorum, et projicient ipsos in fornacem ignis* [26].

φλογὸς κορυφουμένης, ἄφαυστοι καὶ ἀμείωτοι διέμεινον, μᾶλλον ὑπὲρ τὸ πῦρ ἀστράπτοντες; Ὅπως δὲ μὴ δόξοιεν ἐκείνην κορυφοῦντες στύππῃ, καὶ πίσσῃ, καὶ νάφθῃ, καὶ κληματίδι, μαγείᾳ τινὶ ἢ φαντασίᾳ χαλινωθῆναι τὴν παμφάγον τοῦ πυρὸς δύναμιν, ἡ τοῖς ἔνδον συγχαίρουσα θειότης οἰκονομεῖ τὴν διὰ τοῦ στομίου εἰς τὸ ἄνω διαδρ[αμ]ουμένην φλόγα, ἐκδραμεῖν ἐπὶ τῆς χέρσου, καὶ τοὺς ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐννέα πηχῶν πόῤῥω τῆς πυρκαϊᾶς καθεζομένους ὑπηρέτας καὶ θεατὰς καταφλέξαι, καὶ μέχρι κόνιος ἀποτεφρῶσαι. Πῶς δὲ Ἠλίας πυρίνῳ τεθρίππῳ εἰς οὐρανὸν ἀναπτερούμενος ἄφλεκτος διέμεινε μέχρι καὶ τῆς ἰδίας τριχός; Πῶς δὲ ἐκ τῆς ἀμιάντου βοτάνης θρυαλλὶς τῷ λύχνῳ ἐντιθεμένη, εἴκοσι ἐτῶν περίοδος ἀρκεῖ, τοῦ ἐλαίου μόνου ἀεὶ ἐξατμιζομένου τῷ λυχνιαίῳ πυρὶ, αὐτῆς ἀφθόρου μενούσης; Ἠρεμείτω οὖν ἐπὶ Θεοῦ τὸ πῶς. *Φωνὴ Κυρίου διακόπτει φλόγα πυρὸς*, φησὶν ὁ θεῖος μελῳδός. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θάμνου ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐπὶ τῆς καμίνου ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἐπὶ Ἠλίου τοῦ προφήτου, καὶ τῶν λοιπῶν τεραστίων τὴν φλεκτικὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν διατέμνει τὸ θεῖον πρόσταγμα, καταλλήλως διαιροῦν τὸ παρ' ἡμῖν ἀδιαίρετον, ὑποδεικνύν τε τῆς μελλούσης θείας κρίσεως τὸ ἀδέκαστον, τὸ φωτιστικὸν μὲν τοῦ γεεννικοῦ πυρὸς δικαίοις μέλλον ἀπονέμεσθαι, τὸ δὲ φλεκτικὸν τοῖς ἐναντίοις. *Ἡ γὰρ ἡμέρα ἐκείνη ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται, καὶ ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι τὸ πῦρ δοκιμάσει*, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος· συμφώνως δὲ τούτῳ Πέτρος ὁ τοῦ θιάσου κορυφαῖος· *Οἱ δὲ νῦν*, φησὶν, *οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἡ γῆ, πυρὶ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως*. Τῶν οἰκετῶν δὲ τοὺς λόγους ἐπισφραγίζων ὁ Κύριος, ἐν Εὐαγγελίοις φησί· *Τότε ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης, καὶ συνάξουσι τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων, καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός*.

INTERROGATIO LXXII.

Quid igitur? an nunquam abolebuntur cœli, nec luminarium illorum erit interitus?

Responsio.

Erit quidem creaturæ dissolutio, non omnimoda tamen sublatio, sed in melius transmutatio, quemadmodum ex Davide divino vate discimus, in hunc modum canente: *Ab initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum cœli sunt; ipsi interreunt, tu autem permanes* [27]. Et rursus de generatione subjiciens, inquit: *Et omnes ut vestimentum veterascent, et velut pallium circumvolves eos, et mutabuntur* [28]. Deficientibus igitur ultra cœlestibus aquis, omnia simul liquescent abundantia ignis; nam stellæ cadent, ut de vite folia, inquit eximius ille inter vates Isaias [29]. In catholicis autem Epistolis Petrus inquit: *Elementa æstuantia solventur* [30]. Quod autem ad melius, et in statum deinceps non amplius desiturum omnia corroboranda sint, tradit

ΠΕΥΣΙΣ ΟΒ'.

Τί οὖν; οὐδέποτε ἔσται λύσις τῶν οὐρανῶν, καὶ τῶν φωστήρων ἐκείνων ἀφανισμός;

Ἀπόκρισις.

Ἔσται μὲν τῆς κτίσεως διάλυσις, οὐ παντελὴς δὲ ἀφανισμὸς, ἀλλὰ πρὸς τὸ κρεῖττον μεταποίησις· καθὼς ἐκ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ παιδευόμεθα, μελῳδοῦντος· *Κατ' ἀρχὰς σὺ, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις*. Καὶ αὖθις ἐπάγων τὴν παλιγγενεσίαν, φησί· *Καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται*. Ἀπολήγόντων τοίνυν τῶν ὑπερουρανίων ὑδάτων, τηνικαῦτα πάντα ἄρδην χωνευθήσεται τῇ ὑπερβολῇ τοῦ πυρός· οἱ γὰρ ἀστέρες πεσοῦνται, ὡς φύλλα ἐξ ἀμπέλου, φησὶν ὁ τῶν προφητῶν ὑψηλὸς Ἠσαΐας. Ἐν δὲ Καθολικαῖς φησι Πέτρος· *Στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται*. Ὅτι δὲ πρὸς τὸ κρεῖττον καὶ λοι-

[23] Psal. xxviii, 7. [24] I Cor. iii, 13. [25] II Pet. iii, 7. [26] Matth. xxiv, 32; xiii, 49, 50. [27] Psal. ci, 26, 27. [28] ibid. 27. [29] Isa. xiii, 10. [30] II Pet. iii, 10.

τὸν ἀδιάλειπτον τὰ πάντα μεταῤῥωσθήσεται, φησὶν ὁ τῶν ἐνεστώτων καὶ μελλόντων θεῖος μελῳδός· *Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς.*

ΠΕΥΣΙΣ ΟΓ'.

Οὐκοῦν καὶ ἡ θάλασσα λήξει ποτὲ ἐπὶ τῆς συντελείας, τοσαύτη οὖσα, καὶ τὰ ὑπερουράνια ὕδατα, [περὶ ὧν,] *Ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος γενηθήτω στερέωμα*, φησὶν ὁ Θεός;

Ἀπόκρισις.

Οἱ μὲν ματαιόφρονες ἀστρολογίαις τὴν σφῶν γένεσιν ἐπιγράφουσιν. Ὅτι δὲ οὐχ οἷόν τε ἀπὸ ἄστρων σημειώσασθαί τι περὶ τῆς βροτῶν ζωῆς, μαρτυρεῖ Ἡσαΐας, φάσκων· *Ἀναστήτωσαν οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ, οἱ βλέποντες εἰς τοὺς ἀστέρας, καὶ ἀναγγειλάτωσαν τί σοι μέλλει γίνεσθαι.* Μικρὸν δὲ ὕστερον πλατύτερον ἐκθήσομαι τοὺς ἐκείνων μύθους. Τὰ δὲ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἄστρων εἰκότως λεχθείη, ὄμβροι, πνεύματα, χειμῶνες, ἔαρ. Ταῦτα ἐκ τῶν ἄστρων παιδευόμεθα, Θεοῦ φιλανθρωπίαν· ὅπως ὁ ναυτίλος ὁρῶν τὸ σημεῖον, ἐπὶ λιμένα οἰακίσας τὴν ναῦν, ἀποδράσῃ τὸ ναυάγιον· ἵνα ὁ γηπόνος τῷ ἐτησίῳ σημείῳ ἑπόμενος, διασκάψῃ τὴν ἄρουραν· ἵνα ὁ ὁδίτης βραχεῖ ἐν τῷ πανδοχείῳ μείνας διαφύγῃ τῆς ἐπομβρίας ἤτοι χαλάζης τὴν ἔφοδον. Γίνεται σημεῖα καὶ πολέμων καὶ εἰρήνης· ταῦτα καὶ ὁ Σωτὴρ ἐβεβαίωσε θεηγορῶν πρὸς Ἰουδαίους.

ΠΕΥΣΙΣ ϞΖ'.

Τί οὖν; αὐτὸ νομίζεις ὑπάρχειν καιρὸν καὶ σημεῖον καὶ χρόνον; καὶ πῶς τὴν διαφορὰν δηλοῦσα ἡ Γραφὴ λέγει· *Καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς;*

Ἀπόκρισις.

Ἕτερον μὲν χρόνος, θάτερον δὲ καιρός· τὸ μὲν γὰρ μήκους ὑπάρχει σημαντικὸν, τὸ δὲ εὐκαιρίας. Οὐ γάρ φαμεν· Χρόνος ἐπέστη ἀμητοῦ ἢ τρυγητοῦ, ἀλλὰ, καιρός· οὐδὲ, Χρόνος γῆμαι τὴν νεᾶνιν, ἀλλὰ, καιρός· τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος ταῦτα παιδεύοντος. Σημεῖα δὲ τῶν ἄστρων τάδε φημί· ἀνατολὴν πλειάδος, ἀρχὴν ἀμητοῦ καὶ ποντοπορίας· δύσιν δὲ, τοὐναντίον· ἡ μὲν γὰρ συνάγει, ἡ δὲ σκορπίζει ταῖς ἀρούραις τὰ σπέρματα. Τὸ δὲ, εἰς ἡμέραν, τὴν ἐκ περιόδου τῆς ἑβδομάδος, ἡμέραν τοῦ σαββατισμοῦ φημι. Πᾶσα γὰρ ἑορτὴ, ἀνοχὴν τῶν πόνων ἔχουσα, Σάββατον παρ' Ἑβραίοις προσαγορεύεται· ὅπερ αὐτοῖς παρὰ τὸν ἑβδομαδικὸν κύκλον τρὶς τοῦ ἔτους ἐπιτελεῖται. Πολλάκις παρὰ τὸ κύριον Σάββατον. Ἡμέρα γὰρ Σαββάτου καὶ ἡ Ἀζυμοβορία· ὁμοίως τῆς Πεντηκοστῆς· ὡσαύτως ἡ τῆς Σκηνοπηγίας· καὶ ἔξω τῆς κυρίως Σαββάτου διὰ τῆς χρονικῆς περιόδου εἰ ἐμπέσῃ αὐτοῖς ἡ ἑορτὴ, Σάββατον ἡμέραν προσαγορεύουσιν· ὅπερ σαφηνίζων ὁ ὑψηλὸς Ματθαῖος, *Δευτεροπρώτῳ* (33), φησὶ, *Σαββάτῳ*· τὴν ἡμέραν δηλῶν τὴν μετὰ τὸ κύριον Σάββατον αὐτοῖς δι' ἑορτῆς ἀργουμένην. Μῆνας τοίνυν ἡ σελήνη ἀποτελεῖ, ἐνιαυτοὺς δὲ ἥλιος· ἡ μὲν ἐκ περιόδου ἡμερῶν πληρηφαὴς γενομένη, ὁ δὲ ἐκ περιόδου μηνῶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ

INTERROGATIO XCVI.

Quid est hoc, *Sint in signa et in tempora, et in dies, et in annos*[66]? Si quidem asserunt aliqui multa ex principiis istis judicari de humana nativitate.

Responsio.

Circumscribunt quidem suam nativitatem astrologicis supputationibus vani homines. Quod vero ex astris non possint quidquam portendere de mortalium vita, testatur Isaias, dicens : *Surgant astrologi cœli qui stellas intuentur, et annuntient tibi quid futurum sit*[67]. Sed paulo post latius illorum fabulas explicabo. Signa vero cœli et astrorum merito recenseantur, imbres, flatus, tempestates, ver. Hæc ex astris discimus per Dei erga genus humanum bonitatem, ut in mari nauta, signum videns, ad portum navem dirigens, naufragium effugiat, ut agricola anniversarium etesiarum signum secutus, fodiat arvum, ut viator in diversorio minus diu moratus effugiat ingruentem imbrem aut grandinem; fiunt signa et belli et pacis, quæ ad Judæos concionans confirmavit Servator.

INTERROGATIO XCVII.

Quid igitur ? num idem putas esse temporis articulum et signum et tempus ? atqui quomodo Scriptura differentiam indicans, inquit : *Et sint in signa, et in tempora, et in dies, et in annos ?*

Responsio.

Aliud quidem est tempus, aliud vero temporis articulus. Nam illud quidem prolixioris spatii significationem habet, hoc vero opportunitatis. Neque enim dicimus : Instat spatium temporis messis, aut vindemiæ, sed opportunitas; neque spatium temporis ut nubat puella, sed tempestivum est : quæ quidem nos sapiens ille docet Salomon. Signa autem astrorum illa dico : ortum quidem Pleiadis, initium messis et navigationis ; occasum vero, diversum. Nam ille quidem congregat, hic vero spargit in arvis semina. Illud autem, in diem, quæ periodo septimanæ constat, diem sabbatismi dicit. Omnia enim festa laborum intermissionem habentia, sabbatum apud Hebræos appellantur : quorum ab ipsis præter hebdomadarium cyclum tria in anno perficiuntur. Aliquoties etiam præter quam proprie dictum Sabbatum. Dies enim Sabbati erat et tempus quo vescebantur infermentatis: similiter et Pentecostes : ad eumdem modum et Scenopegiæ. Et extra proprie Sabbatum dictum, si temporis periodo incidat ipsis festum, Sabbatum diem appellant; quod declarans eximius apostolus Matthæus, *Sabbato secundo primo*, inquit[68] : eum diem significans, qui post Sabbatum proprium

[66] Gen. I, 14. [67] Isa. XLVII, 13. [68] Luc. VI, 1.

(33) *Δευτεροπρώτῳ.* Lapsus memoria hic videtur Cæsarius. Hanc enim vocem unus Lucas VI, 1, usurpat.

ipsum per festum otio vacabat. Proinde menses luna perficit, annos autem sol: illa quidem per periodum dierum plena facta: hic autem ex periodo mensium in eodem centro ortus matutini constitutus, conversiones servans æquinoctii, æstatis et autumni.

INTERROGATIO XCVIII.

Estne sphæra cœlum, aut hemisphærium, quod actum circulari motu solem sub terram ferat, aut alio modo cursum ei tribuat?

Responsio.

In his utrisque ab eximio Isaia instituamur, qui clamat: *Qui constituit cœlum velut laquear, et extendit ipsum velut pellem* [69]. Quod igitur consistit, non movetur circulariter: quod expansum est, non subtus fertur. Principium igitur habet cœlum et terminum. Non enim inquit Scriptura, ascendit sol, sed, *Egressus est supra terram, et Lot ingressus est Segorem* [70]: non globum, sed laquear esse confirmans. Et Davides inquit in carminibus: *A vertice cœli egressus ejus*; non ascensus; *et occursus ejus usque ad summum cœli* [71]; non autem descensus ejus, aut occasus, ne ipsum percurrentem circulariter moveri faciat. Et iterum: *Et ipse*, inquit, *velut sponsus*, non ascendens, sed, *exiens ex thalamo suo* [72]. Ipse vero concionatur Dominus, *Mittet*, inquit, *angelos cum tuba et voce magna, et congregabunt electos ab extremo cœli usque ad extremum ejus* [73].

INTERROGATIO XCIX.

Quomodo igitur occidit sol, si non fertur sub terram? et quinam locus est qui radios ejus inumbrat?

Responsio.

Peragratis celeri cursu cœlestibus terminis, postquam latus quoddam, boreale nempe clima, subierit, elevante se Cappadocum solo, inumbratur quidem radiorum fulgor per silvas et aquas ex superna repressione firmamenti, perfractis ad latera radiis, et per eminentiam terræ luce ipsius exclusa, idque secundum prius exhibitam similitudinem lampadis cujus apud nos usus est, si testa fax comprimatur, et aliqua ex parte inumbretur, ad aliquod liberum latus lux recedit. Hoc modo etiam sol pervenit ad orientem, occulte borealem plagam permeans. Estque nobis illustris testis in rebus divinis sapiens Solomon: *Oritur*, inquit, *sol, et occidit; ortus per occasum graditur, et gyrans circulariter fertur ad aquilonem, et in locum suum redit* [74]. Aspice proinde ipsum per meridiem currentem, et plagam borealem circumeuntem, ut intra præscriptum ab oriente feratur.

INTERROGATIO C.

Si absque intermissione cursus ejus est, quomodo æstate quidem majores nobis dies efficit, hieme vero minores?

Responsio.

Eo quod non ab eodem centro semper procedit;

κέντρου τῆς ἑῴας καθιστάμενος, τὰς τροπὰς φυλάσσων ἰσημερίας θέρους τε καὶ φθινοπώρου.

ΠΕΥΣΙΣ ϞΗ'.

Σφαῖρά ἐστιν ὁ οὐρανὸς, ἢ ἡμισφαίριον κυλιόμενον τὸν ἥλιον, ὑπὸ τὴν γῆν φέρον, ἢ ἄλλως αὐτῷ τὸν δρόμον παραχωροῦν;

Ἀπόκρισις.

Ἄμφω τῷ ὑψηλῷ Ἡσαΐᾳ στοιχήσωμεν, διαῤῥήδην βοῶντι· *Ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνήν.* Τὸ ἑστὼς οὖν οὐ κυλινδεῖται· τὸ διαταθὲν οὐχ ὑποφέρεται. Ἀρχὴν τοίνυν ἔχει οὐρανὸς, καὶ πέρας. Οὐ γάρ φησιν ἡ Γραφὴ, Ἀνῆλθεν ὁ ἥλιος, ἀλλ', *Ἐξῆλθεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ Λὼτ εἰσῆλθεν εἰς Σηγώρ*· οὐ τὴν σφαῖραν, ἀλλὰ τὴν καμάραν βεβαιοῦσα. Καὶ Δαβὶδ φησιν ἐν μελῳδίαις· *Ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ*· οὐχὶ δὲ ἡ ἄνοδος· *Καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου*, οὐχὶ δὲ ἡ κάθοδος αὐτοῦ ἢ ἡ κατάδυσις· ἵνα μὴ σφαιροκύλιστον καταστήσῃ αὐτὸν διαθέοντα· καὶ πάλιν, *Καὶ αὐτὸς*, φησὶν, *ὡς νυμφίος*, οὐκ, ἀνερχόμενος, ἀλλ' *ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ.* Αὐτὸς θεηγορῶν ὁ Κύριος, *Ἀποστελεῖ*, φησὶ, *τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς μεγάλης, καὶ συνάξουσι τοὺς ἐκλεκτοὺς ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἕως ἄκρου αὐτοῦ.*

ΠΕΥΣΙΣ ϞΘ'.

Πῶς οὖν δύνει ὁ ἥλιος, εἰ μὴ ὑπὸ γῆν φέρεται; καὶ τίς τόπος ὁ τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ σκιάζων;

Ἀπόκρισις.

Ὠκυποδήσας τὰ οὐράνια τέρματα, καὶ ὑπό τινα τοῖχον, τὸ βόρειον γενόμενον κλῖμα, ὑπερανεστῶτος τοῦ Καππαδοκῶν ἐδάφους, ἀποσκιάζεται μὲν τὴν ἀστραπὴν τῶν ἀκτίνων ταῖς λόχμαις καὶ τοῖς ὕδασι, τῷ ὑπερτεροῦντι πιεσμῷ τοῦ στερεώματος, διακλωμένων τῶν μαρμαρυγῶν ἐπὶ τὰ πλάγια, καὶ τῇ ὑπεροχῇ τῆς χέρσου τὴν φαῦσιν εἰργόμενος, κατὰ τὴν προεκδοθεῖσαν εἰκόνα τῆς παρ' ἡμῖν λαμπάδος· ἄνωθεν τηγάνῳ ὀστράκῳ τινὶ τοῦ πυρσοῦ πιεζομένου, καὶ ἔμπροσθέν τινι σκιαζομένου, ἐπὶ τὸ ἐλεύθερον λοιπὸν τῶν πλαγίων τῆς λαμπρότητος χωρούσης. Καταλαμβάνει οὕτως ὁ φωστὴρ τὴν ἑῴαν, κρύβδην περιθέων τὸ βόρειον μέρος· καὶ μάρτυς ἡμῖν ἀξιάγαστος ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομών. *Ἀνατέλλει* γὰρ, φησὶν, *ὁ ἥλιος καὶ δύνει· ἀνατέλλων πορεύεται κατὰ δύσιν, καὶ κυκλῶν κυκλοῖ πρὸς βοῤῥᾶν, καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει.* Ἄθρει δὲ οὖν αὐτὸν τὴν μεσημβρίαν διαθέοντα, καὶ τὸν βοῤῥᾶν κυκλοῦντα, ἵνα ἐμπροθέσμως ἐπὶ ἑῴας γένηται.

ΠΕΥΣΙΣ Ρ'.

Εἰ ἄπαυστος αὐτοῦ ἐστιν ὁ δρόμος, πῶς θέρους μὲν μεγάλας ἡμῖν τὰς ἡμέρας ἐργάζεται, χειμῶνος δὲ μικροτέρας;

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κέντρου ἀεὶ πρόεισιν, ἀλλ'

[69] Isa. XL, 22, sec. LXX. [70] Gen. XIX, 23. [71] Psal. XVIII, 7 [72] ibid. 6. [73] Matth. XXIV, 31. [74] Eccle. I, 5, 6.

ἐγγὺς τὴν μεσημβρίαν γενόμενος, οὐ τὴν ὑψηλὴν, ἀλλὰ τὴν πλαγίαν ἐλθὼν, βραχυτέρας τὰς ἡμέρας ἐργάζεται. Δύνας δὲ τῷ ἄκρῳ τοῦ ἑσπερίου κλίματος, κυκλοῖ διὰ τῆς νυκτὸς πᾶσαν τὴν δύσιν καὶ Ἄρκτον, καὶ τὴν ἑῴαν, ὅπως φθάσῃ πάλιν τὸ ἄκρον τῆς μεσημβρίας, ἐκεῖθεν πάλιν τῆς ἡμερινῆς ὠκύτητος ἀρχόμενος. Ὅθεν εἰκότως συμβαίνει τὴν νύκτα μηκύνεσθαι, τὴν δὲ ἡμέραν βραχύνεσθαι. Ὅταν δὲ ἰσομερῶς διὰ μέσου ἱππηλατεῖ τὸν αἰθέρα, ἰσημερίαν ἐργάζεται. Θέρους δὲ πάλιν κλίνας ἐπὶ τὸ βόρειον ὑψοῦται, τῆς μὲν νυκτὸς ὑφαιρούμενος, τῇ δὲ ἡμέρᾳ προστιθέμενος διὰ τοῦ βραχυτέρου ἐν τῇ νυκτὶ κύκλου. Ἡ δὲ σελήνη, οὐ τέλειον μειουμένη ἁλίσκεται, ἀλλὰ σκιάζεται τοῦ δίσκου κατὰ μέρος, καὶ ἔστιν ἀθρῆσαι φθίνουσαν αὐτὴν καὶ λήγουσαν ὑπὸ τὸ νέφος σκιαζομένην, οἷον εἰκόνα παραπετάσματι βόμβυκος. Πάλιν δ' ἐπαμφιεννυμένη τὸ φῶς, συνελκομένου τοῦ παραπληρώματος, δίκην βασιλίδος πρόεισιν, ἐναργὴς εἰκὼν ὑπάρχουσα τῆς ἡμετέρας φύσεως, γεννωμένη, αὐξομένη, πληρουμένη, φθίνουσα, ἐλαττουμένη, δύνουσα, οὐ τέλεον δὲ ἀπολλυμένη. Παραπλησίως καὶ ἡμεῖς γεννώμεθα, αὔξομεν, πληρούμεθα ἐν γήρει, εἶθ' οὕτως λήγομεν τῇ ὥρᾳ τῆς ὄψεως, φθίνομεν τῇ εὐχροίᾳ καὶ εὐανθίᾳ τῆς παρειᾶς, τὸ ἐρυθρὸν ὠχριώμενοι. Ἐλαττούμεθα τὴν ῥώμην τοῦ σώματος, κυρτοβατεῖν ἀρχόμενοι, καὶ βακτηρίᾳ ὑπερείδεσθαι, πρὸς γῆν νενευκότες, καὶ διὰ τοῦ σχήματος αὐτὴν μαρτυρόμενοι· Ἰδοὺ παραγίνομαι. Θνήσκομεν, καὶ εἰς αὐτὴν ἀπολήγομεν σώματι, οὐκ ἀπολλύμενοι πνεύματι. Ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον τὸ ἀποτεθὲν ἱμάτιον τῆς σαρκὸς ἡ ψυχὴ πάλιν περιβάλλεται. Οὐ γὰρ ἐγὼ τὸ σῶμα, ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἡ ψυχὴ, ἐμὸν δὲ τὸ σῶμα καὶ ὅσα τῆς χέρσου ἐκφύεται· ὅθεν καὶ τοῦτο. Πάλιν δὲ μετὰ τὴν λῆξιν γεννᾶται ἡ φαίναξ, οἱονεὶ ἀναβιοῦσα τῇ ὄψει παρισταμένη. Ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ἐν τάφῳ λήξαντες πάλιν ἀναστησόμεθα, οἱονεὶ παλιγγενόμενοι, κατὰ τὴν θεηγορίαν· *Ὅταν οὖν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ·* τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν τὸν καιρὸν ἐκ τούτου δηλῶν.

[75] Matth. XIX, 28.

sed prope meridiem constitutus, non altam, sed obliquam incedens viam, breviores nobis dies efficit. Occidens vero in summo plagæ vespertinæ ambit per noctem omnem occidentem, et Arctum, et orientem, quo perveniat rursus ad summum meridiei, inde rursus diurnum celerem cursum incipiens. Unde, ceu constat, accidit ut nox longior, dies vero brevior efficiatur. Quando vero æqualiter per medium agit æthera, æquinoctium perficit. Æstate vero rursus ad borealem vergens plagam elevatur; ac nocti quidem aufert, addit vero diei per breviorem noctis circulum. Luna autem non prorsus per imminutionem deficere deprehenditur, sed ex parte orbis inumbratur: ipsamque aspicere licet decrescentem atque deficientem sub nube obscuratam, quæ veluti veste bombycina rursus induta luce, attracto complemento, instar reginæ procedit. Estque evidens imago nostræ naturæ nascens, crescens, plena, decrescens, imminuta, occidens, non tamen prorsus intercidens. Consimiliter et nos nascimur, crescimus, ad plenitudinem evadimus in senectute: ita deinde deficimus vigore faciei, decrescimus elegantia coloris, et gratia floris in vultu, rubori pallorem introducentes. Imminuimur corporis robore, incipientes incedere curvi, et inniti baculo, ad terram inclinari, et ipso habitu ipsam obtestantes: Ecce adsum. Morimur, et in ipsam desinimus corpore, non tamen intercidentes spiritu, sed paulo post deposito carnis pallio rursus anima vestitur. Non enim ego sum corpus, sed ego quidem anima, meum autem hoc corpus, et quæcunque ex terra nascuntur: unde et hoc rursus post interitum nascitur, ut luna quæ veluti reviviscens, sub aspectum omnibus venit. Quandoquidem et nos in sepulcro intereuntes, rursus resurgemus, quasi renati secundum verbum illud divinum: *Quando venerit Filius hominis in regeneratione* [75]: quo nostræ resurrectionis tempus significatur.

ΔΙΑΛΟΓΟΣ Β'.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΑ'.

Ἐπειδὴ ἠκούσαμέν σου χθὲς πρὸς τοὺς ἐρωτήσαντας εἰπόντος, ἄψυχον εἶναι τὴν γῆν· εἰ ἄψυχός ἐστι, πῶς ἀπογεννᾷ τὰ ἔμψυχα, βοῦν, πρόβατον, λέοντα, δράκοντα, καὶ τὰ ἑξῆς γένη κτηνῶν καὶ ἑρπετῶν καὶ θηρίων καὶ τῶν λοιπῶν;

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων, ἔμψυχον γῆν σοι ἀποδείκνυσιν· ἐπεὶ οὕτως δώσομεν πάντως καὶ τὴν ἄμπελον μετὰ τῶν βοτρύων ὑπολανθάνουσαν, ἀθρόως ἀναδοθῆναι· καὶ τὸν φοίνικα καρπῷ πλήρη ὑποφύοντα τῇ γῇ, ἀθρόως ἀναπηδῆσαι πρὸς τὴν ἐκφάνειαν· ἢ τὸν πυρὸν (34) πλήρη στάχυν καὶ πρὸς ἀμητὸν ἕτοιμον,

(34) *Πυρὸν.* Forte πυρῶν. EDIT.

DIALOGUS II.

INTERROGATIO CI.

Quandoquidem audivimus heri te ad eos qui quæsiverant, dicentem, inanimatam esse terram; si inanima est, quomodo generat animata, bovem, ovem, leonem, draconem et cætera genera pecorum, et reptilium, et bestiarum?

Responsio.

Nihil horum animatam terram esse demonstrat: siquidem hoc modo concedemus omnino et vitem cum botris delitescentem, confestim proferri; et palmam arborem fructum plenum proferentem sub terra mox exsilire ut appareat; aut tu triticum plenam spicam et ad messem paratam subtus pro-

tendat, rursusque divino præcepto oriatur. Verum non habet rationem similitudo. Nam si terra animata ex eo est, quod animata profert, se ipsam anima destituit. Nam qui animam educit, sive suam sive proximi, mortuus omnino et exanimis est, vitalem causam ejiciens.

INTERROGATIO CII.

Num igitur, quandoquidem homines viventia et animata generant, edito in lucem infante inanimus relictus est?

Responsio.

Verum nihil aliud quam organum homo generat, animam autem immittit Deus. Nusquam enim in Scriptura dictum est: Producat mulier animam viventem; neque quod Eva concipiens, aut Sara, aut Elisabeta produxerit animam, sed quod genuerit infantem puerum. Cur cæteroqui plurimæ matres generant sola corpora, anima destituta, siquidem poterant animatum producere fetum? Aut quare fetum mortuum enixæ, super eo lugent et plorant, et non mox animam indunt mortuo: si quidem denuo fas erat animam generare? Quomodo vero quodvis animatum ferro dissectum aut laniatum, mox sanguinem profundit instar torrentis, et circumquaque rubefacit subjectum? terra vero arata pastinoque dissecta, et in puteum effossa non clamat, non reddit sanguinem, non rubefit, non contradicit percussoribus, ut animata omnia solent? Quomodo vero allium et cepæ, aut aliæ plantæ cultro vel falce amputatæ sanguine non perfunduntur, si quidem animatæ sunt secundum Manichæos vaniloquos et stultos, qui fetidam maledicentiam in suis animabus circumferunt? Omne autem animatum terrenum et marinum omnino erit et sanguinem habens. Non igitur animata terra est, neque quidquam plantarum, aut luminarium. Nusquam enim de his inquit pagina sacra, quod inspiraverit ipsis flatum vitæ, quemadmodum inquit de homine. Absit igitur a te procul quæso illorum dementia et delirium. Omne enim animal sibi simile generat, bos bovem, similiter et equus equum, et caprea, et tigris, et oneribus portandis destinata jumenta, bestiæque crudivoræ, unumquodlibet suam naturam eamque solam generat. Quomodo igitur terra cum unius naturæ sit, tot queat animas generare alterius generis et inæqualium animalium, nisi divino mandato animarentur quæ inde producuntur? Quomodo vero et aquæ eidem divino jussui obnoxiæ, cum sint unius naturæ mollis et fluxæ, innumera genera natatilium animatorum, cæterorumque et aliorum piscium cartilagineorum in uno temporis momento consimiliter cum terra excreverunt? Qui res mollis et fluida produxit corpora animata, solidaque et lapidea, in abysso fluitantia, adæquata montibus magnitudine, cujusmodi sunt phocæ, balænæ, priones, gauri, etc., horribilia dictu et aspectu in profundo degentia animalia, quorum non est præsentis tem-

ὑποκεχῶσθαι, καὶ αὖθις τῷ θείῳ προστάγματι ἀνατεῖλαντα. Ἀλλ' οὐκ ἔχει λόγον ἡ παροιμία. Εἰ γὰρ ἔμψυχος ἡ χέρσος ἐκ τοῦ ἀποβρᾶσαι τὰ ἔμψυχα, ἔρημον οὖν ἑαυτὴν κατέλιπε τῆς ψυχῆς. Ὁ γὰρ ἐξάγων ψυχὴν, εἴτε τὴν σφετέραν, εἴτε τοῦ πέλας, νεκρὸς καὶ ἄψυχος πάντως ὑπάρχει, τὸ ζωτικὸν αἴτιον ἐκβαλών.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΒ'.

Τί οὖν; ἐπειδὴ ἄνθρωποι ζῶντα καὶ ἔμψυχα γεννῶσιν, ἆρα προελθόντος τοῦ βρέφους ἄψυχος κατελείφθη;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος ὄργανον γεννᾷ, τὴν δὲ ψυχὴν τὸ Θεῖον ἐνίησιν. Οὐδέπω γὰρ τῇ Γραφῇ εἴρηται· Ἐξαγαγέτω ἡ γυνὴ ψυχὴν ζῶσαν· οὐδ' ὅτι συλλαβοῦσα Εὔα, ἢ Σάῤῥα, ἢ Ἐλισάβετ ἐξήγαγε ψυχὴν, ἀλλ' ὅτι ἐγέννησε παιδίον. Διατί δὲ ἄρα πλεῖσται μητέρες ψυχῆς ἔρημα ἀποκύουσι μόνα τὰ σώματα, εἴπερ ἦν αὐταῖς δυνατὸν ἔμψυχον ἀποκύειν τὸ ἔμβρυον; διατί δὲ νεκροτοκοῦσαι, ἐπικωκύουσι καὶ ὀλοφύρονται, καὶ μὴ αὖθις τὴν ψυχὴν τῷ νεκρῷ ἐντιθέασιν, εἴπερ ἦν αὐταῖς θεμιτὸν ψυχὴν ἀπογεννᾷν; πῶς δὲ παντὸς ἐμψύχου σιδήρῳ τεμνομένου ἢ ἀμυσσομένου, αὖθις τὸ αἷμα προχεῖται κρουνηδὸν, καὶ περιφοινίττει τὸ ὑποκείμενον· ἡ δὲ χέρσος ἀρουμένη, καὶ λίσγῳ διαιρουμένη, καὶ εἰς φρέαρ ὀρυττομένη, οὐ βοᾷ, οὐχ αἱμοῤῥαγεῖ, οὐ περιφοινίττεται, οὐ καματοῖ τοὺς πταίοντας, καθάπερ τὰ ἔμψυχα πάντα πέφυκε; πῶς δὲ τὰ σκόροδα, ἢ κρόμμυα, ἢ τὰ λοιπὰ τῶν φυτῶν μαχαίρᾳ ἢ δρεπάνῃ τεμνόμενα, οὐχ αἱμάττεται, εἴπερ ἔμψυχα ὑπάρχει, κατὰ Μανιχαίους τοὺς εἰκαιολόγους καὶ ματαιόφρονας, τοὺς τὴν ἐκείνων δύσοδμον κακοφημίαν ἐν ταῖς σφῶν ψυχαῖς περιφέροντας; Πᾶν δὲ ἔμψυχον χερσαῖόν τε καὶ ἐνάλιον πάντως ἔσται καὶ ἔναιμον. Οὐκ ἔμψυχος τοίνυν ἡ γῆ, οὐδέ τι τῶν φυτῶν, ἢ φωστήρων. Οὐδέπω γὰρ περὶ τούτων φησὶν ἡ θεία Πυκτὴ, ὅτι ἐνεφύσησεν αὐτοῖς πνοὴν ζωῆς καθάπερ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου φησίν. Ἄπαγε οὖν τῆς ἐκείνων παροινίας, καὶ φρενήτιδος, ἀξιῶ. Πᾶν γὰρ ζῶον ἑαυτῷ ὅμοιον γεννᾷ, βοῦς βοῦν, καὶ ἵππος ὁμοίως, καὶ δορκὰς καὶ τίγρις καὶ τὰ ἀχθοφόρα τῶν ὑποζυγίων, καὶ αἱμοβόρα τῶν θηρίων, ἕκαστον τῆς οἰκείας φύσεως καὶ μόνης ὑπάρχει γεννητικόν. Πῶς οὖν ἡ χέρσος οἵα τε ἦν μιᾶς ὑπάρχουσα φύσεως, τοσαύτας ἀπογεννῆσαι ψυχὰς, ἀλλογενῶν καὶ ἀνομοίων ζώων, εἰ μὴ τῷ θείῳ προστάγματι ἐμψυχοῦτο τὰ ἐκβραττόμενα; πῶς δὲ καὶ τὰ ὕδατα τῷ αὐτῷ ὑπείκοντα θεσπίσματι, μιᾶς ὑπάρχοντα φύσεως, μαλακῆς τε καὶ ῥυτῆς, μυρία γένη πλωτῶν ἐμψύχων, κητῶν τε καὶ σελαχῶν, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ὁμοίως τῇ γῇ ἐξωμόρξατο; ἡ μαλακὴ τε καὶ ῥυτὴ σώματα ἐμψυχωμένα, στεῤῥά τε καὶ πετρώδη ἐννηχόμενα τῇ ἀβύσσῳ, ὄρεσι τῷ μεγέθει παρισούμενα, φῶκαι καὶ φάλαιναι, πρίονες καὶ γαῦροι, καὶ τὰ λοιπὰ φρικώδη τῇ κλήσει καὶ ὄψει ἐμβύθια ζῶα, ἅπερ οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ ἀνερμηνεύειν; Πῶς οὖν, εἴπερ μία φύσις ἔμψυχος τὸ ὕδωρ, ἀναρίθμητα ἐξέῤῥωσε (55) γένη πλωτῶν τε καὶ πτηνῶν ἑτεροφυῆ, καὶ ἑτερόδια καὶ ἀμφίβια, νῦν μὲν ἐπὶ τῆς χέρσου, νῦν δὲ ἐν τοῖς

(55) Ἐξέῤῥωσε. Forte ἐξέῤῥευσε. Edit.

ὕδασι διαιτώμενα, οἱ Νειλῷοι τῆς Αἰγύπτου κροκόδειλοι, οἱ ἑσπέριοι Φυσωνῖται κυνοπόταμοι, οἱ Εὐφρατήσιοι γρύπες, οἱ τελματήσιοι βάτραχοι, οἱ παρ' ἡμῖν ἐχῖνοι, καὶ κύκνοι; Καὶ μυρία τις εὑρήσειε τῶν ἀμφιβίων γένη, νῦν μὲν ἐπὶ τῶν λειμώνων καὶ μεδίμνων σπερμολογοῦντα, ἢ ποηφαγοῦντα, ἅμα τοῖς χερσαίοις ζώοις· νῦν δὲ ἐν τοῖς ὕδασι τὰ λεπτότερα τῶν πλωτῶν διανηχόμενα κατεσθίειν, ὅπερ καὶ τὰ αἱμοβόρα τῶν χερσαίων ποιεῖν πέφυκεν.

poris expositio? Quomodo igitur, si quidem una natura animata est aqua, innumera effluxerunt genera natatilium et volatilium, aliter nascentia, et aliter viventia, et quidem diverso victu viventia: nunc quidem super terram, nunc vero in aquis victum quærentia? Niliaci sunt in Ægypto crocodili; ad occidentalem Physonem canes fluminei; Euphratæi gryphes, palustres ranæ, et apud nos echini et cygni. Atque innumera quis invenerit amphibiorum genera, quæ nunc quidem in pratis et medimnis semina colligunt, aut herbas comedunt, una cum terrestribus animalibus: nunc vero in aquis natantia leviores fluviatilium cibos comedunt: quod et crudivora ex terrestribus facere solent.

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον τοὺς οἴακας τοῦ λόγου τρέψωμεν, τοῖς προφητικοῖς ἑπόμενοι δόγμασιν. Οὐδέπω γὰρ ἔμψυχον τὴν γῆν ἀποφαίνονται, ἀλλὰ θείᾳ ῥώμῃ καὶ πνεύματι ἐμψυχοῦσθαι τὰ ἐκείνης ἀποβράσματα· τοῦ μὲν θεσπεσίου Δαβὶδ μελῳδοῦντος· *Ἀποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται*· τοῦ δὲ Ἡσαΐου ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ διαῤῥήδην βοῶντος· *Ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ διδοὺς πνοὴν ζωῆς τοῖς πατοῦσιν αὐτήν.*

Sed ad propositum sermonem gubernacula vertamus, prophetica secuti dogmata. Nusquam enim terram animatam pronuntiant, sed divina virtute et spiritu animari ex ipsa pullulantia, divino quidem Davide canente, *Mittes Spiritum tuum, et creabuntur*[76]: Isaia vero velut in persona Dei manifesto clamante: *Ego Deus qui feci cœlum et terram, et qui do flatum vitæ omnibus calcantibus eam*[77].

ΠΕΥΣΙΣ ΡΓ'.

Οὐδὲν μυκώμενον, ἢ ὠρυόμενον, ἄψυχον λέγομεν ὑπάρχειν· πῶς ὠρυᾶται (36) ἡ γῆ, εἴπερ ἄψυχός ἐστι, καὶ μυκᾶται σειομένη;

Ἀπόκρισις.

Ὁμοίως τῇ θαλάττῃ τοῖς ὑπογείοις πνεύμασι διογκουμένη, οἷον ῥοιζόν τινα ἢ μυκηθμὸν ἀποδίδωσι. Καὶ γὰρ ἐκείνη πολλάκις τῇ ἀναθυμιάσει τοῦ βυθοῦ σαλευομένη καὶ ἐξοιδαίνουσα, ἦχον ἀποτελεῖ, προσαραττομένη ἑαυτὴν τρικυμίαις· τοῦ δὲ πνεύματος ἠρεμοῦντος εἰ (37) ἄψυχος· βοῶσα δὲ καὶ κοιμωμένη, βαθεῖαν ἔχει γαλήνην. Ἢ δοκεῖτε τὰς ὑδρίας, ἢ τοὺς πίθους, ἔμψυχα ὑπάρχειν, ὧν ἀκούομεν ῥοιζούντων καὶ μυκωμένων τῇ τοῦ ἀερίου πνεύματος διαφοιτήσει; Σφαττομένης δὲ τῆς αἰγὸς καὶ πτησσομένης πάντη (38) δῆλον ἄψυχον ὑπάρχειν τὸ κώδιον· εἰς ἀσκὸν δ' ἐξεργασθέντος, καὶ πνεύματι διαταθέντος, εἶτα πάλιν τῷ πιεσμῷ τῶν χειρῶν ἡμῶν ἐκπνεόμενος, πῶς ῥοιζόν τινα, ἢ μυκηθμὸν ἀποδίδωσιν ὁ ἄψυχος; Πῶς δὲ πάλιν τῷ μουσικῷ ὑποπνέον ὀργάνῳ, τῇ ποδηγίᾳ τοῦ ἀστάτως ἐφεστῶτος πᾶν μέλος διακεχυμένον, γοερόν τε καὶ ὕπτιον διὰ τῶν αὐλῶν ἐκφωνῇ; ἆρ' οὖν παρὰ τούτου ἐμψύχους ἐροῦμεν τὰς ὑποπνεομένας τοῖς μουσικοῖς ὀργάνοις τῇ βροτῶν ἐπινοίᾳ; τὰς δὲ κιννυρικὰς χορδὰς, καὶ τὰς τυμπανικὰς δέῤῥεις τιννύσας καὶ βομβούσας, καὶ μυκωμένας τῇ ἐπαφῇ καὶ τῷ πλήκτρῳ τοῦ κατέχοντος; Οὕτως μοι νόει καὶ τὴν γῆν ἐνεργείᾳ τινὸς ἑτέρου μυκωμένην καὶ σειομένην.

INTERROGATIO CIII.

Nihil quod mugit aut rugit, inanimum esse dicimus; quomodo igitur rugit terra, si quidem inanimata est, et quomodo mugit quando concutitur?

Responsio.

Similiter ac mare subterraneis spiritibus intumescens, quasi stridorem aliquem aut mugitum reddit. Etenim illud sæpenumero evaporante profundi æstu commotum et exundans, sonitum efficit, allidens semetipsum procellis vehementioribus. Quiescente vero flatu, velut inanimatum haud clamat, sed sopitum profunditatis tranquillitatem habet. Cæteroqui num putatis aquaria vasa vel dolia animata esse, quæ audimus stridentia et mugientia, cum penetrat aerius spiritus? occisa vero capra et excoriata, cuivis constat ipsam pellem inanimam esse; in utrem vero cute commutata et spiritu distenta, deinde rursus compressione manuum nostrarum emisso flatu, quomodo stridorem quemdam aut mugitum reddit inanimata? Quomodo item musico serviens instrumento, ductu hominis varie illo utentis quodvis carmen efficitur, ac tam lugubriter quam remisse per fistulas resonat? Num igitur animatas dicemus quod inflatæ musicis insonant instrumentis hominum excogitatione? Item cithararum chordas, et tympanorum pelles tinnitus et sonos edunt, perque tactum ejus a quo tenentur, strepunt. Ad hunc modum cogita et terram, per alterius alicujus operationem, mugire et concuti.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΔ'.

Πῶς οὖν οἱ τρεῖς παῖδες πᾶσαν τὴν κτίσιν ἔμψυχον παριστῶσιν, ᾄδοντες ἐν τῇ καμίνῳ, *Εὐλογεῖτε, πάντα τὰ ἔργα Κυρίου, τὸν Κύριον· ὑμνεῖτε καὶ*

INTERROGATIO CIV.

Quomodo igitur tres illi pueri omnem creaturam animatam innuunt, canentes in fornace: *Benedicite, omnia opera Domini, Dominum, celebrate et*

[76] Psal. CIII, 30. [77] Isa. XLII, 5.

(36) *Ὠρυᾶται.* Forte ὠρύεται. EDIT.
(37) *Εἰ.* Forte ἐστί. ID.
(38) *Πτησσομένης πάντη.* Forte πτισσομένης, παντί. ID.

exaltate ipsum in sæcula. *Benedicite, angeli, cœli, terra, sol, luna, astra, rores, pluviæ nivales, glacies, nives, lux, tenebræ, noctes, dies, montes, colles, mare, flumina* [78], et omnia quæ sequuntur? Nam hoc esse illa animata significatur.

Responsio.

At non omnia animata ostendit esse illorum sanctorum hymnus, præter homines, etiam bestias et cetos et cætera terrestria et aquatilia. Angeli enim benedicunt ut rationales spiritus et ministeriales; cœli autem, non sermone et voce, sed suppeditatione imbrium et firma constitutione; sol autem et luna, exortu et mutua vicissitudine cursus et radiorum ejaculationibus. Præterea processione ordinata lucifer quidem diem annuntiat, hesperus vero diversum. Pleias conspecta securitatem navigantibus pollicetur; occidens vero contrarium ..... aliquando quidem ad matutinas, aliquando vero ad vespertinas partes axem flectens, noctem et lucem significat. Terra vero fructibus benigniter fovens mortales, laudat Dominum. Mare prosperitate profectionum, et lignis permeabile, piscesque nobis proferens et conservans, Dominum laudat. Animalia autem bruta, et homines: nos quidem cum ratione laudes offerimus, illa autem portantia laudantes et vota facientes, ordinate ab illis gubernata et in timore cohibita, Dominum prædicant; nihil enim minus quam pro nobis ipsis, etiam pro jumentis orare consuevimus.

INTERROGATIO CV.

Si in firmamento fixa sunt astra et luminaria, consistit autem immobile, ut dicitur, cœlum, quomodo currit per ipsum sol et luna, non secantes ipsius substantiam? quomodo item in glacie figi potest ignis, ita ut non solvatur?

Responsio.

Non sunt fixa, sed sub firmamento aptata, et feruntur quidem in æthere levitate naturæ, currunt vero sub firmamento: illius quidem refrigeratione secundum proportionem ad inferiora compulsa, verum aeris subjecta crassitudine sublata. Omnibus enim creatis levior est ignis natura, ideoque angeli etiam hanc sortiti sunt. *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos, ignis flammam* [79], inquit in melodiis Davides. In Epistolis autem Paulus: *Aera superant luminaria levitate ignis.* Penitus autem ad firmamentum appellere, aut ejus aliquam partem inflammare non possunt, propter aspirans desuper frigus cœlestium aquarum.

INTERROGATIO CVI.

At quomodo ventorum violentia in astra non impingunt, aut impediuntur cursu?

Responsio.

Spirant inferne flatus, et sub sole feruntur nubes, ut in alto meridie videre licet, quomodo nu-

[78] Dan. III, 57 seqq. [79] Psal. CIII, 4.

ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Εὐλογεῖτε, ἄγγελοι, οὐρανοί, γῆ, ἥλιος, σελήνη, ἄστρα, δρόσοι, νιφετοί, πάγοι, χιόνες, φῶς, σκότος, νύκτες, ἡμέραι, καὶ ὄρη καὶ βουνοί, θάλασσαι καὶ ποταμοί, καὶ πάντα ἃ καθ' ἑξῆς ἔμψυχα παριστῶσιν;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐ πάντα ἔμψυχα δείκνυσιν ὁ τῶν θεσπεσίων ὕμνος, πλὴν ἀνθρώπων, θηρίων καὶ τῶν κητῶν, καὶ τῶν λοιπῶν χερσαίων τε καὶ ἐνύδρων. Ἄγγελοι γὰρ εὐλογοῦσιν, ὡς λογικὰ πνεύματα καὶ λειτουργικά· οὐρανοὶ δὲ οὐ λόγῳ καὶ φωνῇ, ἀλλὰ τῇ χορηγίᾳ τῶν ὄμβρων καὶ τῇ ἑδραίᾳ στάσει, ἥλιος δὲ καὶ σελήνη τῇ ἀνατολῇ καὶ ἀντιπαραδόσει τοῦ δρόμου, καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἀκτίνων. Ἄρα δὲ τῇ εὐτάκτῳ χορείᾳ φωσφόρος μὲν ἀνίσχων τὴν ἡμέραν εὐαγγελίζεται, ἕσπερος δὲ τοὐναντίον. Πλειὰς ὁρωμένη, τὸ ἀκίνδυνον τοῖς ναυτίλοις ἐπαγγέλλεται· δύνουσα δὲ, τοὐναντίον. Ἡ ἀπήνοια (39), ποτὲ μὲν ἐπὶ τὰ ἑσπέρια τὸν ἄξονα τρέπουσα, νυκτὸς καὶ ἐπιφαύσεως ὑπάρχει σημαντική· γῆ δὲ, τοῖς ἐκφορίοις δεξιουμένη βροτοὺς, ὑμνεῖ τὸν Κύριον. Θάλαττα καλωδίοις καὶ ξύλοις πεζευομένη, καὶ ἰχθὺν ἡμῖν ἀποκύουσα καὶ φοροῦσα, ὑμνεῖ τὸν Κύριον· τὰ δὲ ἄλογα ζῶα καὶ ἄνθρωποι, οἱ μὲν διὰ τοῦ λόγου τοὺς ὕμνους ἀναφέρομεν, τὰ δὲ τοὺς ὑμνοῦντας φέροντα εὐξομένους, εὐτάκτως ἡνιοχούμενα, καὶ φόβῳ χαλινούμενα, ὑμνεῖ τὸν Κύριον. Οὐδὲν γὰρ ἧττον, ὡς ὑπὲρ ἑαυτῶν, κτημάτων εὐχόμεθα.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΕʹ.

Εἰ ἐν τῷ στερεώματι πεπήγασι τὰ ἄστρα καὶ οἱ φωστῆρες, ἵσταται δὲ ἀκίνητος, ὡς λέγεις, ὁ οὐρανός· πῶς τρέχει δι' αὐτοῦ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, μὴ τέμνοντες αὐτοῦ τὴν οὐσίαν; πῶς δὲ καὶ δυνατὸν ἐμπαγῆναι πῦρ, ἐκείνου μὴ λυομένου;

Ἀπόκρισις.

Οὐ πεπήγασιν, ἀλλ' ὑπήρτηνται τοῦ στερεώματος· ἐποχούμενοι μὲν τῷ αἰθέρι κουφότητι φύσεως, ὑποθέοντες δὲ τοῦ στερεώματος· τῇ μὲν ἐκείνου καταψύξει ἀναλόγως πρὸς τὸ κάτω συνωθούμενοι, τῇ δὲ ὑποκειμένῃ τοῦ ἀέρος παχύτητι ἀνεχόμενοι. Πάντων γὰρ κτιστῶν κουφοτέρα ἡ τοῦ πυρὸς ὑπάρχει φύσις· διὸ καὶ ἄγγελοι ταύτης ἔλεγχον (40). *Ὁ ποιῶν γὰρ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα*, φησὶν ἐν μελῳδίαις ὁ Δαβίδ· ἐν Ἐπιστολαῖς δὲ ὁ Παῦλος· *Τὸν ἀέρα οὖν ὑπερίπτανται οἱ φωστῆρες κουφότητι φύσεως* (41). Προσβαλεῖν δὲ τῷ στερεώματι, ἢ παραχωνεῦσαι αὐτοῦ τι, οὐχ οἷοί τε καθεστήκασιν τῇ ὑπερπνεούσῃ ψυχρότητι τῶν οὐρανίων ὑδάτων.

ΠΕΥΣΙΣ ΡϚʹ.

Καὶ πῶς τῇ τῶν ἀνέμων βίᾳ τοῖς ἄστροις οὐ προσκρούονται, ἢ τὸν δρόμον οὐ κωλύονται;

Ἀπόκρισις.

Ὑποπνευματεῖ τὰ πνεύματα, καὶ αἱ νεφέλαι ὑποφέρονται τοῦ ἡλίου, ὡς ἔστιν ἀθρῆσαι ἐν σταθηρᾷ

(39) Ἀπήνοια. Leg. ἀπήνη, *currus:* constellatio.
(40) Ἔλεγχον. Forte ἔλαχον. EDIT.

(41) *Τὸν ἀέρα... φύσεως.* Hæc verba in Epistolis Paulinis nuspiam exstant.

μεσημβρίᾳ, νεφῶν κινουμένων ὑποσκιάζεσθαι τὸν ἥλιον ὑπεριπτάμενον· ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βία πρόσγειος τυγχάνουσα, εἰκότως ἐκμοχλεύει τὴν ἄβυσσον, καὶ πάσσει τὸν ἀέρα κόνει. Πῶς δὲ ἡ τῶν πνευμάτων βία ἕνα οἰκίσκον, ἢ λίθον κινῆσαι οὐχ οἵα τε ὑπάρχουσα, κινήσει ποτὲ, ἢ μεθιδρύσει τὸν πάσης πόλεως μεγέθει ὑπερέχοντα ἥλιον, ἢ τοῖς ἄστροις προσαῤῥάξειεν;

ΠΕΥΣΙΣ ΡΖ'.

Εἰ μηδὲν πρὸς τὴν ἀναγέννησιν συντελοῦσιν οἱ ἀστέρες, οὐδὲ ἔστιν ἐκεῖθεν τὰ ἡμέτερα στοχάσασθαι, πῶς τῇ γεννήσει τοῦ Χριστοῦ ἀστὴρ ἐπανέτειλεν, ὁδηγὸς τοῖς Μάγοις γενόμενος; πῶς δ' ἐκεῖνοι βασιλικὸν ἐπιγνόντες τὸν ἀστέρα, πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ἐκινήθησαν, προσκυνῆσαι τὸ παιδίον ὑπὸ τοῦ ἀστέρος ἐπειγόμενοι;

Ἀπόκρισις.

Σαμαριτῶν καὶ Σαδδουκαίων ἀγγέλους μὴ δεχομένων, εἰκότως ἀστέρα τὸν ἄγγελον ὁ θεῖος εὐαγγελιστής φησιν. Ἄλλως τε δὲ καὶ τὸ σέβας τῶν ἄστρων, εἰς Χριστὸν ἐπισπώμενος, τῆς πολυθέου πλάνης ἀπάγων βροτοὺς, ὡς ἀστέρα τὸν ἄγγελον ὁδηγὸν τῆς προσκυνήσεως τίθησιν. Οὐ γὰρ ἑτέρως οἱ Μάγοι εἰς προσκύνησιν συνηγέρθησαν, ἢ ἐν φαντασίᾳ τοῦ σφῶν σεβάσματος. Ἀτονωτέρας δὲ καὶ ἀνισχύρου τῆς μαγείας γινομένης, τῇ θεανδρικῇ γεννήσει τοῦ θεμελιώσαντος τοὺς ἀστέρας, καὶ τάξιν αὐτοῖς ὁρίσαντος, αἰσθόμενοι οἱ ἐκεῖνοι πλανώμενοι Χαλδαῖοι, καὶ ἀνασφαλίσαντες ποτνιᾶσθαι λυτῆρι τῆς πλάνης, αὐτομολοῦσιν, εὐαγγελισταὶ καὶ πρῶτοι κήρυκες ἐθνῶν τῆς θεανδρικῆς ἐπιφοιτήσεως. Ἀναστάντες οὖν, τῆς προφητείας τοῦ ὑψηλοῦ Ἡσαΐου ἐπαΐοντες, βοῶντος· *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, Θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, Ἐξουσιαστής, Ἄρχων εἰρήνης, Πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος.* Τὰ δὲ πρὸ πεντακοσίων ἐτῶν ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου προφανθέντα, καὶ μὴ ἀκούσαντες ἔργῳ παρέδωκαν, τοὺς νόμῳ καὶ προφήταις σχολάζοντας ἀνοήτους Ἰουδαίους, τῇ πίστει προβαίνοντες. Ὅτι δὲ οὐκ ἀστὴρ, ἀλλὰ νοερά τις καὶ λογικὴ ὑπῆρχε δύναμις ὁ τῶν Μάγων καθηγητὴς, ἐξ αὐτῆς παιδευόμεθα τῆς ἐκείνου κινήσεώς τε καὶ στάσεως. Τῶν γὰρ ἀστέρων οἱ μὲν ἀεικίνητοι, οὐκ ἠρεμοῦσι τῆς κινήσεως· οἱ δὲ ἱστάμενοι οὐ κινοῦνται. Οὗτος δὲ ἀμφιδέξιος φαίνεται, κινούμενος καὶ ἱστάμενος, καὶ ἀποκρυπτόμενος τοὺς ὁδηγουμένους· ὅπως πυθομένων αὐτῶν, *Ποῦ ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;* ταραχθῇ ὁ Ἡρώδης, καὶ πᾶσα Ἱεροσόλυμα, καὶ διαβοηθῇ ὁ θεῖος τόκος καὶ θρυλλούμενος ὑπὸ τῶν Μάγων, τοῦ καθηγεμόνος αὐτοῖς ἀποκρυβέντος. Πάλιν δὲ ἀναφανεὶς, ἐλθὼν ἔστη ἐπὶ τοῦ ἄντρου, οὗ ἦν τὸ παιδίον, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ματθαῖος. Εἰ γὰρ μὴ ἐκ διαλειμμάτων ἐφάνη, οὐκ ἂν ἐσείσθη Ἱεροσόλυμα τῇ πεύσει τῶν Μάγων, οὐκ ἂν ἐθυμώθη Ἡρώδης περὶ βασιλέως ἀκούων· ἢ (42) νοερά τις καὶ λογικὴ δύναμις ὁ ἀστὴρ

bibus agitatis supervolans inumbretur sol. Flatus autem violentia terræ contermina cum sit, merito commovet abyssum, et in aera spargit pulverem. Quomodo vero flatuum vis exiguam aliquam domum aut lapidem movere cum non possit, movebit aliquando vel transferet solem quavis civitate majorem, aut ad astra collidet?

INTERROGATIO CVII.

Si nihil ad hominum nativitatem conferunt stellæ, neque possunt inde indagari quæ nobis accidunt, quomodo in nativitate Christi exorta est, quæ Magis dux viæ fieret? At quomodo illi regalem agnoscentes stellam, ad iter suscipiendum moti sunt, ad adorandum puerum per stellam deducti?

Responsio.

Quia Samaritani et Sadducæi angelos non recipiebant, merito stellam angelum divus evangelista vocat. Sed et cultum astris impensum ad Christum trahens, a multorum deorum errore mortales reducendo, velut stellam ponit angelum, viæ adorationis ducem. Non enim alia re Magi ad adorationem excitati sunt, quam opinione sui cultus. Cum autem remissior et infirmior magis facta fuisset per deificati hominis nativitatem, qui stellas fundaverat, et ordinem ipsis præscripserat, re intellecta errantes illi Chaldæi, confirmato ad supplicandum animo expiato errore, sua eunt sponte, tanquam evangelistæ et primi præcones gentium de divini hominis adventu. Surgentes igitur prophetia eximii Isaiæ audita, clamant: *Puer natus est nobis, et filius datus est nobis, et vocabitur nomen ejus, Admirabilis consiliarius, Magni consilii nuntius, Deus fortis, Dominator, Princeps pacis, Pater futuri sæculi* [80]. Hoc autem cum ante quingentos annos ab illo viro sancto prædictum fuisset, licet illi non audivissent, tamen re ipsa demonstrarunt, legi et prophetis vacantes, Judæos intelligentiæ expertes esse, atque ita in fide pergunt. Quod vero non stella, sed intellectilis quædam et rationalis potestas fuerit ille Magorum dux, ex ipsa discimus tum motione tum institutione. Nam stellarum illæ quidem quæ semper sunt mobiles nunquam a motu quiescunt; quæ vero fixæ sunt, non moventur. Hæc autem utrumque recipere videtur, nimirum quæ et mobilis esset et fixa, atque etiam ab iis qui ducebantur, sese subduceret: ita ut interrogantibus ipsis: *Ubi est natus ille rex Judæorum* [81]? turbatus sit rex Herodes et tota Hierosolyma, et divulgatus divinus partus, lateque sparsus a Magis, propter ademptum viæ ducem. Rursus autem apparens, constitit supra antrum ubi infans erat, inquit eximius Matthæus; nam nisi per intermissionem apparuisset, non fuisset commota Hierosolyma interterrogatione Magorum, neque irritatus fuisset He-

[80] Isa. IX, 6. [81] Matth. II, 2.

(42) Ἢ. Forte εἰ. Edit.

rodes, de rege audiens. Nisi intellectilis aliqua et rationalis potentia illa stella fuisset, non utique ejus qui natus erat, ministram se declarasset. Nunc autem quod circa reges fieri solet, vocat quidem et præcedens divinus hic cursor deducit ad regem aliquos; postquam vero ad portam latioris plateæ venerint, vocatos ad limina stare jubet, usque dum adventum ipsorum regi significaverit, sicque deinceps ad ipsos reversus, ad tectum aureum et ad regem intus sedentem deducit. Ita hic stella quidem conspicitur, angelus autem esse intelligitur, et gentium dux. Quænam cæteroqui vobis videtur esse maxima stella? Num sol? Omnino dices maximum esse sidus solem. Quis igitur cum est in medio cœlo constitutus, dicere queat, quamnam urbium aut vicorum præcise ostendat, aut quamnam domum quasi digito designet? Compara igitur stellam cum sole, velut muscam vinariam ad elephantem, et astrum divinum ad omnium maximam civitatem, veluti cum camelo culicem. Si igitur non scimus quam maximarum urbium designet superne imminens ille luminarium rex, quomodo stellam exiguam ostendere speluncam dicam, si non angelus fuit, propinquum terræ in sublimi iter faciens, et Dominum indicans? Facessant igitur hinc cum sua dementia, qui stellam una cum uniuscujusque nostrum nativitate oriri putant, fabulosi nugatores, cum eodem moriente stellam quoque deficere delirantes. Cum enim duo tantum homines essent in mundo, Adamus inquam et Eva, plenum erat astris cœlum. Rursusque sublatis per aquas tempore gigantum omnibus animatis naturis, præter eos octo qui cum divino Noa servati sunt, non simul ablata sunt astra cum illis qui aqua deleti sunt, neque vel paululum a suo recesserunt ordine.

ἐγνωρίσθη, οὐκ ἂν οἰκέτης τοῦ γεννηθέντος ἐδείχθη. Νῦν δὲ, ὅπερ ἐπὶ τῶν βασιλέων δρᾶσθαι πέφυκε, φωνεῖ μὲν καὶ προηγεῖται ὁ θεῖος κοῦρσορ ἐπὶ τὸν βασιλέα τινάς· ἐπεὶ δ' ἂν ἐπὶ τῆς πύλης τῶν πλατῶν πλατειῶν (43) γένωνται, ἀφίησι τοὺς κληθέντας ἐπὶ τῶν προαυλίων ἑστάναι, μέχρις ἂν μηνύσῃ τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτῶν παρουσίαν· εἶθ' οὕτως πάλιν αὐτοῖς ἀναφανεὶς, ἐπὶ τὸν χρυσόροφον καὶ τὸν βασιλέα καθεζόμενον προηγεῖται, ἀστὴρ μὲν φαινόμενος, ἄγγελος δὲ νοούμενος ἐθνῶν ὁδηγός. Ἄλλως δὲ, τίς ὑμῖν δοκεῖ μείζων ὑπάρχειν ὁ ἀστὴρ, ἢ ὁ ἥλιος; Ἐρεῖς δὲ πάντως· Ὁ ἥλιος. Τίς οὖν, μεσουρανοῦντος αὐτοῦ, εἰπεῖν οἷός τε ὑπάρχει ποίαν τῶν πόλεων ἢ κωμῶν δι' ἀκριβείας καταμηνύει, ἢ τίνα οἶκον ὥσπερ δακτύλῳ σημαίνει; Σύγκρινον τοίνυν ἀστέρα πρὸς ἥλιον, ὡς ἐμπίδα (44) πρὸς ἐλέφαντα, καὶ τὸ θεῖον ἄστρον πρὸς τὴν πασῶν μείζονα πόλιν, ὡς πρὸς κάμηλον κώνωπα. Εἰ οὖν οὐ γινώσκομεν ποίαν τῶν μεγίστων πόλεων καταμηνύει ὑπερεστὼς ὁ τῶν φωστήρων ἄναξ, πῶς τὸν ἀμυδρὸν ἀστέρα καταμηνύειν τὸ σπήλαιον φήσωμεν, εἰ μὴ ἄγγελος ὑπῆρχεν πρόσγειον τὴν ἀκροπορίαν ποιούμενος, καὶ μηνύων τὴν δεσποτείαν; Παυσάσθωσαν τῆς παροινίας οἱ ἀστέρα ἐπανατέλλειν τῇ ἑκάστου ἡμῶν γενέσει οἰόμενοι, μυθολέσχαι τινὲς ὑπάρχοντες, καὶ συνεκλείπειν τῷ θνήσκοντι τὸν ἀστέρα ληροῦντες. Δύο γὰρ ἀνθρώπων ὄντων ἐν κόσμῳ, τοῦ Ἀδάμ φημι καὶ τῆς Εὔας, ὁ οὐρανὸς ἄστρων ἐπεπλήρωτο. Ὕδατι δὲ πάλιν ἀφανισθείσης ἐπὶ τῶν γιγάντων πάσης ἐμψύχου φύσεως, πλὴν ὀγδόου τοῦ θεσπεσίου Νῶε περισωθέντος, οὐ συναπήχθη τὰ ἄστρα τοῖς ἐκτριβεῖσι τῷ ὕδατι, οὐδὲ βραχὺ τῆς οἰκείας παρεκινήθη τάξεως.

INTERROGATIO CVIII.

Quomodo vero Scriptura astrologum dicit Abrahamum? aut quomodo et alios invenimus plurimos, qui ex astris multa quæ fiunt apud nos prædicunt, veluti quod hic infans adultus, in homicidam evasurus sit, aut adulterum; ille vero in sobrium et modestiorem et fortunatum, beneficio sideris?

ΠΕΥΣΙΣ ΡΗ'.

Καὶ πῶς ἡ Γραφὴ ἀστρολόγον τὸν Ἀβραὰμ λέγει; πῶς δὲ καὶ ἑτέρους πλείστους εὑρίσκομεν, ἀπὸ ἄστρων πολλὰ τῶν καθ' ἡμᾶς λέγοντας, ὅτι φονικὸν ἀποβήσεται τὸ παιδίον αὐξανόμενον, ἢ μοιχόν· τὸ δὲ ἕτερον, νηφάλιον, καὶ σωφρονέστερον, καὶ εὐτυχὲς, διὰ τὸ ἄστρον;

Responsio.

Patriarcham quidem Abrahamum historia astronomum vocans, nusquam ponit ipsum pro diis habuisse vel coluisse stellas. Verum ad agriculturam, et imbres, et siccitates tempestatesque ipse observasse patriarcha creditur, ut qui patre genitus esset gentili Thare, et cum Chaldæis versatus, qui multitudinem deorum credebant. Non enim juxta

Ἀπόκρισις.

Ἡ μὲν ἱστορία τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ἀστρονόμον φάσκουσα, οὐδέπω αὐτὸν θεοποιεῖν ἢ σέβειν τοὺς ἀστέρας παρίστησιν, ἀλλὰ πρὸς γεωργίας καὶ ἐπομβρίας αὐχμούς τε καὶ χειμῶνας προσέχειν αὐτοῖς ὁ πατριάρχης πιστεύεται· καὶ ταῦτα πατρὸς ὑπάρχων Ἕλληνος τοῦ Θάῤῥα, καὶ Χαλδαίοις συνδιάγων πολυθεΐαν πυρέττουσιν. Οὐ γὰρ κατὰ ἀστρονομίαν,

(43) *Πλατῶν πλατειῶν.* Forte πλατῶν παλατίων, vel πλατέων παλ. EDIT.

(44) *Ἐμπίδα.* Priores editiones ἔμπεδα· quæ quidem vox nihil huc facit: est enim ἔμπεδα, Hesychio auctore, ἐπιτηδῆ, ἀληθῆ, βέβαια, ἰσχυρὰ, ἀμετάλλακτα, ἀσφαλῆ. Hinc Leunclavius hiatum in sua versione relinquens, locum sic effert: *Compara igitur stellam cum sole, velut ... ad elephantem.* Mendum itaque sustulit Croius *Observ. in Nov. Test.* cap. XXVIII, rescribens ἐμπίδα. Hesychio autem ἐμπίς dicitur κώνωψ, ἢ εἶδος ζώου, παρὰ τοῖς ὕδασι γενόμενον [*f.* γεννώμ.] ὅμοιον κώνωπι, μεῖζον δέ. Croii restitutio probatur Cotelerio in not. ad cap. 19 *epist. S. Ignatii M. ad Magnesianos*, versionemque Leunclavianam ita supplet, prout edidimus: *Compara igitur stellam cum sole, velut muscam vinariam ad elephantem.* Neque aliter Grabius, *Spic. SS. Patr.* tom. I, pag. 357, licet Croii et Cotelerii haud meminerit.

ἀλλὰ θεοσέβειαν πρῶτον ἑαυτῷ, εἶθ' οὕτως Ἰσαὰκ τῷ παιδὶ, τὸ σιδήριον τῆς περιτομῆς τεθηγμένον ἐπήγαγεν. Οὐδὲ κατὰ ἀστρονομίαν, ἀλλὰ θεηγορίαν, ἐκ τῆς ἀγόνου καὶ παρήλικος συμβίου τὴν ἐκείνου γέννησιν ἐπιστώσατο· περὶ ἧς ἐκ νέας καὶ ἤδη σφριγώσης τῆς ἡλικίας, μέχρις αὐτῆς πολιᾶς καὶ βαθυτάτου γήρους, ἀλλήλοις συγκαθεύδοντες, οὐδέπω ἀστρονομίαις ἐπείθοντο. Οὐδ' αὖ πάλιν τοῦ ἀστροτέκτονος τὸν παῖδα πειραστικῶς αὐτὸν θύειν προστάξαντος, οὐδ' ἄστροις ἑπόμενος, ἀλλὰ Θεῷ πειθόμενος, τὴν Χαλδαίαν τῇ Μεσοποταμίᾳ Συρίας ἀμείβεται. Ἀξιῶ δέ σου τὴν ἀγχίνοιαν, ἀξιέραστε Κωνστάντιε, τῆς παρούσης θείας ὁμηγύρεως πρὸς τὴν ἀκρόασιν βραχὺ σιωπώσης, τὴν κατὰ σὲ ἀστρονομικὴν ἡμῶν γένεσιν διηγήσασθαί μοι, καὶ ἥτις αὐτῶν ὑπάρχει κρίσις καὶ συμπλοκή· οὕτω τῇ θείᾳ ῥώμῃ τε καὶ σοφίᾳ καθαιρουμένων τῶν παρὰ σοῦ δονουμένων δογμάτων, πάλιν διὰ νήψεως καὶ παιδείας κρειττόνων ὑπὸ σοῦ ἀνεγειρομένων, ὡς καὶ τοῦ ὑψηλοῦ Ἀποστόλου, καθαιρεθέντων μὲν τῶν νομικῶν, ἀνυψωθέντων δὲ τῶν εὐαγγελικῶν, τῆς δὲ κακίας καταῤῥαγείσης καὶ κτιζομένης ἐπὶ τὸ κρεῖττον, καὶ εἰρήνης σοι πρὸς τὰ ἐμὰ γινομένης δόγματα, καὶ τῶν συνεγερθέντων ἐπὶ τὴν ἀκοὴν τοῦ λόγου ἀλωβήτως ἀποφοιτώντων, μηδὲν τῆς Ἑλληνικῆς ἐπαγομένων κακίας· ἐπάγει μὲν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· *Αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς δεξιᾶς τοῦ Ὑψίστου·* ἐπιβοήσει δὲ καὶ ὁ τῶν προφητῶν ὑψηλὸς Ἠσαΐας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· *Ἐγὼ ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακὰ ἐπὶ τὸ κρεῖττον.*

ΠΕΥΣΙΣ ΡΘ'.

Τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης λέγειν μοι ἐπιτρεπούσης, ἐντεῦθεν τοῦ λόγου ἄρχομαι, οὐ λυμήνασθαι τοὺς παρόντας, ἀλλ' ἀποθέσθαι τὴν λύμην βουλόμενος. Αὐτίκα γοῦν Ἄρης (45) κέντρον λαβὼν, οἰκείῳ οἴκῳ ἐκ τετραγώνου ἐπιθεωρῶν Κρόνον σὺν Ἑρμῇ ἐπὶ κέντρον, Σελήνης ἐπ' αὐτὸν πλήρους ἀρχομένης (46), ἐπὶ ἡμερινῆς γεννήσεως, ἐκτελεῖ ἀνδροφόνους καὶ κτεινομένους, ἐπωμώτας (47) καὶ αἱμοπότας, μεθύσους, λάγνους, δαιμονῶντας, μυστηρίων ἀποκρύφων ἵστορας, μάγους θύτας, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, ἐξαιρέτως μηδενὸς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων ἐπιθεωροῦντος. Αὐτὸς δὲ πάλιν Ἄρης πρὸς Ἀφροδίτην σχῆμα τετράγωνον, μοιρικῶς ἐπὶ κέντρον μὴ ἐπιθεωροῦντός τινος ἀγαθοποιοῦ, μοιχοὺς ἀποτελεῖ, ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μιγνυμένους. Κύπρις σὺν Μήνῃ ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου, σὺν Κρόνῳ, ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεος, ἀποτελεῖ γυναῖκας γεωργοὺς καὶ οἰκοδόμους, καὶ πάντων ἀνδρείων ἔργων ἐπιστήμονας, καὶ κοινοῦσθαι καὶ συγκαθεύδειν οἷς δ' ἂν βούλοιντο, καὶ μὴ κωλύεσθαι ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνδρῶν. Ἀνδρείους οὖν

leges siderum, sed juxta pietatem in Deum primum sibimet ipsi, et deinceps Isaaco filio circumcisionis acutum cultrum adhibuit. Neque secundum astronomiam, sed divinam promissionem ex sterili et decrepita consorte sobolem se procreaturum credidit, cum qua ab adolescentia et florenti ætate usque ad ipsam canitiem et extremam senectutem versatus erat. Nunquam certe astronomiæ paruit, ne tunc quidem, cum astrorum opifex per tentationem filium immolare præcepisset. Neque astra sequens, sed Deo obediens, Chaldæam cum Mesopotamia Syriæ permutat. Obsecro autem acumen illud tuum, præclarissime Constanti, ut in præsenti sacro cœtu paululum auscultandi gratia tacente, astronomicam genesim nostram quam tu statuis, explices mihi, quænam siderum sit tam mistio quam conjunctio, donec divina virtute ac sapientia subversis, quæ a te agitantur, dogmatis, rursus per sobrietatem et doctrinam melioribus in te excitatis, quemadmodum et ab excelso Apostolo dicitur, demolitis legalibus, et vicissim exaltatis Evangelicis, nequitia fracta, et in melius restituta, paceque cum meis dogmatis reconciliata, et illis qui una ad audiendum hunc sermonem excitati sunt, illæsis abeuntibus, nec improbitatis gentilitiæ quidquam secum asportantibus: Davides quidem auctor ille divinorum carminum subjiciat: *Hæc est mutatio dexteræ Altissimi* [82]; eximius autem vates Isaias acclamet in persona Dei: *Ego sum Deus, ille qui facit pacem et mala in melius revocat* [83].

INTERROGATIO CIX.

Facta mihi dicendi potestate a sanctitate vestra, orationem auspicabor, non ut corrumpam præsentes, sed uti rem perniciosam abjecturus. Quando igitur Mars centrum tenens in domo sua, quadrato aspectu cum Mercurio centrum lunæ quæ plena esse incipit, in generatione diurna intuetur, efficit homicidas et interfectores, juramentorum usurpatores et potores sanguinis, ebrios, effeminatos, dæmoniacas notitias absconditorum mysteriorum scrutantes, magos sacrificos et quæ sunt istis similia: si præsertim nullius alterius beneficæ stellæ aspectus sit. Rursus idem Mars intuens Venerem aspectu quadrato, si non sit aspectus alicujus stellæ beneficæ in centro, adulteros efficit, rem cum sororibus et matribus habentes. Venus cum luna in finibus et domibus Saturni, accedente Saturno, approbante Marte, efficit mulieres agrorum cultrices et architecturæ omniumque virilium operum gnaras, consuetudinem habentes et concumbentes cum quibus voluerint, nihil impedientibus in hoc eas maritis.

[82] Psal. LXXVI, 11. [83] Isa. XLV, 7.

(45) *Αὐτίκα γοῦν Ἄρης*. Quæ hac in *Interrog.* 109 et sequente 110 habet Cæsarius, excerpsit seu potius descripsit ex *Recognitionum Clementinarum* lib. IX, cap. 17 seqq. seu ex Bardesanis dialogo *De fato*, cujus insigne fragmentum nobis servavit Eusebius *Præp. Evang.* lib. VI, cap. 10.

(46) *Ἀρχομένης*. Legit Cotelerius ἐρχομένης, locumque integrum sic reddit: *Cum igitur Mars centrum tenens, in domo sua ex tetragono respexit Saturnum, luna veniente super eum plena, in genesi diurna*, etc.

(47) *Ἐπωμώτας*. Vel ἐπωμότας, verti etiam posset *perjuros*. COTEL.

Viriles autem efficit mulieres in Capricorno, in Aquario, sed in re venerea infelices. In viris autem efficitur contrarium, si cum Marte sit in Ariete. Quo fit, ut nequeant vel metu, vel alicujus minis, vel arte continere libidines, propter inclinationem astrorum.

Responsio.

Admodum scite gentilitii erroris enuntiasti fabulas. Vicissim igitur et ego audacter aggrediar ea quæ a te dicta sunt, et fundæ vel arcus vice sermone utens refellere conabor, ne ad Martem et Venerem, nostras stellas, cædium causas referas. Prius autem obsecro, ut discere velis, posse hominem, si quidem velit, libidines et actiones vel castigare vel penitus excutere. Atque equidem excutere soleo per conscientiæ flagella et per memoriam inevitabilis judicii, quod vitia prohibet. Sed et principum leges, ante tentata tormenta, et angustias, atque catapultarum supplicia, solo auditu rerum terribilium quæ sunt in compensatione delictorum, modestum reddere possunt hominem intemperantem, et obtundere lascivientem vigorem juventutis in qualibet regione, sive scriptæ sint, sive non scriptæ, tam apud nos quam gentes. Nam apud aliquos lex scripta, apud alios vero consuetudo valet. Legibus enim qui destituti sunt, patrios mores pro legibus ducunt. Quorum primi Seres sunt, qui terræ extrema habitantes, pro lege habent patriam consuetudinem, ne quis scortetur, neve prædetur, ne quis adulterium committat, ne statuas adoret, ne dæmones veneretur, ne prorsus apud ipsos imago sit, aut scortum, aut adultera, aut prædo, aut homicida, aut fur. Et tamen nullius horum liberam potestatem coegit illa, de qua tu dicis, lucens igne Martis stella : neque vi compulit quemquam ipsorum interficere gladio proximum, aut lapide percutere. Non Venus cum Marte persuasit ipsi ut furiose ruat in uxorem vicini : si vel toto die medium cœli Mars obtineat. Nihilominus prævalet apud Seres astrorum necessitati lex patria. Lex autem et Bactrianis est sive Bragmanis, a majoribus accepta disciplina : Ne quid mactent, neque inanima gustent, ne vino simpliciter, aut . . . . . . utantur, Deum meum reverentes, licet sint vicini ipsis Indi cædibus polluti et vino dediti, qui porcorum silvestrium aut suum instar cum insania feminas deperire solent, et affectibus indulgere. In Hesperiis autem regionibus ultra Indos, habitant quidem qui hospites devorant, et advenas interficientes comedunt. Neque ulla stellarum beneficarum a cæde ipsos avertere potuit, usque in hodiernum diem.

ἀποτελεῖ γυναῖκας ἐν αἰγοκέρῳ, ὑδροχόῳ, κακοδαίμονας ἐν Ἀφροδίτῃ (48). Ἐπ' ἀνδρῶν δὲ τοὐναντίον σὺν Ἄρεϊ οὖσα, ἐν κριῷ. Ὅθεν οὐχ οἷόν τε φόβῳ ἢ τινος ἀπειλῇ ἢ μηχανῇ ἐπισχεῖν τὰς ἐπιθυμίας διὰ τὴν τῶν ἄστρων ἀποκλήρωσιν.

Ἀπόκρισις.

Ἐπιστημόνως πάνυ τῆς Ἑλλήνων πλάνης τοὺς μύθους ἀπήγγειλας. Αὖθις οὖν κἀγὼ θαῤῥαλέως ἀποδύσομαι πρὸς τὰ ὑπὸ σοῦ ῥηθέντα, καὶ σφενδόνῃ ἢ τοξείᾳ τῷ λόγῳ χρώμενος, καθεῖλαι πειράσομαι Ἄρεα καὶ Ἀφροδίτην τοὺς ἡμετέρους ἀστέρας, ὅπως μοι ἀστροκτονίας γένεσιν ἐπιφημίσῃς. Πρότερον δὲ ἀξιῶ παιδευθῆναί σε, οἷόν τε ὑπάρχειν, τὸν βουλόμενον τὰς ἐπιθυμίας καὶ ἐνεργείας ἢ κολάζειν, ἢ παντελῶς ἀποσείεσθαι. Σείω δὲ ἐν τοῦ συνειδότος αἰκιζομένου, καὶ μνήμῃ τοῦ ἀκλινοῦς κριτηρίου, τῶν κακῶν εἰργομένου. Ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀρχόντων νόμοι οἷοί τε πρὸ τῆς πείρας τῶν στρεβλωτηρίων, καὶ τηγάνων, καὶ καταπελτῶν, τῇ ἀκοῇ καὶ μόνῃ τῶν φοβερῶν τῆς κακίας ἀνταμείψεως, σωφρονίσαι τὴν ἀκόλαστον, καὶ ἀμβλῦναι τὴν σφριγῶσαν ἀκμὴν τῆς νεότητος, ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ, ἐγγράφως ἢ ἀγράφως ὑπάρχοντες παρ' ἡμῖν τε καὶ ἔθνεσιν· ἐν τοῖς μὲν τὸ γράμμα, ἐν τοῖς δὲ ἡ συνήθεια. Νόμος γὰρ ἀνόμοις τὰ πάτρια δοκεῖ· ὧν πρῶτοι Σῆρες, οἱ τὸ ἄκρον τῆς χέρσου οἰκοῦντες, νόμον ἔχοντες τὸ πατρῷον ἔθος, μὴ ἑταιρίζεσθαι, μηδὲ συλᾶν, μὴ μοιχᾶσθαι, μὴ ξοάνοις προσκυνεῖν, ἢ ποτνιᾶσθαι δαίμοσι, μηδ' ὅλως ἐν αὐτοῖς ὑπάρχειν εἴδωλον, ἢ ἑταίραν ἢ μοιχαλίδα, οὐ συλήτην, οὐ φονέα, οὐ λωποδύτην· καὶ ὅμως οὐδενὸς τὸ αὐτεξούσιον ἠνάγκασεν ὁ τοῦ κατὰ σὲ πυριλαμποῦς Ἄρεως ἀστὴρ, οὐδὲ ἐβιάσατό τινα αὐτῶν φασγάνῳ τὸν πέλας ἀναιρεῖν, ἢ λίθῳ πατάξαι· οὐκ Ἀφροδίτη σὺν Ἄρει ἔπεισεν αὐτοὺς ἐπιλυττῆσαι τῇ γυναικὶ τοῦ γείτονος· πανημέριον μεσουρανοῦντος τοῦ Ἄρεως, καὶ ὅμως ἰσχυρότερος τῆς ἀνάγκης τῶν ἄστρων παρὰ Σηρσὶν ὁ πάτριος νόμος. Νόμος δὲ καὶ παρὰ Βακτριανοῖς, ἤτοι Βραγμανοῖς (49), ἡ ἐκ προγόνων παιδεία, μὴ μεθύειν, μηδὲ ἀψύχων ἀπογεύεσθαι, οὐκ οἴνου ἁπλοῦ ἢ νόθου (50) μετέχειν, Θεὸν τὸν ἐμὸν δεδοικότας· καίτοι τῶν παρακειμένων αὐτοῖς Ἰνδῶν μιαιφονούντων, καὶ οἰνοφλυγούντων, καὶ μονιῶν ἀγρίων ἢ συῶν δίκην θηλυμανούντων, καὶ τῷ πάθει κραδαινομένων. Ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις κλίμασιν ἐνδοτέρω τῶν ἐκεῖσε Ἰνδῶν, ξενοβόροι τινὲς ὑπάρχοντες, τοὺς ἐπήλυδας ἀναιροῦντες ἐσθίουσι, καὶ οὐδεὶς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων τῆς μιαιφονίας αὐτοὺς ἀπωσθῆναι ἴσχυσε μέχρι τήμερον.

Alia Chaldæis, et Babyloniis consuetudo est, ut matres in uxores ducant, sorores violent, erga

Ἕτερος νόμος Χαλδαίοις τε καὶ Βαβυλωνίοις μητρογαμεῖν καὶ ἀδελφοφθορεῖν, καὶ ταῖς σφῶν παισὶν

(48) *Κακοδαίμονας ἐν Ἀφροδίτῃ.* Lego cum Cotelerio, κακοδαιμονοῦσα Ἀφροδίτη. *Viragines itaque efficit feminas in Capricorno, in Aquario cacodæmon Venus.* Sic sane infra ipsemet Cæsarius.

(49) *Βραγμανοῖς.* Malim cum Vigero Βραχμανοῖς. Scilicet apud Cæsarium hic τὸ χ in γ, succisa tibiæ parte, decurtatum fuerit. Nam sub hujus *Responsionis* finem legimus Βραχμᾶνας. Et in sequente Βραχμαίους.

(50) *Οἴνου ἁπλοῦ ἢ νόθου.* Vim vocis νόθου hoc loco usurpatæ Cæsario, non est assecutus interpres, adeoque versionem mutilam exhibet. Bardesanes quem auctor exscribit, hic habet, οἴνου καὶ σίκερος (σίκερα) μὴ γευόμενοι. Hinc Cæsarii verbis lux reddita ; quæ proinde sic verterem : *Ne vino mero aut factitio utantur.*

ἐπιμαίνεσθαι, καὶ μιαιφθορεῖν· εἰ καὶ πόῤῥω τῆς ἐνεγκαμένης γένωνται, καὶ τοῖς σφῶν κεχρῆσθαι νόμοις, φανερῶς καὶ λεληθότως διακελευόμενοι· ἐξ ὧν τινες αὐτῶν μέχρι καὶ νῦν ὑπάρχουσιν ἐν Μήδοις καὶ Πάρθοις καὶ Ἐλαμίταις καὶ Αἰγυπτίοις, ἐν Φρυξὶ καὶ Γαλάταις, ἔν τισι κώμαις μιαιδιοῦντες. Καὶ οὐδέπω Κύπρις σὺν Μήνῃ ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεως ἐν ταῖς πάντων αὐτῶν γενέσεσιν εὑρίσκεσθαι οἷά τε. Θάτερος δὲ παρὰ Γήλαις (51) νόμος, γυναῖκας γεωργεῖν καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ τὰ ἀνδρῶν πράττειν, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν οἷς δ' ἂν βούλωνται τῶν ἐπηλύδων, οὐκ ἐπιτιμώμεναι ὑπὸ τῶν προεχόντων ἀνδρῶν, οὐδὲ ζηλούμεναι. Οὐ μυρίζονται δὲ, οὐδὲ φυκίοις τὴν ὄψιν νοθεύονται, σφῶν παρειὰς ἐπιχρωννῦσαι, καθὼς αἱ παρ' ἡμῖν ἀλλότριαι ὑποδύνουσαι προσωπεῖον. Οἱ δὲ ἄνδρες στιβάζονται ἐσθῆτι μαλακῇ, καὶ ἀνθοβάφῳ περιβολῇ. Ὑπάρχουσι δ' ἐν αὐταῖς καὶ πολεμικώταται, καὶ θηροῦσαι τὰ μὴ λίαν ἰσχυρὰ τῶν θηρίων. Πῶς οὖν πᾶσαι αἱ Γήλων γυναῖκες, οὐκ ἔλαχον αἰγοκέρῳ ἢ ὑδροχόῳ, κακοδαιμονοῦσι (52) τῇ Κύπριδι; οὔτ' αὖ πάλιν οἱ ἄνδρες αὐτῶν ἔλαχον ἐν κριῷ σὺν Ἄρει τὴν Ἀφροδίτην, ἔνθα τοὺς ἀνδρείους καὶ σπατάλους φασὶν οἱ τῇ γνώμῃ Χαλδαῖοι; Ἐν δὲ Σούσοις τῆς Βαβυλῶνος αἱ γυναῖκες παντὶ μύρῳ διαφέροντι καὶ κόσμῳ χρῶνται, ὑπηρετούμεναι, καὶ φαιδρῶς προϊοῦσαι σὺν βλοσυρίᾳ καὶ διαχύσει πολλῇ· πᾶσι δὲ Ἕλλησιν ἀδεῶς τε καὶ ἀναιδῶς συγκαθεύδουσιν, ἄρχουσαι μᾶλλον τῶν οἰκείων ἀνδρῶν· καὶ οὐ πάντως ἐν πάσῃ γενέσει τῶν Σουσίδων γυναικῶν μεσουρανεῖ μετὰ Διὸς καὶ Ἄρεως ἐν Διὸς ὅροις ἡ Ἀφροδίτη. Ἐν δὲ τῇ ἑῴᾳ οἱ ἀῤῥενοφθοροῦντες, οἱ παρὰ Χριστιανοῖς, ἐὰν γνωσθῶσιν ὑπὸ τῶν ὁμαίμων ἀφειδῶς τιμωροῦνται. Ἐν Βρεττανίᾳ πλεῖστοι ἄνδρες μιᾷ συγκαθεύδουσι γυναικί· ὡσαύτως καὶ πολλαὶ γυναῖκες ἑνὶ ἑταιρίζονται ἀνδρί.

Καὶ πᾶσι τοῖς πατρίοις τὰ ἔθνη ὥσπερ νόμῳ στοιχοῦσιν ἀδάκνως καὶ ἀπόνως. Ἀμαζόνες δὲ ἄνδρας οὐκ ἔχουσιν· ἀλλ' ὡς τὰ ἄλογα ζῶα, ἅπαξ τοῦ ἔτους περὶ τὴν ἐαρινικὴν (53) ἰσημερίαν ὑπερόριοι γίνονται, μισγόμεναι τοῖς γειτνιῶσιν ἀνδράσιν, οἷον πανήγυρίν τινα καὶ ἑορτὴν τὸν καιρὸν τῆς ἑταιρείας ἡγούμεναι. Ἐξ ὧν κατὰ γαστρὸς φέρουσαι, παλινδρομοῦσιν οἴκαδε ἅμα πᾶσαι. Τῷ δὲ καιρῷ τῆς ἀποκυήσεως, τὸν μὲν ἄῤῥενα φθείρουσι, τὸ δὲ θῆλυ ζωογονοῦσι καὶ τιθηνοῦσιν ἐπιμελῶς. Ἄτοπον δὲ πιστεῦσαι ἐπὶ μὲν τῇ τῶν ἀῤῥένων σπορᾷ Ἄρεα μετὰ Κρόνου ἐπὶ τῆς ὥρας ἰσομοίρως τυχεῖν, ἐπὶ δὲ τοῦ θήλεως οὐδέποτε. Καὶ πῶς ἐν τῷ αὐτῷ νυχθημέρῳ πάντων ἐν ταῖς ὑποδεξαμέναις καταβληθέντων, καὶ ὁμοῦ πάλιν ὡς ἐκ μιᾶς νηδύος προερχομένων, τὰ μὲν διαφθείρεται, τοῦ ἅμα (54) τοῦ βίου γεύσασθαι, καὶ ὑπὸ τῶν μιαιφόνων θανατούμενα πρὸ τοῦ σπάσαι γάλα, ἢ ῥῆξαι φωνήν· τὰ δὲ ζωογονεῖται, καὶ περιέπεται ἐν τοῖς ἀνόμοις κόλποις τὰ κακὰ ἐνσκαίροντα; Πῶς

(51) *Παρὰ Γήλαις.* Bardesanes παρὰ Γέλοις, *apud Gelas.*
(52) *Κακοδαιμονοῦσι.* Forte κακοδαιμονούσῃ. EDIT.

suos liberos insaniant eosque polluant. Et si procul a patria sint, suis utuntur legibus, aperte et privatim admoniti. Ex quibus aliqui etiamnum degunt inter Medos et Parthos, et Elamitas, et Ægyptios, inter Phryges et Galatas, in quibusdam pagis impie viventes, etiamsi nunquam Venus cum Luna in finibus et mansionibus Saturni, adjuvante Marte, in omnium ipsorum nativitatibus inveniri queat. Alia item apud Gelas lex, ut mulieres agros quidem colant et ædificent et opera virilia faciant, sed consuetudinem habeant cum quibuscunque velint peregrinis, nulla increpatione virorum qui ipsis præsunt, neque æmulatione impeditæ. Non unguntur autem odoramentis, neque fuco in facie inficiuntur, ut genas pingant, quemadmodum apud nos uxores alienæ quæ faciei medicamenta quædam adhibent. Viri vero induuntur ad pedes demissa veste molli, et tincto amictu. Sunt autem inter ipsas etiam bellicosissimæ, et venantur feras, quibus vix aliæ sunt fortiores. Quomodo igitur non omnes Gelarum mulieres sortitæ sunt Capricornum, aut Aquarium, infausto loco posita Venere? Aut vice versa cur non ipsorum viri sortiti sunt in Ariete cum Marte Venerem, ubi viriles et molles aiunt esse, qui cum Chaldæis sentiunt? Babyloniis autem Susis mulieres omnis generis unguento pretioso, et ornatu utuntur, ministris instructæ hilariter in publicum procedunt, cum immodestia vultus et hilaritate magna. Cum omnibus eædem advenis absque timore et pudore concumbunt, imperantes potius propriis viris. Neque tamen in omni nativitate Susidum mulierum, medium cœli cum Jove et Marte in finibus Jovis Venus tenet. In orientali autem plaga pædicones sunt, qui apud Christianos, si deprehendantur ab ipsis consanguineis, nullo parcente, supplicio afficiuntur. In Britannia plurimi viri cum unica concumbunt muliere. Similiter et multæ mulieres uni junguntur viro.

Utuntur denique patriis moribus gentes, veluti lege, citra morsum animi et molestiam. Amazones ne viros quidem habent, sed animalium brutorum ritu semel in anno circa vernum æquinoctium suis finibus egressæ, et cum viris qui sunt in vicinia coeuntes, quasi conventum aliquem publicum et festum tempus id coitus ducunt. Ex quibus postquam prægnantes factæ sunt, domum simul omnes remeant. Tempore vero partuum edendorum, prolem quidem masculam interimunt, femellam vero conservant et lactant accurate. Absurdum autem est credere, in conceptione quidem masculini seminis Martem cum Saturno ea hora æqualiter sortiri, in feminini autem nunquam. Quo cæteroqui pacto in eodem noctis dieive momento seminibus in alvos excipientes jactis, rursusque simul quasi ex eodem utero progredientibus, alii quidem fetus interimuntur, simul atque vitam degustarunt, ab homicidis matribus leto dati, antequam lac traxerint

(53) *Ἐαρινικήν.* Forte ἐαρινήν. ID.
(54) *Τοῦ ἅμα.* Forte τῷ ἅμα vel ἅμα τῷ. ID.

aut vocem ediderint; alii vero in vita manent, et mala legibus præscripta amplectuntur? Aut quomodo eodem tempore mulieres apud nos et concipiunt et pariunt plurimæ, gemelloque partu edito, ambos infantes conservant, nullo astro cogente ut interimant, aut solo allidant, ut eos e vita tollant, velut Amazones miseros fœtus suos necant, sed suam potius cervicem pro illorum cæde objiciant, lactentiumque infantum vitam magis quam se ipsas ament?

Quod si Mercurius, ut dicitis, cum Venere in suis mansionibus exsistens efficit fictores, pictores, nummularios; in mansionibus autem Veneris, unguentarios, cantores, mimos, poetas: qui fit ut apud Elios et Saracenos, et apud eos qui sunt in Libya superiore, apud Mauros item qui juxta littora et ripas Oceani habitant, et in ulteriore Germania, et in Sarmatia superiore, et in Scythia, et apud omnes nationes quæ a Ponto procul dissitæ sunt, inveniri non possit nummularius, aut fictor, aut pictor, non architectus, non cantor, non actor poematum, ut apud nos? Quare Mercurius et Venus id non contulerunt etiam apud ipsos nato, ut assequatur ea studiorum et morum exercitia, quæ apud eos non sunt? Medi data opera omnes adhuc spirantes ægrotos canibus escam citra commiserationem objiciunt. Atque hi Medi anne cum Luna Martem, ut vos loqui soletis, in diurna nativitate in Cancro sortiti sunt? Indi cadavera mortuorum igni in cineres redigunt, et cum eis quorumdam uxores comburunt. Atqui nequaquam omnes igni absumptæ uxores Indorum, aut adhuc viventes, sortitæ sunt tempore nocturni parentum suorum coitus, cum Marte solem, in partibus Martis noctu non lucentem. Germanorum complures strangulatione se vita spoliant; non tamen omnino major pars Germanorum, lunam et horam interceptam a Saturno et Marte habent. Verum in omni gente si interdiu homines nati fuerint, non meliores pejoresve erunt secundum astrorum conjunctionem, uti vos dicitis, sed in unaquaque regione leges quædam et patriæ consuetudines prævalent, ex quibus proprium jus, et quid nobis omnibus faciendum sit, omnes discimus. Non enim potest de vestra sententia, genesis cogere Seres ut interficiant, aut Brachmanes ad vorandum carnes siceramve potandum, aut Persas ne cum matribus matrimonia jungant, et sorores violent; aut Indos ne igni mortuos tradant; aut Medos, ne canibus objiciant morituros; aut Parthos, ne multa conjugia contrahant; aut Mesopotamios, ut sint valde temperantes; aut Græcos, ne corporibus exercendis occupati sint; aut barbaras gentes, ut cum illis quæ a Græcis prædicantur, commercium habere velint. Verum, ut dixi jam

ἐν ταυτῷ καιρῷ αἱ παρ' ἡμῖν γυναῖκες καὶ συλλαμβάνουσαι καὶ ἀποκύουσαι πλεῖσται, καὶ διτοκοῦσαι ἄμφω τὰ βρέφη περιποιοῦνται (55), μηδὲν ὑπὸ τῶν ἄστρων βιαζόμεναι διαφθείρειν, ἢ τῷ ἐδάφει προσαράττειν, καὶ τῇ γῇ προσαναλύειν, ὡς Ἀμαζόνες τὰ δείλαια· ἀλλὰ τὸν σφῶν αὐχένα τῆς ἐκείνων σφαγῆς προϋπεχούσας, ἑαυτὰς μᾶλλον ἢ τὰ ὑπότιτθα τοῦ ζῆν ἱμειρόμενα ἀποῤῥήγνυσθαι;

Εἰ δὲ καὶ Ἑρμῆς, ὥς φατε, μετὰ Ἀφροδίτης ἐν οἴκοις ἰδίοις ἐπιτελεῖ πλάστας, ζωγράφους, κερματιστάς· ἐν οἴκοις δὲ Ἀφροδίτης, μυρεψοὺς, φωνασκοὺς, ὑποκριτὰς, ποιητάς· παρὰ δὲ Ἠλείοις (56) καὶ Σαρακηνοῖς, καὶ τοῖς ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Λιβύῃ, καὶ Μαύροις κατὰ τοὺς ἠϊόνας (57) καὶ ὄχθας τοῦ Ὠκεανοῦ ποταμοῦ οἰκοῦσι, καὶ ἐν τῇ ἐξωτέρᾳ Γερμανίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Σαρματίᾳ, καὶ ἐν Σκυθίᾳ, καὶ πᾶσι ἐν τοῖς ἐξωτικοῖς μέρεσι τοῦ Πόντου ἔθνεσιν, οὐχ οἷόν τε εὑρεῖν κολλυβιστὴν, ἢ πλάστην, ἢ ζωγράφον, οὐκ ἀρχιτέκτονα, οὐ φωνασκὸν, οὐχ ὑποκριτὴν ποιημάτων, ὡς παρ' ἡμῖν· διὰ τί Ἑρμῆς καὶ Ἀφροδίτη οὐ παρέσχον, κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιτυχεῖν γεννωμένῳ τοῖς ἐκλείπουσι παρ' αὐτοῖς ἐπιτηδεύμασι; Μῆδοι δὲ πάντες μετὰ σπουδῆς ἔτι ἐμπνέοντας τοὺς κάμνοντας κυσὶ βορὰν προτιθέασιν ἀναλγήτως. Σὺν τῇ Μήνῃ, ὥς φατε, τὸν Ἄρεα ἐπὶ ἡμερινῆς γενέσεως ἐν καρκίνῳ Μῆδοι ἔλαχον; Ἰνδοὶ τοὺς νεκροὺς ἑαυτῶν τεφροποιοῦσι πυρί· μεθ' ὧν καταφλέγουσί τινων τὰς συμβίους· καὶ οὐ δήπου πᾶσαι αἱ πυριάλωτοι Ἰνδῶν γυναῖκες, ἢ αἱ ζῶσαι, ἔλαχον ὑπὸ τῆς νυκτερινῆς συνελεύσεως τῶν γονέων σὺν Ἄρει τὸν Ἥλιον, ἐν νυκτὶ μὴ φαίνοντα ἐν μοίραις Ἄρεως. Γερμανῶν δ' οἱ πλείους ἀγχόνῃ τὸ ζῆν ἀμείβονται· καὶ οὐ πάντως τὸ πλῆθος Γερμανῶν τὴν Σελήνην καὶ τὴν ὥραν μεσολαμβανομένας ὑπὸ Κρόνου καὶ Ἄρεως ἔχουσιν. Ἀλλ', εἰ παντὶ ἔθνει ἡμέραι βροτοῖς γένωνται, οὐ κρείττονες ἢ χείρονες κατὰ ἄστρων συμπλοκὴν, ὡς ὑμεῖς φατε, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ νόμοι τινὲς καὶ πάτρια ἔθη κρατεῖ, ἐξ ὧν τὸ αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν τὰ πρακτέα ὑπάρχειν παιδευόμεθα πάντες. Οὐ γὰρ οἷα τε ἡ καθ' ὑμᾶς γένεσις ἀναγκάσαι Σῆρας ἀνακεῖν*, ἢ Βραχμᾶνας κρεωβορεῖν καὶ σικεροποτεῖν, ἢ Πέρσας μὴ μητρογαμεῖν καὶ ἀδελφοφθορεῖν, ἢ Ἰνδοὺς μὴ πυρὶ διδόναι τοὺς νεκροὺς, ἢ Μήδους μὴ κυσὶ τοὺς θνηξομένους προτιθέναι, ἢ Πάρθους μὴ πολυγαμεῖν, ἢ τοὺς Μεσοποταμίτας μὴ ἄκρως σωφρονεῖν, ἢ Ἕλληνας μὴ σωμασκεῖσθαι, ἢ τὰ βάρβαρα ἔθνη ταῖς ὑφ' Ἑλλήνων προσαγορευομέναις κοινωνεῖν· ἀλλ' ὡς προέφην, ἕκαστος βροτῶν χρῆται τῇ τοῦ νόμου ἐλευθερίᾳ, τὰ ἐκ τῶν ἄστρων μυθουργούμενα καθ' Ἕλληνας παραπεμπόμενος, τῷ ἐκ τῶν νόμων δέει, ἢ τῷ ἐξ ἔθνους ἔθει πατρίῳ τῶν φαύλων εἰργόμενος. Αἱ μὲν γὰρ τῶν ἀρετῶν ὑπάρχουσι προαιρετικαὶ,

(55) *Περιποιοῦνται.* Emendationem Coteleriauam protulimus ex *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, pag. 557, quam contextus confirmat. Vulgo περιπατοῦνται, *proculcant.*

(56) *Παρὰ δὲ Ἠλείοις.* Bardesanes παρὰ Ταίνοις καὶ Σαραχ. Nec satis noti quos *Elios* Cæsarius nominat. Forte τοὺς ἀπὸ τῆς Ἥλιδος intelligit, quam Stephanus πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ, urbem esse ait. VICER.

(57) *Τοὺς ἠϊόνας.* Forte τὰς ἠϊόν. Ed.

αἱ δὲ περιστατικαὶ, ἀνάγκῃ ἐπὶ τὸ κρεῖττον χωροῦντος τοῦ ζητουμένου ὑπὸ τῶν νόμων.

ante, quivis hominum suæ legis libertate utitur, et quæ ex astris secundum Græcos fabulose ficta sunt, propter legum metum omittit, aut propter consuetudinem patriam gentis a vitiis abstinet. Nam virtutum aliæ sunt ex liberæ voluntatis electione, aliæ vero ex circumstantiis ejus qui necessitate coactus accedit ad melius, utpote legibus ita poscentibus.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙ'.

Ἀλλ' ἑπτὰ ὄντων τῇ γενέσει ἡμῶν ἀνακειμένων ἀστέρων, εἰς ἑπτὰ λέγομεν κλίματα τὴν γῆν διαιρεῖσθαι, καὶ ἄρχεσθαι ἕκαστον κλίμα ὑφ' ἑνὸς τῶν ἀστέρων, καὶ πρὸς ἐκείνων συμπλοκὰς ἄγεσθαι, καὶ ἀποτελεῖσθαι τοὺς ἀρχομένους· ὅπερ νόμον τινὲς τὴν τοῦ ἄστρου ἐνέργειαν λέγουσιν.

Ἀπόκρισις.

Καὶ πῶς εἰ ἑπταχῶς διαιρεῖται ἡ οἰκουμένη, ἐν μιᾷ μερίδι πολλοὺς καὶ διαφόρους νόμους εὑρίσκομεν; καὶ οὔτε ἑπτὰ μόνον κατὰ τοὺς ἀστέρας, οὔτε δὶς ἓξ κατὰ τοὺς ζωδικοὺς (58), οὐδ' αὖ πάλιν τριάκοντα ἓξ κατὰ τοὺς δεκάνους (59), ἀλλὰ μυρίοι μνημονεύονται νόμοι, πάλαι ἀμειφθέντες, καὶ νῦν ὑπάρχοντες. Πῶς δὲ ἐν ταυτῷ τμήματι τοὺς ἀνθρωποβόρους Ἰνδοὺς, καὶ τοὺς ἐμψύχων καὶ θοίνης ἁπάσης ἀπεχομένους Βραχμαίους οἰκοῦντας ὁρῶμεν; πῶς δὲ οἱ ἐν Βαβυλῶνι ὅποι δ' ἂν γίνωνται, τῇ μιαιγαμίᾳ τῶν ὁμαίμων παροινοῦσι; πῶς δ' ἐν ἑτέρῳ τμήματι ὄντες οἱ Σκλαυηνοὶ καὶ Φυσωνῖται, οἱ καὶ Δανούβιοι προσαγορευόμενοι, οἱ μὲν γυναικομαστοβοροῦσιν ἡδέως, διὰ τὸ πεπληρῶσθαι τοῦ γάλακτος, μυῶν δίκην τοὺς ὑποτίτθους ταῖς πέτραις ἐπαράττοντες· οἱ δὲ καὶ τῆς νομίμης καὶ ἀδιαβλήτου κρεωβορίας ἀπέχονται; καὶ οἱ μὲν ὑπάρχουσιν αὐθάδεις, αὐτόνομοι, ἀνηγεμόνευτοι, συνεχῶς ἀναιροῦντες, συνεσθιόμενοι ἢ συνοδεύοντες, τῶν σφῶν ἡγεμόνα καὶ ἄρχοντα, ἀλώπεκας καὶ τὰς ἐνδρύμους κάττας καὶ μονιοὺς ἐσθίοντες, καὶ τῇ λύκων ὠρυγῇ σφᾶς προσκαλούμενοι· οἱ δὲ καὶ ἀδδηφαγίας ἀπέχονται, καὶ τῷ τυχόντι ὑποταττόμενοι καὶ ὑπείκοντες;

Καὶ πολὺς ὁ λόγος περὶ Λογγουβάρδων, καὶ Νόρων, καὶ Γάλλων τῶν ἑσπερίων, τῶν Ἑρμαϊκῆς καὶ Κρονικῆς ἀμοιρούντων ἐπιστήμης τῶν ἄστρων. Πόσοι βασιλεῖς καὶ ἄρχοντες παρήγαγον τοὺς κακῶς κειμένους νόμους, αὐτοὶ τὸ δοκοῦν νομοθετοῦντες! ἢ αὖ πάλιν τοὺς κρείττονας οἱ ἐναντίοι ἀπώσαντο, ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἄστρων πρὸς τὰ αἱρεθέντα εἰργόμενοι! Ἓν δὲ φάναι βούλομαι, ὃ καὶ τῶν ἀπίστων πάντων ἀποῤῥάψει τὰ στόματα· Ἰουδαῖοι πάντες τὸν διὰ Μωϋσέως δεξάμενοι νόμον, πᾶν ἄῤῥεν λογικὸν αὐτοῖς γινόμενον τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ περιτέμνοντες αἱμάττουσιν· ἀπὸ δὲ τοῦ αἰῶνος, οὐδεὶς Ἑλλήνων ἢ Χριστιανῶν περιτομὴν ἐδέξατο· πλείστων Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων καὶ Χριστιανῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς μῆνας καὶ ἑβδομάδας καὶ ἡμέρας καὶ ὥρας γεννωμένων, Ἄρης ἢ Ἑρμῆς ἢ Κύπρις ἢ ὁ λοιπὸς Ἑλλήνων μῦθος, ἑνὸς κύκλου ἐμπεριέχοντος τὰ πάντα, καὶ μηδενὸς ὑπὸ ἀστέρων βιαζομένου. Οὐ γὰρ πάντες Ἕλληνες ἢ

INTERROGATIO CX.

Atqui cum sint septem uniuscujusque nostrum nativitati deputatæ stellæ, in septem plagas terram divisam esse dicimus, atque quamlibet plagam gubernari ab una stellarum illarum, et secundum illarum conjunctionem duci et perfici subjectos: quam efficacitatem stellæ aliqui legem vocant.

Responsio.

Si in septem plagas dividitur orbis, quomodo in una parte multas atque diversas leges invenimus? Neque septem modo secundum numerum stellarum, neque duodecim secundum zodiaci signa, neque item triginta sex secundum decanos, sed innumeræ commemorantur leges, quæ olim mutatæ sunt, et nunc vigent. Quomodo vero in eadem sectione anthropophagos Indos, et ab animatis omnique mactatione abstinentes Brachmanes habitare cernimus? Quomodo Babylonii misti pollutis nuptiis consanguineorum delirant? Aut quomodo in sectione alia ejusdem tractus Sclaveni et Physonitæ qui et Danubiani appellantur, alii quidem ubera mulierum libenter comedunt, quod plena lacte fuerint, instar murium infantes saxis allidentes; alii vero etiam a legitimo et irreprehensibili carnium esu abstinent? Qui eorum alii præfracti sunt, suo jure viventes absque cujusquam imperio, ac nonnunquam comedentem secum vel iter facientem principem suum interficientes, vulpes et silvestres feles porcosque comedentes, et luporum ululatu se provocantes; alii vero a voracitate abstinent, et cuivis principi se subjicientes obediunt?

Multa certe commemorantur de Longobardis et Noris et Gallis occidentalibus, tanquam ignaris Mercurialis et Saturninæ de astris scientiæ. Quot reges et principes sustulerunt male latas leges, ipsi sua placita sancientes? aut e diverso, meliores repudiarunt ab his diversi, a nullo astro in decretis sibi placitis impediti? Unum autem proferam quod incredulorum omnium ora quasi alapa cædet: Judæi omnes lege quam Moses tulit recepta, omnem fetum marem participem rationis ipsis natum, octavo die circumcidentes, sanguine perfundunt. A sæculo autem nullus Græcorum aut Christianorum circumcisionem recepit, licet plurimi Judæi et Græci et Christiani iisdem mensibus et hebdomadibus et diebus et horis nati sint. Nihil ergo Mars facit aut Mercurius, aut Venus, aut reliqua Græcorum fabula, uno circulo complectente omnia: nullusque ab astris vi cogitur. Annon

(58) *Ζωδικούς*. Forte ζωδιακούς. Edit.

(59) *Κατὰ τοὺς δεκάνους*. Utique. Duodecim enim in Zodiaco signa. Signi autem cujusque partes a Genethliacis triginta constitutæ, ac tres in decurias tributæ: quarum principes, *Decani*, ex Romanæ militiæ usu nominati: omnes proinde triginta sex. Viger.

enim Græci aut Judæi aut Christiani eadem die vel hora, in maternum jacti sunt uterum, et simul in lucem editi? Quomodo igitur plurimis ipsorum Christo adjunctis, patrio abnegato errore, non potuit ei terrenæ parti dominans stella ipsos arcere ab vera in Deum pietate?

INTERROGATIO CXI.

At nobis dum de astris loquimur, non est sermo de fide, sed de moribus et ratione vivendi, et inde pendente actione, præterea de constitutione corporis. Nam quorum sub Ariete nativitas est, crispis sunt crinibus, gratiosi et magnamini, quia principis officio fungitur Aries: etiam liberæ voluntatis electionem habent, siquidem et Aries, deposito absque dolore vellere, rursus a natura vestitur. Subjectus autem Tauro, ærumnosus est, et servilis: taurus enim sub jugo est. Qui est sub Scorpione percussor est, propter eam quæ ab illis bestiis sumitur similitudinem. Nam et Libræ subjectus est justus, propter nostrarum librarum æqualitatem.

Responsio.

O gentilitiam dementiam! quid enim istis fuerit magis ridiculum? Nam Aries unde deliri nativitatem hominis repetunt, cœli duodecima pars est, in quo sol means, verna signa ingreditur. Sed et Libra, et Taurus, et Scorpius, et similiter horum quodvis duodecima portio est, et pars cœli in Zodiaco, quem vocant, circulo. Quomodo igitur inde mortalibus præcedentes causas exsistere dicunt, dum ex iis quæ apud nos balant, mores ipsis designantur? Animal enim ad impartiendum facile, Aries est: non quod hujusce moris effectrix sit ea pars cœli, sed quod ovis a creatore talem naturam accepit. Atque ex astris quidem satagis ostendere genesim nostram, id vero per balatus persuadere conaris. Siquidem a talibus animalibus cœlum gestatum tales habet morum causas: omnino et ipsum subjectum est alienis potestatibus, nimirum potestatibus astrorum; astra vero animalium, pendentes ab ipsis causas habentia. Si vero ridiculum hoc est, magis ridiculum illud erit, ex iis quæ nihil inter se commune habent, inducere velle probabilitatem eorum quæ de nativitate dicuntur. Quomodo enim quotidie innumerabiliter mutantur stellarum aspectus? Nam planetæ, ut sunt, semper mobiles appellantur. Atque alii quidem citius assequuntur se invicem, alii vero periodos eadem hora faciunt tardiores. Aliquoties etiam se invicem aspicientes, mox occultantur. Quod si ex natura ipsis bonum et malum adest, omnino ad opificem causa mali a nobis refertur. Quod si liberæ voluntatis electione moventur, primum quidem erunt animalia prædita libera voluntate, solutis et liberæ

Ἰουδαῖοι ἢ Χριστιανοὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἢ ὥρᾳ ἐν τῇ μητρῴᾳ κατεβλήθησαν νηδύϊ· οὐδ' αὖ πάλιν πάντες ἅμα ἀπεκυήθησαν. Πῶς οὖν οἱ πλεῖστοι αὐτῶν Χριστῷ συνέθεντο, τὴν πατρῴαν ἀρνησάμενοι πλάνην, μὴ ἰσχύσαντος τοῦ ἄρχοντος ἀστέρος τῆς χερσαίου μερίδος ἐμποδίσαι αὐτοὺς πρὸς θεοσέβειαν;

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΑ'.

Ἀλλ' οὐ περὶ πίστεως ἡμῖν ὁ περὶ ἄστρων λόγος, ἀλλ' ἤθους καὶ πολιτείας καὶ πράξεως ἐκεῖθεν ἁρμοζομένης, ἔτι δὲ καὶ τῆς σωματικῆς καταστάσεως. Οἱ γὰρ κριῷ τὴν γένεσιν ἔχοντες, οὖλοι τὴν τρίχα ἀποτελοῦνται, χαροποιοὶ (60) καὶ μεγαλόφρονες, ἐπειδὴ ἡγεμονικὸν ὁ κριός· ἀλλὰ καὶ προαιρετικοὶ, ἐπειδὴ καὶ ὁ κριὸς ἀποτίθεται ἀλύπως τὸ ἔριον, καὶ πάλιν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐπενδύεται. Ὁ δὲ ταυριανὸς, ταλαιπαθὴς καὶ δουλικός· ὑπὸ ζυγὸν γὰρ ὁ ταῦρος. Ὁ δὲ σκορπιανὸς, πλήκτης, διὰ τὴν πρὸς τὸ θηρίον ὁμοίωσιν. Ὁ γὰρ ζυγιανὸς, δίκαιος, διὰ τὴν παρ' ἡμῖν ἰσότητα τῶν ζυγῶν.

Ἀπόκρισις.

Ὦ τῆς Ἑλληνικῆς! τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτων καταγελαστότερον; Ὁ γὰρ κριὸς, ἀφ' οὗ τὴν γένεσιν τοῦ ἀνθρώπου ληροῦσιν, οὐρανοῦ μέρος ὑπάρχει τὸ δωδέκατον· ἐν ᾧ φθάνων ὁ ἥλιος τῶν ἀερινῶν (61) σημείων ἅπτεται· καὶ ζυγὸν, καὶ ταῦρος, καὶ σκορπίος, ὁμοίως τούτων ἕκαστον δωδέκατον μόριον ὑπάρχει μέρος τοῦ οὐρανοῦ τοῦ ζωδιακοῦ λεγομένου κύκλου. Πῶς οὖν ἐκεῖθεν τὰς προηγουμένας αἰτίας φάσκοντες βροτοῖς ὑπάρχειν, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν βληχωμένων τὰ ἤθη αὐτοῖς χαρακτηρίζεται; Εὐμετάδοτον γὰρ κριὸς, οὐχ ἐπειδὴ τοιούτου ἤθους (62) ποιητικὸν ἐκεῖνο τὸ μέρος τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' ἐπεὶ τοιαύτης ἔλαχε τὸ πρόβατον φύσεως παρὰ τοῦ κτίσαντος. Καὶ ἐκ μὲν τῶν ἄστρων σπεύδεις ἡμῶν τὴν γένεσιν παριστᾷν, ἐκ δὲ τῶν βληχημάτων πείθειν ἐπιχειρεῖς. Εἰ μὲν παρὰ τῶν ζώων ὁ οὐρανὸς κομισάμενος ἔχει τὰς ἀφορμὰς τοιαύτας τῶν ἠθῶν, ὑπόκειται καὶ αὐτὸς πάντως ἀλλοτρίαις ἀρχαῖς, αὐτὸς μὲν ταῖς τῶν ἄστρων, ἐκεῖνα δὲ τῶν ζώων, ἐξ αὐτῶν ἔχοντα τὰς αἰτίας ἀπηρτισμένας (63). Εἰ δὲ καταγέλαστον τοῦτο, καταγελαστότερον τὸ ἐκ τῶν μηδὲν κοινωνούντων ἐπάγειν ἐπιχειρεῖν τῶν λόγων τὰς πιθανότητας περὶ γενέσεως. Πῶς γὰρ ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας μυριάκις ἀμείβεται τῶν ἀστέρων τὰ σχήματα; Ἀεικίνητοι γὰρ ὄντες οἱ πλανῆται προσαγορευόμενοι, καὶ οἱ μὲν θᾶττον ἐπικαταλαμβάνοντες ἀλλήλους, οἱ δὲ βραδυτέρας τὰς περιόδους ποιούμενοι ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὥρας, πολλάκις καὶ ὁρῶσιν ἀλλήλους καὶ ἀποκρύπτονται. Εἰ δὲ καὶ ἐκ φύσεως αὐτοῖς τὸ ἀγαθὸν καὶ χεῖρον, ἐπὶ τὸν Δημιουργὸν ἡ αἰτία τοῦ κακοῦ παρ' ἡμῶν ἀναφέρεται πάντως. Εἰ δὲ προαιρέσει κεκίνηνται, πρῶτον μὲν ἔσται ζῶα προαιρετικὰ λελυμέναις καὶ αὐτοκρα-

(60) *Χαροποιοί.* Forte χαροποί. EDIT.
(61) *Ἀερινῶν.* Leg. ἐαρινῶν. ID.
(62) *Ἤθους.* Inepte in Vulgatis ἤχους, ubi sic locus redditur: *Non quod Arietis sonum edat ea pars cœli.* At ἤθους veram lectionem docere debuisset interpretem, tum sensus, tum ἠθῶν quod mox sequitur, ut monuit doctissimus Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, pag. 550.
(63) *Ἀπηρτισμένας.* Forte ἀπηρτημένας. EDIT.

τορικαῖς ὁρμαῖς κεχρημένα· ὅπερ μανίας ὑπάρχει καὶ ἀνοίας ἐσχάτης, τὸν Δημιουργὸν βλασφημεῖν, καὶ τῶν ἀψύχων καταψεύδεσθαι.

Πῶς δὲ οἱ κριῷ τὴν γένεσιν ἔχοντες, οὖλοι καὶ χαροποὶ, καὶ προαιρετικοὶ, καὶ ποριστικοί; Ὁρῶμεν πολλοὺς οὔλους μὲν τὴν τρίχα, τυφλοὺς δὲ καὶ οὐκ εὐπόρους, οὐδὲ προαιρετικοὺς, ἀλλ' ἰταμοὺς, καὶ δυσπόρους, καὶ ῥυπήμονας (64), καὶ ῥακοφόρους ἀγύρτας, θύραν ἐκ θύρας ἀμείβοντας, τῆς ἐφημέρου τροφῆς ἕνεκεν. Πῶς δὲ οἱ φαλακροὶ ἢ καὶ ἁπλόκομοι, ἢ ἀμβλυωποὶ τἀναντία ἔχουσι, πλοῦτον καὶ ἀφθονίαν καὶ ἠρεμίαν, σπανίως τοῖς φίλοις ὁμαίμοις συναγειρόμενοι; Ποσάκις δὲ τῆς ἡμέρας, ἢ τῆς νυκτὸς, οἱ τῶν βασιλικῶν γενέσεων ἀποτελοῦνται σχηματισμοί! διὰ τί μὴ ἐφ' ἑκάστης γεννῶνται βασιλεῖς; ἢ πῶς πάλιν πατρικαὶ αὐτοῖς ὑπάρχουσιν αἱ τῆς βασιλείας διαδοχαί; Οὐ δήπου γὰρ ἕκαστος τῶν βασιλέων παρατετηρημένος εἰς τὸ βασιλικὸν τῶν ἄστρων σχῆμα διὰ τῆς πρὸς τὴν σύμβιον κοινωνίας τοῦ ἐναρμόσαι οἷός τε· οὔτε γάρ τις κύριος τοῦ τοιούτου. Πῶς οὖν Ὀζίας ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Ἰωαθὰμ βασιλέα, Ἰωαθὰμ δὲ τὸν Ἀχὰζ, Ἀχὰζ δὲ τὸν Ἐζεκίαν, οὗτος δὲ τὸν Μανασσῆν, οὗτος δὲ τὸν Ἀμμὼς, οὗτος δὲ τὸν Ἰωσίαν, οὗτος δὲ τὸν Ἰωαχὰζ, ἕκαστος βασιλεὺς βασιλέα; καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς οἰκετικῇ συνέτυχεν ὥρᾳ γεννήσεως. Ἔπειτα εἰ καὶ τῶν κατὰ κακίαν καὶ ἀρετὴν ἐνεργημάτων οὐκ ἐκ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχουσιν αἱ ἀρχαὶ, ἀλλ' ἐκ τῆς γεννήσεως αἱ ἀνάγκαι, περιττοὶ μὲν οἱ νομοθέται τὰ αἱρετὰ καὶ φευκτὰ ἡμῖν ὁρίζοντες, περιττοὶ δὲ οἱ δικασταὶ ἀρετὴν μετατιμῶντες (64*), κακίαν δὲ κολάζοντες. Οὐ γὰρ τοῦ κλέπτου ἢ τοῦ φονέως τὸ ἀδίκημα, οἷς γε οὐδὲ βουλομένοις κρατεῖν τῆς χειρὸς οἷόν τε, διὰ τὴν ἐπὶ τὰς πράξεις κατεπείγουσαν αὐτοὺς ἀστρονομίαν, καὶ τὴν ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκην ἐπικειμένην.

potestatis motibus utentia : id quod extremæ insaniæ atque dementiæ fuerit, cum blasphemia conjunctum opificis, et cum mendacio de inanimatis.

Quomodo autem, qui ad Arietem suam nativitatem referunt, crispi et gratiosi, et liberæ voluntatis, et divites sunt? Videmus multos quidem crinibus crispis, qui tamen cæci sunt et minime divites, neque libera præditi voluntatis electione, sed improbi, ad quæstum faciendum inepti, et sordidi, et pannosi, et circumforanei, qui januam cum janua mutant quotidiani victus adipiscendi gratia. Quomodo autem qui calvi sunt, vel etiam crine simplici aut hebete visu, diversum habent, divitias nimirum et abundantiam atque quietem, raro cum amicis consanguineis congredientes? Quoties autem die vel nocte regiarum nativitatum perficiuntur figurationes, quare non qualibet vice reges nascuntur? Aut quomodo patriæ ipsis intercedunt regni successiones? Nimirum non quivis rex regiam astrorum figurationem per coitum cum consorte tori, filio applicandam observare potuit. Neque enim quisquam eam rem habet in potestate sua. Quomodo igitur Ozias rex genuit Joathamum regem, Joathamus vero Achazum, Achazus autem Ezechiam? Hic vero Manassem, et is Amosum, ille vero Josiam, hic autem Joachasum, unusquisque rex regem? et quidem nullus eorum in servilem nativitatis horam incidit. Deinde si vitiosarum et virtuti consentanearum actionum non ex nobis principia pendent, sed ex necessitatibus nativitatis : superflui sunt legum latores qui sectanda fugiendaque nobis definiunt, superflui judices, qui virtutem quidem honorant, improbitatem vero puniunt. Neque enim furis aut homicidæ ea injuria est, qui nequidem, si velint, manum cohibere possunt, propter urgentem ipsos ad ea facta, astrorum legem, et propter impositam sibi ex fato necessitatem.

Διελέγξω δ' αὐτοὺς καὶ ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων καθόλου μεταβολῆς. Πρὸ γὰρ τῆς θεανδρικῆς ἐπιφοιτήσεως, πάντων ἐθνῶν εἰδωλομανούντων, καὶ διὰ πάσης χορούντων ἀσεβείας, μετὰ τὴν ἄφιξιν τοῦ Θεάνδρου, διὰ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἡ πρὸς θεοσέβειαν γέγονε μεθίδρυσις· τῆς πλάνης μὲν ἐκποδὼν γενομένης, ἀρετῆς δὲ τιμωμένης, τῆς αὐτῆς τῶν ἄστρων μενούσης ὄψεώς τε καὶ στάσεως, ἐξ Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν πλείστων ἐπιστραφέντων, καὶ Χριστῷ συνθεμένων. Ποῦ οὖν οἱ πρῶτον καταναγκάζοντες αὐτοὺς ἀστέρες, εἰδώλοις ποτνιεῖσθαι (65); ποῦ δὲ λανθάνειν ἐδόκουν οἱ νῦν πρὸς θεοσέβειαν αὐτοὺς ἐπισπώμενοι; Εἰ δὲ μήτε ἀφαίρεσις, μήτε προσθήκη τῇ χωρίᾳ (66) τῶν ἄστρων γέγονεν, ἄκοντες ὁμολογήσωσιν, οὐκ ἔκ τινος εἱμαρμένης ἢ ἀνάγκης, ἀρετὴν ἢ κακίαν ἐμβιοτεύεσθαι ἢ αἱρεῖσθαι, ἀλλ' ἐκ τῆς ἑκάστου αὐτεξουσίου προαιρέσεως ἐπὶ αἱρεθέντα χωροῦντος. Ὅπερ σαφῶς ὁ ὑψηλὸς παριστῶν Ἠσαΐας διαῤῥήδην βοᾷ ἐκ προσώπου τοῦ

Refutabo autem ipsos etiam ex universalium rerum mutatione. Nam cum ante adventum divini illius hominis omnes gentes cultui astrorum deditæ essent et in omni incederent impietate, post accessum divini hominis, per evangelicam prædicationem, ad pietatem facta transitio est, amolito quidem errore, virtute autem in pretio habita, eodem astrorum manente cum aspectu tum constitutione : ex Græcis, et Judæis, et gentibus quamplurimis conversis, et Christo adjunctis. Ubi igitur priores stellæ, quæ cogebant ante idola suppliciter procumbere? Ubi latitare videbantur, quæ nunc ad pietatem ipsos pertrahunt? Si vero neque ademptio neque additio regioni astrorum contigit, vel inviti fatebuntur, non ex aliquo fato vel necessitate virtutem improbitatemve viventibus inseri aut decerni, sed ex uniuscujusque libera potestatis electione unumquemque se ad ea quæ elegit, conferre. Id quod manifeste eximius ostendens Isaias, luculenter cla-

(64) Ῥυπήμονας. Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* tom. III, pag. 660, rescribit ῥυπείμονας. Sic et infra *Interrog.* CLVIII pro ῥυπώμοσιν legit ῥυπείμοσιν.

(64*) Μετατιμῶντες. Lege μὲν τιμῶντες. Edit.

(65) Ποτνιεῖσθαι. Forte ποτνιᾶσθαι. Id.

(66) Χωρίᾳ. Forte χορείᾳ. Id.

mat in persona Dei: *Si volueritis et auscultaveritis mihi, bona terræ comedetis; si vero nolueritis, neque auscultaveritis mihi, gladius vos devorabit: nam os Domini locutum est ista* [84]. Ipse vero in Evangelio concionans Dominus inquit: *Hierosolyma, Hierosolyma, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare vos sub alas meas, quemadmodum gallina congregat pullos suos, et noluistis* [85]! Ad voluntatem uniuscujusque referens sequenda aut vitanda, et non ad necessitatem fati aut legis astrorum. Non enim peccatores nos esse duceret, si illorum insidiis essemus expositi.

INTERROGATIO CXII.

Quod si nullo vel beneficio vel injuria ex astris afficiuntur homines, quomodo Evangelium lunaticos vocat epilepticos, spumantes et sese lacerantes?

Responsio.

Lunaticos vocat secundum vulgarem multorum sententiam, qui id quod altius est audire non possunt. Quandoquidem enim lunæ et soli et astris venerationis cultum exhibebant homines vani, volens ipsos a sua tanquam perniciosa opinione revocare, etiam dæmoniacorum causam ostendit lunam, ut illi supplicantes languidiores facti, ab ejus veneratione resilirent. Non enim in perniciem mortalium luminaria universitatis architectus exstruxit Christus, sed immundus spiritus observans in ipsis talem speciem, ad seducendum aliquos subduxit, ut inconstantes et parum frugi mortales ad præstigiatores et ad eos abeant sponte, qui a Jove nutriti videntur, nimirum per incantationum occasionem, et spem levandi malum. Sæpenumero autem videmus et canes latenter in nos irruere; neque tamen dicimus lunam causam esse morsus aut motus animalis. Et servi sæpenumero cum toto luna lumine splendet, ad capiendum fugam surgunt, et ejus auxilio ad celeritatem utuntur. Num igitur causam temeritatis fugitivi dicemus lunam? Sæpenumero item et effeminatus homo nocturnas tenebras veritus domi dormire cogitur; luna vero per noctem lucente, citius ad prostibulum instar equi lascive prosiliens, hinniens, et currens, ad scortum lætus venit. Num igitur itineris scelerati causa est luna, quæ divino præcepto terras cœlo subjectas illustrat? Cohibe quæso temetipsum a lunatica dementia: dæmones enim iis qui faciles captu sunt, tacite in animos inserere consueverunt, ut non solum luminaria malorum causas esse asserant, sed ipsum etiam opificem velut malorum et exitiosorum factorem calumnientur. Qui vero fidem illis adhibent, non Deum sed cinerem adorant in parricida, eo qui

Θεοῦ· *Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσετέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· εἰ δὲ μὴ θέλητε, καὶ μὴ εἰσακούσετέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα.* Αὐτὸς δὲ ἐν Εὐαγγελίοις θεηγορῶν ὁ Κύριος, φησίν· *Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτενοῦσα* (67) *τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους, ποσάκις ἠθέλησα συναγαγεῖν ὑμᾶς ὑπὸ τὰς πτέρυγάς μου, ὃν τρόπον ὄρνις συνάγει τὰ νοσσιὰ ἑαυτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε!* ἐπὶ τὸ θέλειν ἑκάστου ἀναφέρων τὰ αἱρετὰ, ἢ φευκτὰ, καὶ οὐκ ἐπ' ἀνάγκῃ εἱμαρμένης ἢ ἀστρονομίας. Οὐ γὰρ ἡγήσατο ἡμᾶς ἁμαρτάνοντας, εἴπερ τῆς ἐκείνων μεθοδείας ὑπεκείμεθα.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΒ'.

Καὶ εἰ μηδὲν ἐκ τῶν ἄστρων εὐεργετῶνται, ἢ ἀδικοῦνται οἱ ἄνθρωποι, πῶς τὸ Εὐαγγέλιον σεληνιαζομένους λέγει τοὺς ἐπιληπτικοὺς, ἀφροῦντας καὶ ῥησσομένους;

Ἀπόκρισις.

Σεληνιαζομένους φησὶ, κατὰ τὴν πρόχειρον τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν, μὴ χωρούντων ἀκοῦσαι τὸ ὑψηλότερον. Ἐπεὶ γὰρ σελήνῃ, καὶ ἡλίῳ, καὶ ἄστροις τὸ σέβας ἀπένεμον οἱ ματαιόφρονες, βουλόμενος αὐτοὺς ἀπαγαγεῖν τῆς οἰκείας δόξης, ὡς ἐπὶ βλάβῃ (68), καὶ αἰτίαν τῶν δαιμονούντων τὴν σελήνην ὑποφαίνει· ὅπως ναρκήσαντες οἱ ἐκείνῃ ποτνιώμενοι, ἀποπηδήσωσι τοῦ εἰκαίου σεβάσματος. Οὐ γὰρ ἐπὶ λύμῃ βροτῶν τοὺς φωστῆρας ὁ τοῦ παντὸς ἀρχιτέκτων ἐδείματο Χριστὸς, ἀλλ' ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐπιτηροῦν αὐτοῖς τὸ τοιόνδε σχῆμα, ἐπιτωθάζειν τισὶν ὑπαγόμενον, τοὺς εὐρίπους καὶ ἀνερίστους βροτῶν ἐπὶ γόητας καὶ διοτρεφεῖς αὐτομολεῖν, προφάσει ἐπαοιδῆς καὶ τοῦ διοχλοῦντος ἀνακωχῆς. Πολλάκις δὲ ὁρῶμεν κύνας κρύβδην ἐφαλλομένους ἡμῖν, καὶ οὐ φαμεν τὴν σελήνην αἰτίαν τοῦ δήγματος, ἢ τῆς τοῦ ζώου κινήσεως. Καὶ οἰκέτης πολλάκις, πληρηφαοῦς ὑπαρχούσης, πρὸς δραπέτειαν ἠγέρθη, τῷ ἐκείνης φωτὶ βοηθῷ πρὸς ὠκυποδίαν χρώμενος. Ἆρ' οὖν αἰτιασώμεθα τῆς δυσβουλίας τοῦ ὑποδράντος τὴν φαίνακα; Καὶ ὁ λάγνος πολλάκις τὸ νύκτιον σκότος δεδιὼς, οἴκοι καθεύδειν ἐπείγεται· τῇ δὲ σελήνῃ καταυγαζομένης τῆς νυκτὸς, θᾶττον ἐπὶ τὸ χαμαιτυπεῖον, ἵππου δίκην χροαίνων, χρεμετίζων καὶ θέων, ἧκεν ἐπισκαίρων τῇ ἑταίρᾳ. Ἆρ' οὖν τῆς μιαιβαδίας αἰτία ἡ γῆ ὑπ' οὐρανὸν καταλάμπουσα θείῳ προστάγματι; Εἶργε σαυτὸν τῆς σεληνικῆς (69) παροινίας. Τοῖς γὰρ εὐαλώτοις δαίμονες ὑποσπείρειν εἰώθασιν, οὐ μόνον τοὺς φωστῆρας αἰτιᾶσθαι τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἤδη τὸν Δημιουργὸν ὡς φαύλων καὶ φθαρτικῶν ποιητὴν διαβάλλειν· οἱ δὲ τούτοις πειθόμενοι, οὐ Θεῷ ἀλλὰ σποδῷ προσκυνοῦσι, διὰ τοῦ πατραλοίου (70) καὶ τῶν οἰκείων τέκνων τοὺς γάμους φθείραντος, καὶ ἐν τάφῳ παρὰ Κρησὶ φθαρέντος· ὅπερ οὐκ ἔστι θεοῦ. Οὐ μὴν ἀλλὰ

[84] Isa. I, 19, 20. [85] Matth. XXIII, 37.

(67) *Ἀποκτενοῦσα.* Forte ἀποκτείνουσα. EDIT.
(68) *Ὡς ἐπὶ βλάβῃ.* Forte ὡς ἐπιβλαβοῦς. ID.
(69) *Σεληνικῆς.* Forte σεληνιακῆς. ID.
(70) *Διὰ τοῦ πατρ.* Hic Cæsarii locus ex *Recognitionum Clementinarum* lib. X, cap. 23 seqq. formatus, pessime a librariis acceptus fuit. Sic enim in vulgatis legitur, διὰ τοῦ πατραλοία ... παραχρίσει φθαρ. Hic vero nihil vidit interpres. Locum, prout edidimus, restituit reddiditque Cotelerius ad *Recognit.* l. c. qui et suspicatur pro διά legendum Διός.

καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνου παῖδας ἐξεθείασαν οἱ ἄθεοι καὶ ματαιόφρονες· ἐν μὲν τῇ Ἑρμουπόλει τὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀνερμήνευτον Ἑρμῆν εἰς κόνιν διαλυθέντα· ἐν Κύπρῳ τὴν Κύπριν κόπρῳ ἐν τάφῳ κειμένην· ἐν δὲ Θρᾴκῃ, Ἄρην, τὸν τῆς ἀρᾶς ἐπώνυμον· ἐξ ἧς ἡμῖν, ἐκ τοῦ δυσαίου (71) Ἠσαῦ, Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ἀνέτειλε, τῶν θείων ἀποστόλων γενόμενος φοιτητής. Πρὸς δὲ τοῖς Καυσίοις ὄρεσι Κρόνος, μᾶλλον δὲ ὄνος ὑπὸ τῶν ὄνων προσεκυνήθη, ἀνακράζων καὶ ὀγκώμενος καθ' Ἑλλήνων. Ἐν Θήβαις Διόνυσος τοῖς σέβουσι ψυχῆς καὶ σώματος ὑπάρχων πάθος ἀνίατον καὶ δύσοδμον. Ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς (72), μᾶλλον δὲ ἠράκλης, πυριάλωτος γενόμενος διὰ κακίαν, ὑπὸ τῶν ἀθέων ἐκθειάζεται. Ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸς, ὁ ταῖς φρεσὶ νήπιος, ὑπὸ τῶν νηπιωτέρων καὶ ἀνοήτων θεὸς προσηγορεύθη. Καὶ Σύροι μὲν οἱ φερώνυμοι συρφετοὶ, τὸν τοῦ ᾅδου ἐπώνυμον Ἄδωνιν ἐξεθείασαν κακῶς· Αἰγύπτιοι δὲ τὸν συρόμενον καὶ γεωπετῆ Ὄσιριν· Ἠλιεῖς ἐλεεινοὶ τὸν Ἕκτορα (73), μᾶλλον δὲ οὐδ' ἀλέκτορα χρηστόν. Οἱ ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ τὸν Ἴκαχον (74) Ἀχιλλέα. Πόντιοι (75) τὸν πατραλοίαν Πάτροκλον ἀπεθέωσαν. Ῥόδιοι τὸν εἰκήμαχον Μακεδόνα (76), καὶ ἕτεροι θατέρους, ἐν τάφοις κόνιν κειμένην σέβουσι, τέλεον ἀσεβοῦντες· οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἐν Θεῷ τοῦ ζῆν ἀπεῤῥάγη. Ὧν τὰς παροινίας ὑπεξηγεῖσθαι, οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ ὑπάρχει· εἰ δέ τις ἀκούειν βούλεται τοὺς ἐκείνων λήρους, πυθέσθω Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδου τῶν συγγραφέων τῆς ἐκείνων μυθοποιίας, ἐμοὶ τοῦ λοιποῦ σιωπᾷν χαριούμενος.

liberorum suorum matrimonia corrupit, atque in sepulcro apud Cretenses computruit: id quod non est dei. Nec hoc contenti, etiam ex illo natos liberos inter deos retulerunt impii et vani; Hermupoli quidem Mercurium, cujus exponi oratione flagitia nequeunt, in pulverem redactum; in Cypro vero Venerem, et stercore veluti sepulcro sitam; in Thracia Martem, ab exsecratione cognominatum; ex qua nobis, velut ex immorigero Esavo, Dionysius Areopagita ortus est, divorum apostolorum discipulus. Apud Caucasios autem montes Saturnus, imo vero asinus ab asinis adoratus, rudens et clamans adversus ipsos ethnicos. Thebis Bacchus, colentibus se tam animæ quam corporis morbus insanabilis et fetens. In Tyro Hercules, potius abominabilis, qui igni consumptus propter improbitatem, ab impiis inter deos refertur. In Epidauro Æsculapius mente puer, ab insipientioribus et imperitis deus appellatur. Et Syri, qui nomine convenienter fæces potius sunt, orci cognominem Adonim male inter deos retulerunt. Ægyptii repentem humi et terræ affixum Osirin, Elienses miseri Hectorem, nequidem gallum gallinaceum bonum. Qui in insula Leuca sunt, Icachum Achillem, Pontii parricidam Patroclum inter deos retulerunt. Rhodii temerarium pugnatorem Macedonem, et alii alios, pulverem scilicet in sepulcro jacentem colunt, prorsus impie agentes. Nullus enim ipsorum in Deo vitam finiit. Quorum vesaniam enumerare non est præsentis temporis. Si vero quis illorum nugas audire cupit, quærat Orphea et Hesiodum de illorum fabulis, mihi vero reliqua tacendi facultatem concedat.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΓ'.

Οὐχ Ἑλλήνων ὑπερμαχῶν πρὸς σὲ διατείνομαι, Πάτερ, ἀλλὰ κατ' ἐκείνων ὅπλα παρὰ τῆς σῆς πολυμαθίας περιθέσθαι βουλόμενος. Πῶς τοίνυν λέγεις μηδὲν αὐτομάτως γίνεσθαι, μηδὲ ἔξω τῆς θείας δυνάμεως; Ἰδοὺ (77) τῆς ἴρεως ὁρωμένης ἀκριβῆ περιφέρειαν ἐχούσης, καὶ πάντοθεν ἴσην, οἵαν ἀληθῶς οὐδὲ νοῦς περιγράψαι δύναται· καὶ ὅμως ὁρῶμεν ὑπ' οὐδενὸς αὐτὴν γινομένην, ἀλλ' αὐτομάτως συνισταμένην.

Ἀπόκρισις.

Οὐχ αὐτοματισμὸν οἵα τε παρεισάξαι ἡ τῆς ἴρεως σύστασις. Ἐπὶ τύπῳ γὰρ τοῦ στερεώματος οἷον σπαρτίον κόκκινον ἐπὶ δίσκου διατείνεται. Εἰ γὰρ καὶ ὁ τύπος ἐκτυπῶν τὰ ἴδια νοῦς ὑπάρχει, ἀλλ' οὖν

INTERROGATIO CXIII.

Non pro Græcis depugnans adversus te contendo, mi Pater, sed armis adversus illos per tuam multiplicem doctrinam indui volo. Quomodo igitur inquis nihil fortuito fieri, neque extra divinam potestatem? Ecce cœlesti arcu apparente, absolutam habet is circumferentiam, et undique æqualem, cujusmodi revera ne mens quidem scribere queat; et tamen videmus ipsum a nullo condi, sed fortuito existere.

Responsio.

Non potest casum fortuitum inducere iridis constitutio. Nam in figura firmamenti veluti coccineus funis in orbem extenditur. Quippe si est fictrix mens, sua quædam effingens, utique qui fictricem

(71) *Δυσαίου.* Anne δυσαίωνος? Interpres vertit quasi legisset δυσηνίου. Edit.

(72) *Ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς*, κ. τ. λ. Cotelerio ad *Recognit.* lib. x, cap. 24, hic Cæsarii locus ita ex Etymologico Magno intelligendus videbatur, quod Ἡρακλῆς potius sit ἐν ἥρᾳ seu ἔρᾳ ἀκλεὴς, *in terra inglorius*, quam ἥρας seu ἔρας κλέος, *terræ gloria*. Verum deinceps mutata sententia, hæc habet V. C. *Monum. Eccl. Gr.* tom. III, pag. 636: *Apud Cæsarium* Ἡρακλῆς, πυρακλῆς, *ut nunc conjicio, qui aliter alias. En verba Cæsarii*, ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς μᾶλλον δὲ ἠρακλῆς (*interpres* ἀρακλῆς, *abominabilis*), πυριάλωτος γενόμενος διὰ κακίαν, ὑπὸ τῶν ἀθέων ἐκθειάζεται. *Hoc est, juxta meam opinionem, non Junonis gloria, sed gloria ignis, a quo captus et consumptus fuit.* Hæc ille.

(73) *Ἕκτορα.* Non vidit interpres, perperam editum in vulgatis Νέκτορα.

(74) *Ἴκαχον.* Non intelligo quid sit Ἴκαχον Ἀχιλλέα. Substitui posset ἀείκακον. Cotel. ad *Recognit.* lib. x, cap. 23.

(75) *Πόντιοι.* Legimus quidem in *Recognit.* lib. x, cap. 25, *Apud Pontum, Patroclum.* Verum auctor *Clementinarum*, hom. vi, cap. 22 habet, Πάτροκλον, Ὀπούντιοι. Atque hanc lectionem Cæsario restituendam, cum Cotelerio existimarim.

(76) *Τὸν εἰκήμαχον Μακεδ.* Editi τὸν Εἰκήμ. Unde jaculariter vertit interpres *Icemachum Macedonem.* Tu serio, *temerarium pugnatorem* intellige. Cotel. l. c.

(77) *Ἰδοὺ*, κ. τ. λ. Hæc mutuatus est Cæsarius ex *Recognit.* lib. viii cap. 41, ut ad eum locum monuit Cotelerius.

hanc fecit, etiam intellectilem fabricavit, in ea diffusurus aut subacturus, quæ ipsi placent. Neque enim igne liquefactum plumbum, aut cera, aut calx, si alicujus rei formæ infundatur, et fiat id quod artifici visum fuerit, idcirco fortuito casu exsistere videbitur, quando manu artificis per formam id quod placuerat, effectum est. Ad hunc sane modum intelligatur et iridis ortus in vehementioribus tempestatibus, quasi signum securitatis mundo exhibitæ, quod non amplius sint submergenda aquisque tollenda quæ sub cœlo sunt. *Ponam* enim, inquit Deus, *in nube mea arcum meum vobis in signum*[86]. Sol quidem instar cucurbitulæ sanguisugæ radiorum ejaculationibus humidum ex nubibus, velut ex aliquo corpore ad se trahit, et sursum vehit pluviam veluti fluxum quemdam, qui supra bases fertur. Est autem iris triformis. Nam partim quidem rubra, partim cærulea, partim instar herbæ viridis est; et pacem, et sapientiam, et potentiam, et Verbum, et Deum universitatis rerum omnium, in sanguine et aqua et spiritu in mundum venire significans: baptismi quidem aqua omnem creaturam per Jordanis fluxus a turpitudine abluentem; Spiritu autem sancto eos qui mente intelliguntur submergentem gigantes. Cæterum post terrestrem idolorum et dæmonum suffocationem et diluvium, sanguine signum salutis nobis datum est, veræ illius conciliationis et pacis Dei ac Verbi velut ante in figura, sic nunc carne extenti, ut qui sit evidens signum propitiationis et securitatis a dæmonum diluvio nobis factus, ex illorum procella nos ad se trahens, cum inquit: *Postquam exaltatus fuero a terra*, in cruce videlicet, *omnes traham ad meipsum*[87]. Et iterum inquit: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem potestatem inimici*[88]. *Tres* item hujus *testes esse*, inquit eximius ille Joannes, *sanguinem et aquam, et spiritum, et hos tres unum esse*[89]. Circiter horam enim nonam emisso clamore Jesus emisit spiritum animæ. Nam divinus ille spiritus inanimo corpori unitus erat, et similiter animæ inhabitanti contemperatus. Nam si aerius spiritus utrisque adest, multo magis divinus utrique parti aderat, cum sit inseparabilis et expers quantitatis. Lancea vero percusso ipsius latere, *exivit sanguis et aqua: et qui vidit testimonium perhibuit, et verum est testimonium ejus*, inquit eximius ille Joannes[90]. Sanguis autem et aqua de hoc divino et perenni fonte scaturit, propter judicantem Pilatum, et alios acclamantes: *Tolle, tolle, crucifige ipsum*[91]. Nam Pilatus quidem amovebat a se mortis Domini sanguinem; Judæi vero damnationem ex ea secuturam in se transferentes clamabant: *Sanguis ejus super nos et super filios nostros*[92]. Quod et nos peramanter dicimus, non eodem cum ipsis affectu; nam illi velut hominem intuebantur, qui a nobis Deus

γε ὁ τὸν τύπον δράσας, νοητὸν ἐτεκτήνατο, ἐπ' αὐτῷ διαχεῖν ἢ ἀναμάττειν μέλλων τὰ αἱρούμενα. Οὐ γὰρ ὁ πυρὶ τακεὶς μόλιϐδος ἢ κηρὸς, ἢ χαλκὸς, τύπῳ τινὸς ἐπιχεόμενος, καὶ τὸ ἐκεῖθεν σχῆμα ἀναματτόμενος, καὶ τὸ δοκοῦν τῷ τεχνίτῃ γινόμενος, παρὰ τοῦτο αὐτομάτως συστῆναι δόξῃ· ἀλλὰ τῇ χειρὶ τοῦ τεχνίτου διὰ τοῦ τύπου τὸ αἱρεθὲν ἀποτελούμενος. Οὕτω δὴ νοείσθω ἡ τῆς ἴρεως σύστασις ἐν ταῖς σφοδραῖς ὑετίαις, οἷον εἰς σημεῖον ἀφοϐίας τῷ κόσμῳ παρεχομένης, μὴ πάλιν ἀποκλύζεσθαι καὶ ὑδροφορεῖσθαι τὰ ὑπουράνια. Θήσω γὰρ, φησὶν ὁ Θεὸς, *ἐν τῇ νεφέλῃ μου τὸ τόξον εἰς σημεῖον ὑμῖν*. Ἔστιν οὖν ὁ ἥλιος σικύας δίκην ταῖς τῶν ἀκτίνων βολαῖς τὸ ὑγρὸν τῶν νεφῶν, ὥσπερ ἐκ σώματός τινος ἐπισπώμενος, καὶ ἀνέλκων τὸν ὑετὸν ὥσπερ ῥεῦμα ἐπὶ τὰς βάσεις φερόμενον. Τρίμορφος δὲ ἡ ἶρις, τὸ μὲν ἐρυθρὸν, τὸ δὲ ἀερῶδες, τὸ δὲ ποάζον ὑπάρχουσα χλοανὴ, τὴν εἰρήνην, καὶ σοφίαν, καὶ δύναμιν, καὶ Λόγον, καὶ Θεὸν τῶν ὅλων, ἐν αἵματι, καὶ ὕδατι, καὶ πνεύματι, κόσμῳ ἐπιφοιτᾷν προμηνύουσα, ὕδατι μὲν τοῦ βαπτίσματος πᾶσαν κτίσιν διὰ τῶν Ἰορδάνου ῥείθρων τοῦ αἴσχους ἀποκλύζοντα, Πνεύματι δὲ θείῳ τοὺς νοητοὺς καταποντοῦντα γίγαντας. Μετὰ δὲ τὸν περίγειον τῶν εἰδώλων καὶ δαιμόνων καταπνιγμὸν καὶ ἀπόκλυσιν, τὸ δι' αἵματος σημεῖον σωτηρίας ἡμῖν δέδοται, τῆς ἀληθοῦς ἴρεως καὶ εἰρήνης τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου, ὥσπερ ἐπὶ τύπῳ διὰ σαρκὸς ἐκταθέντος, ἐναργὲς σημεῖον ἴρεως καὶ ἀφοϐίας κατακλυσμοῦ δαιμόνων ἡμῖν γενόμενος, ἐκ τῆς ἐκείνων καταιγίδος ἡμᾶς ἐπισπασάμενος, φάσκων· *Ὅταν ὑψωθῶ ἀπὸ τῆς γῆς* (ἐπὶ σταυρῷ δηλονότι), *πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν*. Καὶ πάλιν φησίν· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ*· καὶ τρεῖς ὑπάρχειν τούτου *μάρτυρας*, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης, *τὸ αἷμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ οἱ τρεῖς ἕν εἰσι*. Περὶ γὰρ τὴν ἐννάτην ὥραν κράξας ὁ Ἰησοῦς ἀφῆκε τὸ πνεῦμα τῆς ψυχῆς· τὸ γὰρ θεῖον καὶ ἀψύχῳ τῷ σώματι ἥνωτο· ὁμοίως καὶ τῇ ψυχῇ ἐνδημούσῃ ἀνακέκρατο. Εἰ γὰρ τὸ ἀέριον πνεῦμα ἀμφοῖν ξυνυπάρχει, πολὺ μᾶλλον τὸ θεῖον ἑκατέρῳ τμήματι συνέσται, ἀδιαίρετον ὑπάρχον καὶ ἄποσον. Λόγχῃ δέ τις νύξας τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, *Ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ· καὶ ὁ ἑωρακὼς μεμαρτύρηκε, καὶ ἀληθινή ἐστιν αὐτοῦ ἡ μαρτυρία*, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης. Αἷμα καὶ ὕδωρ τῆς θείας καὶ ἀεννάου κρήνης ἐκδίδοται διὰ τὸν κρίνοντα Πιλᾶτον καὶ τοὺς ἐπιϐοῶντας· *Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν*· τοῦ μὲν ἀποῤῥιψαμένου (78) τῆς Κυριοκτονίας τὸ αἷμα· τῶν δὲ ἀντεσπασμένων τὴν ἐκεῖθεν κατάκρισιν· *Βοάτω αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν*· ὅπερ καὶ ἡμεῖς ἀξιεράστως φαμὲν, οὐ τῇ αὐτῇ ἐκείνοις διαθέσει. Ἐκεῖνοι γὰρ ὡς βροτὸν ἐσκόπησαν τὸν παρ' ἡμῶν Θεὸν τῶν ὅλων προσκυνούμενον· ὥσπερ οὐχ οἱ σοφοὶ τῶν ἰατρῶν, τὸ ἐκ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὰς ὄψεις ῥεῦμα φερόμενον ἀνακόπτουσι. διὰ τῆς ἴρεως τὴν ὑδάτων ἐπί-

[86] Gen. IX, 13. [87] Joan. XII, 32. [88] Luc. X, 19. [89] I Joan. V, 8. [90] Joan. XIX, 34. [91] ibid. 15. [92] Matth. XXVII, 25.

(78) Ἀποῤῥιψαμένου. Forte ἀποῤῥυψαμένου. Edit.

χυσιν, ὡς ἐπὶ τύπῳ τινὶ διατεινομένην τῷ ὑποκειμένῳ τοῦ ἡλίου δίκην σικύας, διὰ τῶν ἀκτίνων τὰ νέφη συνάγοντος, καὶ ὥσπερ καυτῆρι τῷ θερμῷ τὰς ὑδροχόους φλέβας ἀναξηραίνοντος.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΔ'.

Τὸ μὲν ἀρχέγονον σκότος εἶπας τῇ διατάσει τοῦ οὐρανίου γεγονέναι σώματος, καὶ εὖ ἔχει περὶ τούτου. Πῶς δὲ τὴν νύκτα ὁρῶμεν αὐτομάτως γινομένην, οὐδενὶ τόπῳ (79) ἐκτυπουμένην;

Ἀπόκρισις.

Ἀνωτέρω μὲν τὸν περὶ νυκτὸς ἀποδέδωκα λόγον· ἀμυδρᾷ δὲ καὶ νῦν εἰκόνι χρησάμενος ἀποδείξω, μὴ αὐτομάτως αὐτὴν συνίστασθαι, μηδὲ ἔξω τῆς θείας χειρός. Ὥσπερ γὰρ οἱ πύργοι ὑπὸ τῶν οἰκοδόμων ἐγείρονται, καὶ τὰ λαξευτὰ ἢ χωνευτὰ ὑπὸ τεχνίτου χειρὸς διαγλύφεται, τὰ δὲ αὐτῶν ἀποσκιάσματα οὐχ ὑπὸ τεχνίτου γίνεσθαι πέφυκεν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν παρ' ἐκείνων γενομένων ἀποτελεῖται· εἰ οὖν καὶ θάτερα θατέροις τινὰ παρυφίσταται τύπῳ τινὸς ἐκτυπούμενα, ἀλλ' οὖν γε οἱ τύποι ἀπ' ἀρχῆς ὑπὸ τεχνίτου χειρὸς γεγόνασι· καὶ ἡ νὺξ τοίνυν οὐκ αὐτομάτη συνίσταται, ἀλλὰ τῆς χέρσου ὑπάρχει ἀποσκίασμα, καθὼς μικρὸν ὕστερον ἀποδείξω, νῦν ἡμᾶς τοῦ καιροῦ ἐπὶ τὴν θείαν τῶν μυστικῶν τελετὴν συνωθοῦντος, καὶ τοῦ θιάσου καραδοκοῦντος.

(79) *Τόπῳ.* Forte τύπῳ. Ed.

universi hujus adoratur; prorsus ut periti medici non recidunt a vertice delatum ad oculos fluxum, ita per iridem aquarum infusionem velut in forma quadam extentam in subjecto sole, instar cucurbitulæ per radios nubes congregante, ac veluti calido cauterio aquam fundentes venas exsiccante.

INTERROGATIO CXIV.

Tenebras quidem primigenias dixisti per separationem cœlestis corporis esse factas, quod quidem recte dicitur. Quomodo vero noctem videmus sponte fieri, nulla forma expressam?

Responsio.

Supra quidem de nocte rationem reddidi, et nunc obscura similitudine utens demonstrabo non fortuito ipsam exstitisse, neque extra divinam manum. Quemadmodum turres ab ædificantibus exstruuntur, et sculpta vel conflata per artificis manum perpoliuntur; ab ipsis autem umbræ redditæ non ab artifice fieri solent, sed per ea quæ ab illis facta sunt efficiuntur. Proinde si alia quædam cum aliis exsistere solent, forma alicujus expressa: utique et formæ ab initio manu opificis factæ sunt. Ideoque nox quoque non per se exsistit, sed umbra terræ est, quemadmodum paulo post demonstrabo, quando nos modo ratio temporis ad peragenda sacra mysteria, sancto cœtu nos exspectante, compellit.

ΔΙΑΛΟΓΟΣ Γ'.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΕ'.

Χθὲς τῆς ὥρας κατεπειγούσης, σήμερον ἡμῖν τὰ λείψανα τῆς τραπέζης ἐκείνης ἀπόδος, τὰ περὶ νυκτὸς ἡμῖν πλατυτέρως σαφηνίζων, καὶ διὰ τί ἡ ἀρχέγονος ἡμέρα, οὐ πρώτη παρὰ τῆς Γραφῆς εἴρηται, ἀλλὰ μία· ὅπερ ἀνοίκειον πρὸς τὰς ἐπιγόνους μοι φαίνεται. Εἰ γὰρ δευτέρα καὶ τρίτη αἱ μετ' αὐτὴν ὀνομάζονται, ἀκολουθότερον ἦν κατάρχουσαν αὐτῶν πρώτην καὶ οὐχὶ μίαν λεχθῆναι.

Ἀπόκρισις.

Τὸ ἡμερονύκτιον μίαν φησὶν ἡμέραν, τῷ ἐπικρατεστέρῳ τοῦ παντὸς διαστήματος, τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν τὸ κῦρος ἀπένειμεν. Οὕτω γὰρ φράζειν εἴωθε πολλαχοῦ ἡ θεία Πυκτή, ἐν τῇ ἀριθμήσει τοῦ χρόνου ἡμέρας ἀριθμοῦσα, οὐχὶ δὲ καὶ νύκτας. Ἀκούεις δὴ τοῦ θείου μελῳδοῦ· *Αἱ ἡμέραι ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη.* Πρὸ τούτου δὲ Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης φησίν· *Αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς μου μικραὶ καὶ πονηραί.* Πάλιν δὲ ὁ τῶν θείων μελῳδός φησι· *Καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου.* Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος εὐαγ-

DIALOGUS III.

INTERROGATIO CXV.

Quia tempus heri plus æquo nos urgebat, hodie nobis illius mensæ reliquias exponito, quæque de nocte tractanda veniunt, latius nobis edissere; et quare *dies illa* primigenia non sit prima sacris in Litteris dicta, sed *una* [93]. Id quod mihi minus convenire videtur ad eas quæ post ortæ sunt. Nam si secunda et tertia fuere, quæ post istam nominantur, convenientius erat, eam quæ harum erat exordium, primam, non unam, dici.

Responsio.

Diem cum nocte conjunctam, diem vocat auctor historiæ, potiorique parti totius intervalli viginti quatuor horarum, primas partes tribuit. Sic enim multis in locis divina pagina loqui consuevit, in supputatione temporis dies numerans, non noctes. Audis quid dicat divinorum ille carminum auctor: *Dies annorum nostrorum annos septuaginta* [94] continent. Ante hunc autem Jacobus ille patriarcha inquit: *Dies vitæ meæ pauci et mali* [95]. Rursus idem auctor divinorum carminum inquit: *Ut habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ* [96].

[93] Gen. I, 5. [94] Psal. LXXXIX, 10. [95] Gen. XLVII, 9. [96] Psal. XXII, 6.

Quin et divus inquit evangelista : *Ante sex dies Paschæ venit Jesus in Bethaniam* [97]. Et Dominus ipse divinitus suos alloquens ait : *Scitis post biduum actum iri Pascha* [98]. Quapropter quæ nunc in specie narrationis tradita sunt, pro lege in sequentibus habeantur : *Et fuit*, inquit, *vesper et fuit mane, dies unus* [99] : cum dies jam ante præcessisset, exstitit vesper, ex vespere vero nox, ex nocte autem mane, ubi jam unius diei finis est, quæ per viginti quatuor horas diei potiorem partem sibi vindicat, subaudita videlicet nocte sub appellatione diei, per viginti quatuor horas. Quo fit ut etiam tempore conversionum solis æstivarum, quæ solstitia vocant, noctem dies intervallis excedat. At tempore quod æquinoctio destinatum est, prorsus oportet utrasque æquales esse, vicissim a se invicem auferentes id quod deest. Sed et cœli facies, rursus ad eamdem reversa constitutionem, una dies merito appellatur; quemadmodum in terra fieri solet, ut interjectum ab uno florum proventu ad alium, tempus, annus vocetur. Quamobrem quoties vesper et mane secundum solis circuitum mundum occupat, non in tempore majore quam unius diei spatio, significetur dies una cum nocte conjunctus, et luminarium ad priorem constitutionem reversio. Vel potius tribui plus debere mihi videtur illi rationi, quæ secreto traditur. Quod nimirum qui temporis naturam fecit Deus, in mensuras ejus et signa, dierum intervalla ordinaverit, ipsumque per hebdomadem dimetiens, semper hebdomadem in semetipsam revolvi jubet, temporis hoc modo dinumerans motum, sicut hebdomadem rursus explet dies, septies in semetipsam revoluta. Id autem circularis est figura, a semetipso incipere, et in semetipsum desinere : quod scilicet etiam ævi proprium est; et in semet ipsum reverti nusquam terminatum. Propterea caput temporis non primam dierum, sed unam nominavit, ut ipsa appellatione cognationem cum ævo haberet. Quandoquidem enim unitatis, et ejus quod communionis ad aliud expers est, notam nobis ostendit, proprie et convenienter appellata est una, cum ipsa in seipsa per omne sæculum in seipsam revolvatur.

γελιστής φησιν· *Πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Βηθανίαν.* Αὐτὸς δὲ θεηγορῶν, φησίν· *Οἴδατε, ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ Πάσχα γίνεται.* Ὡς τὰ νῦν ἐν ἱστορίας εἴδει παραδοθέντα, νομοθεσία ὑπάρχει πρὸς τὰ ἑξῆς· *Καὶ ἐγένετο*, φησὶν, *ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία·* δηλονότι προϋπαρχούσης τῆς ἡμέρας ἐγένετο ἑσπέρα, ἐκ δὲ τῆς ἑσπέρας, νὺξ, ἐκ δὲ τῆς νυκτὸς πρωῒ, ἔνθα περατοῦται ἡ μία ἡμέρα, διὰ τῶν τεττάρων καὶ εἴκοσι ὡρῶν τῆς μιᾶς ἡμέρας τὸ κῦρος ἔχουσα, συνυπακουομένης δηλονότι τῆς νυκτὸς τῇ ἡμέρᾳ διὰ τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν. Ὥστε καὶ ἐν ταῖς τροπαῖς τοῦ ἡλίου συμβαίνει ταύτην ἐκείνης ὑπερβαίνειν τοῖς διαστήμασιν. Ἀλλὰ τότε ἀφωρισμένῳ χρόνῳ τῆς ἰσημερίας, δεῖ πάντως ἰσομοίρους τυγχάνειν ἀμφοτέρας, ἀντισπωμένας παρ' ἀλλήλων τὸ λεῖπον. Καὶ ἡ τοῦ οὐρανοῦ δὲ ὄψις ἐπὶ τὴν αὐτὴν πάλιν ἀποκατάστασιν, μία ἡμέρα εἰκότως προσαγορεύεται· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς χέρσου γίνεσθαι πέφυκεν, ἐκ τῆς αὐτῆς ἀνθοφορίας ἐπὶ τὴν αὐτὴν, ἐνιαυτὸν ὀνομάζεσθαι. Ὥστε οὖν ὁσάκις ἑσπέρα καὶ πρωῒ κατὰ τὴν τοῦ ἡλίου περίοδον ἐπιλαμβάνει τὸν κόσμον, μὴ ἐν πλείονι καιρῷ, ἀλλ' ἐν μιᾶς ἡμέρας διαστήματι σημαίνεσθαι τὸ ἡμερονύκτιον, καὶ τὴν αὐτὴν τῶν φωστήρων ἀποκατάστασιν· ἢ μᾶλλον [ἢ] κυριώτερός μοι δοκεῖ ὁ ἐν ἀπορρήτοις παραδιδόμενος· ὅτι ὁ τὴν τοῦ χρόνου φύσιν κατασκευάσας Θεὸς, μέτρα αὐτῷ καὶ σημεῖα τὰ τῶν ἡμερῶν ἔταξε διαστήματα· καὶ ἑβδομάδι αὐτὸν ἐκμετρήσας, ἀεὶ τὴν ἑβδομάδα εἰς ἑαυτὴν ἀνακυκλοῦσθαι κελεύει, ἐξαριθμῶν τοῦ χρόνου τὴν κίνησιν· τὴν ἑβδομάδα δὲ εἰς ἑαυτὴν ἀνακυκλοῦσθαι, πάλιν (80) ἐκπληροῦν τὴν μίαν ἡμέραν, ἑπτάκις αὐτὴν εἰς ἑαυτὴν ἀναστρέφουσαν. Τοῦτο δὲ κυκλικὸν ὑπάρχει σχῆμα, ἀφ' ἑαυτοῦ ἄρχεσθαι, καὶ εἰς ἑαυτὸ καταλήγειν· ὃ δὴ καὶ τοῦ αἰῶνος ἴδιον, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναστρέφειν μηδαμοῦ περατούμενον. Διὸ τὴν κεφαλὴν τοῦ χρόνου, οὐ πρώτην ἡμερῶν, ἀλλὰ μίαν ὠνόμασεν, ὅπως τῇ προσηγορίᾳ τὸ συγγενὲς ἔχῃ πρὸς τὸν αἰῶνα. Τοῦ γὰρ μοναχοῦ καὶ ἀκοινωνήτου πρὸς ἕτερον τὸν χαρακτῆρα δεικνῦσα, οἰκείως καὶ προσφυῶς προσηγορεύθη μία, αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ διὰ παντὸς αἰῶνος ἀνακυκλουμένη εἰς ἑαυτήν.

INTERROGATIO CXVI.

Et quonam pacto Litteræ sacræ multa esse sæcula demonstrantes, sæcula vocant sæculorum? Et Davides in fine psalmi dicit : *Confitemini Domino, cœli, quoniam in omnia sæcula misericordia ejus* [1]? Et rursus idem : *Exaltabo te, Deus meus, rex meus, et benedicam nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi* [2]? Ecce tria sæcula in centesimo quadragesimo quarto psalmo. Sed et in iis quæ dicuntur a sacrorum ministris, Deo gratiarum actionem offerentibus, et imperium in omnia tribuentibus, hæc proferri audimus : *Imperium et regnum, et potestas.*

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙϚ'.

Καὶ πῶς ἡ Γραφὴ πολλοὺς αἰῶνας ἐμφαίνουσα, λέγει αἰῶνας αἰώνων; καὶ Δαβὶδ πρὸς τῷ τέλει τοῦ ψαλμοῦ φησιν· *Ἐξομολογεῖσθαι* (81) *τῷ Κυρίῳ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τὸ ἔλεος αὐτοῦ*; καὶ πάλιν ὁ αὐτός· *Ὑψώσω σε, ὁ Θεός ὁ βασιλεύς μου, καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*; Ἰδοὺ τρεῖς αἰῶνες ἐν τῷ ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ τετάρτῳ ψαλμῷ. Ἀλλὰ καὶ τῶν παρὰ τῶν ἱερέων ἀκούομεν τῷ Θεῷ εὐχαριστίαν ἀναφερόντων, καὶ τὸ κράτος κατὰ πάντων ἀπονεμόντων, ὅτε φασί· *Τὸ κράτος, καὶ ἡ*

[97] Joan. XII, 1. [98] Matth. XXVI, 2. [99] Gen. I, 5. [1] Psal. CXXXV, 26. [2] Psal. CXLIV, 1.

(80) Ἀνακυκλοῦσθαι, πάλιν. Leg. ἀνακυκλοῦσθαι, καὶ πάλιν, vel ἀνακυκλουμένην, πάλιν. EDIT.

(81) Ἐξομολογεῖσθαι. Leg. ἐξομολογεῖσθε. ID.

βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτων πολλοὺς αἰῶνας ἀριθμεῖν παιδευόμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀμείψεις πραγμάτων καὶ καταστάσεων, οὐ περιγραφὰς δὲ καὶ πέρατα, ἢ διαδοχὰς αἰώνων. *Ἡμέρα* γὰρ *Κυρίου μεγάλη καὶ ἐπιφανὴς*, φησὶν ὁ προφήτης· καὶ πάλιν, *Ἵνα τί ὑμῖν ζητεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου; καὶ αὕτη σκότος, καὶ οὐ φῶς*· σκότος δηλονότι τοῖς ἀξίοις, ἐπεὶ ἀνέσπερον καὶ ἀδιάδοχον τὴν ἡμέραν ἐκείνην οἶδεν ὁ λόγος· ἣν καὶ ὀγδόην ὁ τῶν θείων μελῳδὸς προσηγόρευσεν, *Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης* ἐπισημάνας τῶν ἑαυτοῦ ψαλμῶν (81*). ἕτερον δὲ, γραφῇ, *Ὑπὲρ κληρονομούσης*, ὡς ταύτης καὶ μόνης τὰς λοιπὰς κληρονομούσης ἡμέρας, τοῖς ἀπεράντοις καὶ ἀτμήτοις διαστήμασι, τὸ δὲ κατὰ πάντων κῦρος ἀναδησαμένης, διὰ τὸ ὑπερτερεῖν καὶ ἔξω κεῖσθαι τοῦ ἑβδοματικοῦ τούτου κύκλου. Ὥστε κἂν ἡμέραν φήσω, κἂν αἰῶνα, τὴν αὐτὴν φημι ἔννοιαν. Εἴτε γὰρ ἡμέρα εἴη, μία ἔσται, καὶ οὐ πολλαί· εἴτε αἰὼν προσαγορεύων (82), μοναχὸς ἂν εἴη καὶ ἀπέραντος. Πρὸς τὴν μέλλουσαν οὖν ζωὴν ἀνάγων ἡμῶν τὴν ἔννοιαν, μίαν ἔγραψε τὴν εἰκόνα τοῦ παντὸς αἰῶνος Μωσῆς ὁ ἱεροφάντης, τὴν ἀπαρχὴν τῶν ἡμερῶν, τὴν ὁμήλικα τοῦ φωτὸς, τὴν θείαν καὶ σεπτὴν Κυριακὴν, τὴν τῇ ἀναστάσει τοῦ Κυρίου τετιμημένην.

et gloria Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Responsio.

At ex istis non docemur multa numerare sæcula, sed et mutationes rerum et statuum, non circumscriptiones et terminos aut successiones sæculorum. *Dies* enim *Domini magnus et illustris*, inquit propheta [3]. Et iterum : *At quid vobis prodest quærere diem Domini? etiam ipsa erit caligo, non lux* [4]. Caligo scilicet iis qui sic merentur, siquidem absque vespere ac successione diem illam fore scimus, quam et octavam divinorum carminum auctor appellavit : *Pro octava* psalmos suos inscribens [5]. Alium item psalmum inscribit : *Pro ea quæ hæreditatem accipit* [6] : quasi hæc sola reliquarum dierum sit hæres, per infinita et expertia sectionum ullarum spatia cunctarum rerum imperio redimita : propterea quod superior sit, et extra septenarium hunc circulum posita. Quamobrem sive diem appellavero, sive sæculum et ævum : eodem utrumque proferetur intellectu. Sive enim dies fuerit, una erit, et non multæ; sive sæculum appelletur, unicum quid fuerit, et absque termino. Ad futuram igitur vitam subducens nostrum intellectum, unam diem dixit interpres ille rerum sacrarum Moses, ut quæ sit imago totius æternitatis, primitiæ dierum, coæva lucis, divina denique ac veneranda illa Dominica, quæ etiam ex Domini resurrectione honorem peculiarem est consecuta.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΖ'.

Ἐπειδὴ λέγουσί τινες ἐπαοιδίαις καὶ γοητείαις τὴν σελήνην κατάγεσθαι οὐρανόθεν· καὶ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἀνθρωπότητος τῇ φήμῃ ταύτῃ κρατηθὲν, σίδηρον καὶ χαλκὸν κρούοντες, ὥσπερ ἐν ἐκστάσει γενομένην τῷ ἤχῳ, τῆς πλάνης αὐτὴν ἐπανάγεσθαι νομίζουσιν.

Ἀπόκρισις.

Μῦθοί τινες καταγέλαστοι ὑπὸ γραῶν κωθωνιζομένων πάντῃ διεδόθησαν παραληρούμενοι, μαγγανείαις τισὶ τῆς οἰκείας ἕδρας ἀποκινεῖσθαι, καὶ πρὸς γῆν αὐτὴν φέρεσθαι, καὶ ψηλαφᾶσθαι· ὅπερ πάσης ἀλογίας καὶ τῆς ἐσχάτης ἀπονοίας ὑπάρχον μοι δοκεῖ τὸν θεῖον παρακρούεσθαι μελῳδὸν, ᾄδοντα· *Σελήνην, καὶ ἀστέρας ἃ σὺ ἐθεμελίωσας*. Ποῖος δὲ ἄρα τόπος κατασπασθεῖσαν αὐτὴν ὑπεδέξατο; Ἧς δι' ἀμυδρᾶς εἰκόνος ἀποδείξω τὸ μέγεθος τοῖς εἰκαιοβούλοις· Αἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην πόλεις πλεῖστον ἀλλήλων διεστῶσαι ταῖς κατὰ τὴν ἑῴαν κειμέναις καὶ τὴν ἑσπέραν, καὶ διαφόροις τῆς χέρσου ῥυμοτομίαις καὶ ὄχθαις, ἰσομοίρως πᾶσαι τὸ σεληνιαῖον φῶς ὑποδέχονται, ὅπερ τοῖς ἀρτίφροσιν ἱκανὸν πάσαις αὐτὴν ἀντιπρόσωπον καὶ ὑπερμεγέθη τυγχάνειν. Εἰ μὴ γὰρ οὕτως ἦν, πάντως ἂν τοὺς ἐπ' εὐθείας κατεφώτισε μόνους, τοῖς δὲ τὸ εὖρος αὐτῆς ὑπερπίπτουσιν ἐγκεκλιμέναις αὐγαῖς, διὰ τῶν πλαγίων παραθέουσα, προσέβαλεν

INTERROGATIO CXVII.

Quomodo dicunt aliqui, incantamentis et præstigiis lunam cœlo detrahi? Maxima certe generis humani pars hujus rei fama persuasi et occupati, ferrum et æs pulsando, tanquam e potestate egressam per strepitum ab errore liberari putant.

Responsio.

Fabulæ quædam ridiculæ ab aniculis somniantibus ubique disseminatæ sunt, quarum delirium est, imposturis quibusdam propria sede lunam moveri, et ad ipsam terram ferri et contrectari. Id quod omnis absurditatis et extremæ dementiæ plenum refutare mihi, divinorum ille carminum auctor videtur, cum canit : *Lunam et stellas tu fundasti* [7]. Qualis autem locus, quæso, detractam ipsam unquam excepit? cujus exili quadam imagine magnitudinem vanis illis hominibus demonstrabo. Quæ per orbem terrarum sunt urbes, plurimum a se invicem secundum orientalem et occidentalem plagam dissitæ sunt, ac diversis viarum sectionibus editisque locis sejunctæ. Nihilominus æqualiter omnes lunare lumen suscipiunt. Id quod cordatis sufficit, omnibus ipsam urbibus obversam, et eximiæ magnitudinis esse. Nisi enim sic comparata res foret, omnino eos illustraret solos, qui recta

[3] Joel II, 1 sec. LXX. [4] Amos V, 18. [5] Psal. VI, 1; XI, 1. [6] Psal. V, 1. [7] Psal. VIII, 4.

(81*) *Τῶν . . . ψαλμῶν*. Anne τὸν . . . ψαλμόν? Edit.

(82) *Αἰὼν προσαγορεύων*. Fort. αἰῶνα προσαγορεύσω. Id.

ipsi opponerentur : qui vero ad latus siti essent, eos inclinatis depressisque radiis oblique prætercurrens tantum attingeret. Non minus enim alia ratione eadem de hac declarabuntur. Si quando igitur ab excelso montis vertice campum conspiceres ingentem et planum, quantæ, obsecro, magnitudinis esse tibi viderentur boum juga? quantæ, aratores? quantæ, bubulcus aliquis cum mille boum armento, aut innumerus agnorum grex ad paludem balans? quantæ, ferociens equorum armentum, et in pratis exsultans? An non tibi formicis exiliores viderentur? Quod si etiam e specula vel aliquo colle ad amplissimum pelagus conversus, defixos in mare oculos conjiceres, quantæ tibi magnitudinis esse viderentur insulæ vel maximæ? quantæ, onerata quæpiam infinitis mercibus navis cum albis velis cæruleo invecta mari? An non quavis columba exiliorem tibi speciem aspectumque exhiberet, visu in aere absumpto, et evanescente ob intervallum, quo minus accurate ipsam oculus comprehendat? Itidem nonnullis in locis montes sunt maximi, qui in profunditatibus ambiuntur per convalles, et torrentium alveis cinguntur, ad quorum eminentias levis fluxusque visus fertur, et solam attingit superficiem, cum interjacentes concavitates penetrare et inspicere propter imbecillitatem nequeat. An non etiam quadratæ, et ad nubes altitudine pertingentes turres, humiles et rotundæ multis videntur ratione intervalli? Proinde nisi eximie magnum sit lunare corpus, non sane similiter omnibus ubique simili luce conspiceretur, amplitudine sua universæ terræ non cedens, simulque manifestam et his qui procul a terra in mari navigant, magnitudinis speciem præbens, et radiis suis lucens.

ἄν. Οὐδὲν ἧττον καὶ ἑτέρως τὰ περὶ ταύτης σαφηνισθήσεται. Εἴποτε οὖν ἀφ' ὑψηλῆς ἀκρωρείας πεδίον ἐθεάσω πολὺ καὶ ὕπτιον, ἡλίκα μέν σοι τῶν βοῶν κατεφάνη τὰ ζεύγη; πηλίκοι δὲ οἱ ἀροτῆρες, ἢ σὺν τῇ χιλιόμβῃ ὁ βουκόλος, ἢ τὸ μυρίαμνον ἐπὶ τοῦ ἕλους βληχόμενον; πηλίκη δὲ ἡ τῶν ἵππων ἀγέλη γαυριῶσα, καὶ ἐπὶ τῶν λειμώνων σκαίρουσα; εἰ μή σοι μυρμήκων ἀμυδρότεροι ἔδοξαν; Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ σκοπιᾶς ἢ γεωλόφου τινὸς ἐπὶ μέγιστον πέλαγος τετραμμένος, τῇ θαλάττῃ τὰς ὄψεις ἐπέβαλες, ἡλίκαι μέσαι (82*) ἔδοξαν τῶν νήσων αἱ μέγισται; πηλίκη δέ σοι ὠράθη μία τῶν μυριοφόρων ὁλκάδων, λευκοῖς ἱστίοις ὑπὲρ κυανῆς ποντοποροῦσα θαλάσσης; εἰ μὴ πάσης περιστερᾶς ἀμυδροτέραν σοι τὴν ἱστορίαν παρέσχετο, ἐνδαπανωμένης τῷ ἀέρι τῆς ὄψεως, καὶ ἐξιτηλουμένης τῷ διαστήματι, πρὸς τὴν ἀκριβῆ κατανόησιν; Ἤδη δέ που καὶ τῶν ὀρέων τὰ μέγιστα, βαθείαις ἐῤῥιγμένα (83) φάραγξιν καὶ χαράδραις περιφέρεται· καὶ λεία ἡ ὄψις ὑποτίθεται, ταῖς ἐξοχαῖς ἤτοι ἐπιφανείαις προσβάλλουσα μόναις, ταῖς δὲ μεταξὺ κοιλότησιν ἐμβῆναι καὶ ἐναθρῆσαι δι' ἀτονίαν μὴ δυναμένη. Οὐ δὲ τετράγωνοι καὶ νεφομήκεις τῶν πύργων, χθαμαλοί τε καὶ ἐμπερεῖς (83*) δοκοῦσι πολλοῖς τῷ διαστήματι; Ὥστε εἰ μὴ παμμέγεθες ὑπῆρχε τὸ σεληναῖον σῶμα, οὐκ ἂν ὁμοίως πᾶσι πάντοθεν ἰσοφαὴς ἐφαίνετο, τῆς χέρσου πάσης τῷ εὔρει μὴ δευτεροῦσα, ἐναργῆ ἅμα καὶ τοῖς πόῤῥω ταύτης ποντοποροῦσι, τοῦ μεγέθους τὴν ὄψιν παρεχομένη καὶ αὐγάζουσα.

INTERROGATIO CXVIII.

Quid igitur sibi vult, quod sanguinea fit aliquoties, et variatur atque dissipatur?

Responsio.

Equidem hoc aspectu puto bellicas effusiones sanguinis significari, aut per subvectionem obfuscati a terra aeris turbidam reddi ejus lucem et splendorem, variarique per pulverem hunc speciem ipsius, donec provecta pulverulentum fuliginosumque locum evaserit : partim enim pinguis et densa, partim adusta et cinerea est terra, nonnullis in locis denique crassior et gravior est. Unde videtur, pulvere circumdatam lunam mutari. Sæpe quidem fieri videmus, ut fumi exhalatio, vel pulvis nimius aliquid apud nos obscuret, et procella vel nebula solares radios hebetet. Vel potius causa omnium est evidentissima, quod cum soror sit solis, et ejusdem matris Sapientiæ filia, nempe Christi, non ferat quæ inferuntur ipsi ab impiis contumeliæ, quemadmodum et sol idem in suo diurno cursu demonstravit caligine puniens vesanam Judæorum et Deum necantem phalangem, contractioneque radiorum fugiens, ne aspiceret creatorem suum ligno

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΗ'.

Τί οὖν βούλεται τὸ ὕφαιμον αὐτὴν πολλάκις γίνεσθαι, καὶ ἀλλοιοῦσθαι καὶ σκορπίζεσθαι;

Ἀπόκρισις.

Τῷ σχήματι τούτῳ οἶμαι, πολεμικὰς αἱμοῤῥοΐας (84) σημαίνεσθαι, ἢ τῷ ἀναῤῥιπισμῷ τοῦ ἀπὸ γῆς αἰθαλομένου ἀέρος ἐπιθολοῦσθαι αὐτῆς τὴν φαῦσιν καὶ λαμπρότητα, καὶ ἀλλοιοῦσθαι τῷ χοῒ τὴν ὄψιν, μέχρις ἂν διιππεύουσα, ἔξω τοῦ ἐκκόνου (84*) καὶ αἰθαλώδους τόπου γένηται. Πῇ μὲν γὰρ πίων καὶ παχυτέρα, πῇ δὲ διακεκαυμένη καὶ τεφρώδης, ἑτέρωθι δὲ ὑλικὴ καὶ βαρυτέρα ἡ χέρσος πέφυκεν. Ὅθεν δοκεῖ μοι, κονιζομένην αὐτὴν ἀλλοιοῦσθαι· πολλάκις δὲ, καὶ καπνοῦ ἀναθυμίασις, ἢ κόνις πλεονάζουσα, τὸ παρ' ἡμῖν ἠμαύρωσε, καὶ καταιγὶς ἢ ὁμίχλη τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ἤμβλυνεν. Ἢ μᾶλλον τὸ πᾶν ἐναργέστερον· οἷον, ἀδελφὴν τυγχάνουσαν τοῦ ἡλίου, καὶ τῆς αὐτοῦ μητρὸς τῆς Σοφίας, Χριστοῦ, μὴ φέρειν τὰς εἰς αὐτὸν δρωμένας ὑπὸ τῶν ἀθέων ὕβρεις· ὅπερ ἐκεῖνος ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ἡμερινῷ δρόμῳ ἐπεδείξατο, σκότῳ παίων τὴν φρενίτιδα καὶ Θεοκτόνον Ἰουδαίων φάλαγγα, τῇ συστολῇ τῶν ἀκτίνων φεύγων ἱστορῆσαι τὸν σφῶν ποιητὴν ξύλῳ καθηλούμενον τῷ προσλήμ-

(82*) *Μέσαι.* Forte μέν σοι. EDIT.

(83) *Ἐῤῥιγμένα.* Forte ἐῤῥηγμένα, vel ἐῤῥηγμέναις. ID.

(83*) *Ἐμπερεῖς.* Anne ἐμφερεῖς; ID.

(84) *Αἱμοῤῥοΐας.* Al. αἱμοῤῥύας. Sic et sub initium sequentis Interrogat. CXIX, ἀποφυτῶσαν pro ἀποφοιτῶσαν ex solemni permutatione οι et υ, ut advertit Cotelerius *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, pag. 538, permultis in hanc sententiam veterum scriptorum locis in medium adductis.

(84*) *Ἐκκόνου.* Forte ἐγκόνου, *pulverulentus* EDIT.

ματι, καὶ δόρατι ἀμυσσόμενον. Τοῦτό μοι δοκεῖ δρᾶσθαι ὑπὸ τῆς φαίνακος, τὸν ἀδελφὸν μιμουμένης, ἐν τῷ κατ' αὐτῆς νυκτιαίῳ δρόμῳ, τῶν ἐπὶ τύμβους καὶ βωμοὺς αὐτομολούντων γοήτων, καὶ τῶν ἐκεῖ τολμωμένων μιαιφονιῶν καὶ παιδοσφαγιῶν, καὶ σπλάγχνων οἰκείων κατατομῶν, ὧν ἐπὶ τῶν ἡπάτων σπαιρόντων οἱ μιαιφόνοι τῷ αἵματι χραίνονται. Ὧν τὸ ἄθεον εἰκότως ἐκτραγῳδῶν Δαβὶδ ὁ θεσπέσιος, φησί· *Καὶ ἔθυσαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαιμονίοις, καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῷον, αἷμα υἱῶν αὐτῶν καὶ θυγατέρων ὧν ἔθυσαν τοῖς γλυπτοῖς Χαναάν*· καὶ μεθ' ἕτερα τὸν ἀμητὸν αὐτοῖς τῶν οἰκείων σπερμάτων φησί· *Καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἐβδελύξατο τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.* Ἐπεὶ οὖν καὶ νῦν πλεῖστοι τῷ Ἑλληνικῷ ζόφῳ ἐπισκοτούμενοι, καὶ λεληθότως τῇ προγονικῇ πλάνῃ ὑποκύπτοντες, καὶ τῇ πάλαι τῶν λογισμῶν μιαιφονίᾳ, ἐπὶ γεωλόφοις, ἢ καὶ τύμβοις, ἢ μνήμασι νύκτας (85) ἀποσχολάζοντες, κνίσσαις καὶ αἵμασι τοὺς δαίμονας θεραπεύοντες, οἴκοι ποτνιώμενοι ἐφ' οἷς κρ. . . . . . μέντοι καθιεμένη ἡ φαίναξ αὐτὴν ἰλιγγιᾷ καὶ πτήσσει καὶ συγκαλύπτεται, τῷ νέφει ἐνδύνουσα, καὶ ἀπαξιοῦσα ἐπιβαλεῖν τοῖς ἀναξίοις τὸ φάος, κατ' εἰκόνα τοῦ ἀδελφοῦ· ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου ἢ ἀκρωρείας οὐρανόθεν τῇ ἀλλοιώσει ἐπιβοῶσα, καὶ σκότῳ παίουσα καὶ εἴργουσα τοὺς μιαιφόνους τοῦ ἀθέου δράματος.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΙΘ'.

Εἰ οὐκ ἀνόμοιος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ, ἀλλ' ἴσος κατὰ πάντα καὶ ὁμότιμος, καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως, πῶς αὐτὸς λέγει, *Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, καὶ ὁ Πατήρ μου ὁ γεωργός;* Οὐ γὰρ [ἡ] αὐτὴ φύσις ἐστὶ γεωργοῦ καὶ ἀμπέλου· ἡ μὲν γὰρ ὑπάρχει λογικὴ καὶ ἔμψυχος, ἡ δὲ ἄλογος καὶ ἄψυχος.

Ἀπόκρισις.

Οὐκ ἐπαινῶ σὴν ἀστατοῦσαν τὴν ἀγχίνοιαν, καὶ πολλάκις ἔξω τῶν προκειμένων ἀποφοιτῶσαν, καὶ τῇ ἀλλοκότῳ πεύσει με διαστρέφουσαν. Καὶ εἰ μὲν βουλόμενος τοῦτο ποιεῖς, ἐπίγνωθι γινωσκόμενος· εἰ δ' ἁπλῶς τὰ φυόμενα τῇ διανοίᾳ προφέρεις, συγγνώμην ἔχε, κἀμοὶ ταύτην δωρούμενος. Τὰ δὲ Χριστιανῶν, πίστει κρατύνεται, καὶ οὐ συλλογισμοῖς, δι' ὧν οἱ πλεῖστοι τῶν φρενῶν ἐξετινάχθησαν. Ἆρα γὰρ Παῦλος καὶ Ἀπολλὼς ἑτέρας ὑπῆρχον παρὰ τὴν Ἐκκλησίαν φύσεως; Γράφει γὰρ τῷ θιάσῳ τῆς Ἐκκλησίας ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν· *Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν.* Ἆρ' οὖν ἄψυχος καὶ ἄλογος ἡ Ἐκκλησία ὑπὸ Παύλου φυτευομένη καὶ Ἀπολλῷ ποτιζομένη τῇ τῶν ἐντολῶν ἀρδείᾳ καὶ ἐνφυτεύσει;

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚ'.

Διατί προέδωκεν ὁ Θεὸς τὸν Ἰὼβ τῷ διαβόλῳ, αὐτὸς μαρτυρῶν αὐτοῦ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῇ ἀληθινῇ

clavis affixum ratione assumpti, et hasta vulneratum. Idem ergo mihi videtur agi a luna fratrem imitante, dum tempore nocturni cursus ejus ad sepulcra et aras eunt præstigiatores, et illic perpetrantur cædes ac puerorum mactationes, et viscerum propriorum dissectiones, quorum sanguine palpitantibus adhuc jecinoribus impii parricidæ polluuntur. Quorum impietatem non abs re tragice velut exponens Davides ille divinus, inquit: *Et mactaverunt filios suos et filias suas dæmoniis: et effuderunt sanguinem innoxium, sanguinem filiorum suorum et filiarum, quem immolaverunt sculptilibus Chananæorum*[8]. Et post alia, messem ejus sementis ipsis indicans, ait: *Et iratus est furore Dominus super populum suum, et abominatus est hæreditatem suam*[9]. Quandoquidem igitur nunc quoque plurimi gentilitia caligine involuti, clanculum majorum suorum errori se submittunt, priscam cogitationum cædem in collibus aut sepulcris aut monumentis noctu exercent, nidoribus et sanguine dæmones venerantur, quos ipsos etiam domi supplices adorant: idcirco luna, quanquam se non dimittat, præ dolore tamen æstuat, exhorret, abdit sese, nubem induens, fratris exemplo splendorem suum indignis largiri dedignatur, cœlitus velut ex aliqua specula vel sublimi loco, per ipsam immutationem sui clamans et caligine puniens atque coercens homicidas ab impio facinore.

INTERROGATIO CXIX.

Si non est inæqualis Dei Filius Deo et Patri sed par in omnibus, et ejusdem honoris ejusdemque naturæ, quomodo inquit ipse: *Ego sum vitis, et Pater meus agricola*[10]? Non enim eadem natura est vitis et agricolæ, cum hæc quidem sit rationalis et animata, illa vero rationis expers et inanima.

Responsio.

Non laudo tuam inconstantem sagacitatem, quæ multum et extra propositum exorbitat, et aliena quæstione me distrahit. Et si quidem volens id facis, agnoscito me hoc animadvertere. Sin vero simpliciter in mente genita profers, veniam tibi dari scito, quam et mihi vicissim benigne largieris. Christianorum quidem certe dogmata fide continentur et fulciuntur, non ratiocinationibus, per quas plurimi prorsus mentem amiserunt. Num enim diversæ Paulus et Apollos erant, respectu Ecclesiæ, naturæ? Scribit enim sacro cœtui Ecclesiæ mentis intelligentia sublimi præditus ille Apostolus: *Ego plantavi, Apollos rigavit, ac Deus incrementum dedit*[11]. Num igitur inanima et rationis expers erat Ecclesia a Paulo plantata, et ab Apollo rigata, per irrigationem et insitionem præceptorum?

INTERROGATIO CXX.

Quare Deus diabolo Jobum tradidit, cum tamen ipse testimonium illius justitiæ perhibeat, et veræ

[8] Psal. CV, 37, 38. [9] ibid. 40. [10] Joan. XV, 1. [11] I Cor. III, 6.

(85) *Νύκτας.* Forte νυκτός. EDIT.

atque irreprehensibili vivendi rationi? Simul da veniam non cohærenti cum superioribus interrogationi. Non enim tentandi gratia hoc facio.

Responsio.

Non ipsum, sed quæ ipsius erant, non tradidit, sed concessit, exercens Jobum ipsum ad fortitudinem, et abducens per res luteas carnis expertem adversarium a tentatione hominis justi.

INTERROGATIO CXXI.

Recte dixisti, non ipsum, sed quæ ipsius erant, tradita fuisse. Quid igitur? an non ipse erat qui vermibus perfodiebatur, et ab eis comedebatur, et saniem testa radebat?

Responsio.

Minime per corporea vulnera lædebatur animus: nec vermes, licet utrem perforarent, intus repositum thesaurum adoriri poterant. Non enim corpus Jobus erat, sed Jobus erat ipsa vis animi rationis particeps; Jobi vero, corpus; corporis, res aliæ terrestres cognatæ. Nam in anima rationali mens est scientiæ rationalis capax. Quod autem rationis est expers, sensu caret et luteum est. Nihilominus propter commistionem eorum quæ diversi sunt generis, et unionem animalium rationalium, merito appellatur homo. Concedit igitur Deus hosti externa, ut innotescant omnibus interiora regis sceptra, suis fulgoribus obscurantia purpuram aspectabilem et diadema. Præerat enim solus regioni Usitarum cum imperio, priusquam a vermibus perforaretur carnis ipsius domicilium, et illustraretur orbis per declaratam in ipso patientiam. Denudatur ergo strenua viri virtus cum existimaret hostis eum copia facultatum mirifice delectari, ac illarum cura velut assentando corruptum Deo dicturum convicium. Quapropter exposcit ipsius facultates, quibus postquam spoliasset ipsum, et a scopo aberrasset, concutit, charissimis liberis una cum ipso convivium celebrantibus, totam domum, ac repente mensam in sepulcrum tumultuarium commutat. Infecta autem re, cum turpitudine sic etiam repulsus, alias admovet divinæ civitati machinas, cujus cives cogitationes erant, iterum adversus hostem in aciem progredientes. Nam postquam omnibus spoliasset hominem justum diabolus, neque flexisset ad blasphemiam (hoc enim erat, quod summo studio quærebat), ipsummet deinceps exposcit, et ad Deum inquit: *Mitte manum tuam, et tange carnes ejus et ossa ejus, ac vide num in faciem tibi non tam benedicturus sit, quam maledicturus* [12]? Confidens autem viro justo qui corda scrutatur Deus, et omnem affectum misericordiæve prætextum deponit, ne putaretur a diabolo parce tangendus justus, simulque fretus pugile suo, et illius adversarium vituperans, quasi carne et sanguine inferior ille

[12] Job II, 5.

καὶ ἀμέμπτῳ πολιτείᾳ; καὶ συγχώρησον τῇ ἀνακολούθῳ ἐρωτήσει· οὐ γὰρ πειράζων τοῦτο ποιῶ.

Ἀπόκρισις.

Οὐκ αὐτὸν, ἀλλὰ τ' αὐτοῦ, οὐ παρέδωκεν (85*), ἀλλὰ συνεχώρησεν, γυμνάζων πρὸς ἀνδρείαν, καὶ ἐπάγων διὰ πηλοῦ τὸν ἄσαρκον ἀνταγωνιστὴν τοῦ δικαίου.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚΑ'.

Καλῶς εἴρηκας, μὴ αὐτὸν, ἀλλὰ τ' αὐτοῦ παραδεδόσθαι. Τί οὖν; οὐχ αὐτὸς οὖν (86) ὁ τοῖς σκώληξι συνηλούμενος (87), καὶ ὑπ' αὐτῶν κατεσθιόμενος, καὶ τὸν ἰχῶρα ξέων ὀστράκῳ;

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τῇ σωματικῇ τρώσει τὴν ψυχὴν ἐτρώθη· οὐδ' αὐτὸν θύλακον διατρήσαντες, τῷ ἐγκειμένῳ θησαυρῷ προσβαλεῖν ἴσχυσαν. Οὐ γὰρ Ἰὼβ τὸ σῶμα, ἀλλὰ Ἰὼβ τὸ λογικὸν, ἐκείνου δὲ τὸ σῶμα, τούτου δὲ τὰ ἐκ γῆς σύμφυλα. Εἰ μὲν γὰρ ψυχὴ λογικὴ νοῦ καὶ ἐπιστήμης, λογική τε καὶ δεκτικὴ, τὸ δὲ ἄλογον, ἀναίσθητον καὶ πηλῶδες· ἀλλὰ τῇ συγκράσει τῶν ἑτερογενῶν καὶ ἑνώσει ζώων λογικῶν προσαγορεύεται εἰκότως ὁ βροτός. Συγχωρεῖ οὖν ὁ Θεὸς τῷ πολεμίῳ τὰ ἔξω, ὅπως γνωσθῇ πᾶσι τὰ ἐνδότερα τοῦ βασιλέως σκῆπτρα ἐπισκοτοῦντα ταῖς ἀστραπαῖς τὴν ὁρωμένην ἁλουργίδα καὶ διάδημα. Μόνης γὰρ τῆς Αὐσιτῶν χώρας ἐβασίλευε, πρὶν τοῖς ἑρπετοῖς διατρηθῆναι τῆς σαρκὸς τὰς καλύβας, καὶ ἀστραφθῆναι τὴν οἰκουμένην τῇ ἐκεῖθεν ὑπομονῇ. Παραγυμνοῦται οὖν τῆς γενναίας, τοῦ πολεμίου δοκοῦντος τῇ περιουσίᾳ ἐπιγάννυσθαι τῶν κτημάτων, καὶ τῇ ἐκείνων θεραπείᾳ θωπευόμενον μὴ βλασφημεῖν. Διὸ ἐξαιτεῖται μὲν αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα, ἐκείνων δὲ γυμνώσας αὐτὸν, καὶ ἀστοχήσας τοῦ σκοποῦ, ἐπικατασείει τοῖς φιλτάτοις παισὶ συνεσθιομένοις τὴν οἰκίαν, αὐτοσχέδιον τάφον αὐτοῖς τὴν τράπεζαν ἐργασάμενος. Ἄπρακτος δὲ καὶ οὕτως μετ' αἰσχύνης ἀποκρουσθεὶς, λοιπὸν τῇ θείᾳ πόλει προσάγει τὰ μηχανήματα· ἧς οἱ πολῖται λογισμοὶ αὖθις τῷ πολεμίῳ παρατάττονται. Μετὰ γὰρ τὸ πάντα ἀφελέσθαι τοῦ δικαίου ὁ διάβολος, καὶ μὴ κλίνας αὐτὸν εἰς βλασφημίαν (τοῦτο γὰρ αὐτῷ καὶ μόνον ἦν περισπούδαστον), αὐτὸν λοιπὸν ἐκεῖνον ἐξαιτεῖ, καί φησι τῷ Θεῷ· *Ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι τῶν σαρκῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ὀστῶν αὐτοῦ, εἰ μὴν εἰς πρόσωπόν σε εὐλογήσει, ὡσανεὶ βλασφημήσει.* Θαῤῥῶν δὲ τῷ δικαίῳ ὁ τὰς καρδίας ἐμβατεύων Θεὸς, καὶ πᾶσαν προσπάθειαν ἢ φειδοῦς πρόφασιν περιαιρούμενος, μή ποτε νομισθῇ τῷ διαβόλῳ φειδομένως ἅψασθαι τοῦ δικαίου· ἅμα δὲ καὶ θαῤῥῶν τῷ οἰκείῳ ἀγωνιστῇ, καὶ ὀνειδίζων αὐτοῦ τὸν ἀντίπαλον, ὡς σαρκὶ καὶ αἵματι ἡττώμενον τὸν ἄσαρκον, τὸν καυχώμενον καὶ λέγοντα· *Τῇ ἰσχύϊ μου ποιήσω, καὶ τῇ χειρί μου καθελῶ ὅρια ἐθνῶν, καὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην περιλήψομαι, καὶ ἀρῶ ὡς*

(85*) *Οὐκ. . . οὐ παρέδωκεν.* Delenda videtur secunda negatio, repetita fortasse ex postrema syllaba præcedentis αὐτοῦ. Verum ἐπέχω. Interdum enim hæc particula πυσματικῶς usurpatur, ut docet Budæus *Comment. ling. Gr.* p. m. 432.

(86) *Οὖν.* Forte ἦν. EDIT.

(87) *Συνηλούμενος.* Forte συνειλούμενος. ID.

ἐγκαταλελειμμένα ὠά. Ἐπάνω τῶν ἄστρων ἀναβήσομαι, θήσω ἐπὶ τῶν νεφελῶν τὸν θρόνον μου, καὶ ἔσομαι ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ. Οἱονεὶ γελῶν αὐτοῦ τὴν ἀλαζονείαν ὁ Θεὸς, καὶ φάσκων· Τί κομπάζεις, ὦ μιαρὲ διάβολε; ἰδοὺ εἷς τῶν οἰκετῶν μου πήλινος, χοϊκὸς, εὐτελὴς, τὴν φύσιν βροτὸς, οὐκ ἄγγελος (ὕβρις γὰρ ἀγγέλῳ πρὸς σὲ ἀγωνίζεσθαι, τὸν μηδὲ πηλοῦ περιεσόμενον)· *Ἰδοὺ*, φησὶ, *παραδίδομεν αὐτὸν ἐν τῇ χειρί σου*, οἱονεὶ δέσμιον καὶ κάτω κείμενον. Εἰ ἄρα περιέσῃ αὐτοῦ τῆς ὑψηλῆς διανοίας, πολιορκῶν αὐτὸν καὶ τοξεύων ἐν τῷ σώματι. Καὶ τί μετὰ ταῦτα; οἱονεὶ βέλος στεῤῥοτέρως προσπεσὼν ἀπεκρούσθη ἄπρακτος ὁ ἀλαζὼν καὶ Θεὸς ὑπάρχειν οἰόμενος σαρκὶ ἡττηθεὶς καὶ αἵματι. Οὐ γὰρ ἴσχυσε πολιορκῶν καὶ τοξεύων τὴν θείαν τοῦ σώματος πόλιν, ἤ τινα τῶν πολιτῶν λογισμῶν χειρώσασθαι· οὐδὲ τῶν ἐπὶ τῶν πυλῶν τοῦ στόματός τινα ἀναιρεῖν. Ἐν τούτοις γὰρ πᾶσι τοῖς συμβεβηκόσιν αὐτῷ, οὐδὲ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἥμαρτεν Ἰὼβ ἐναντίον Κυρίου. Ἀλλὰ βλασφημῆσαι ἀναγκαζόμενος ὑπὸ τοῦ πολεμίου, τοὐναντίον ἐποίει, φάσκων, *Κύριος ἔδωκε, Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας.* Οὐ προδίδοται οὖν, ἀλλὰ προβάλλεται ἀγωνιστὴς καὶ παιδευτὴς ἀνδρείας, καὶ ἐν τοῖς ἀλγεινοῖς τοῦ βίου εὐχαριστίας.

foret, qui carnis erat expers et gloriabatur atque dicebat : *Robore meo faciam, et manu mea destruam terminos gentium, et orbem terrarum totum capiam, et tollam veluti derelicta ova*[13]. *Ascendam supra sidera, ponam supra nubes solium meum, et ero similis Altissimo*[14]. Quasi ergo ridens ipsius arrogantiam Deus, inquit : Quid, o miser diabole, gloriaris ? Ecce unus est hic servorum meorum, isque luteus, pulvereus, vilis a natura mortalisque homo, non angelus (turpe nimirum fuerit cum angelo te certare, qui ne quidem luto superior eris). *Ecce*, inquit, *trado ipsum in manum tuam*[15], quasi vinctum et prostratum. Vide num excelsum illius animum superare possis, expugnans ipsum et in corpore jaculis configens. Quid secundum hæc fit? veluti jaculum validius invectus, repulsus est infecta re superbus et arrogans ille, quique se deum esse putabat, a carne superatus est et sanguine. Non enim potuit oppugnando sagittisque feriendo divinam corporis illius civitatem, aut aliquem civium, nempe cogitationum, capere, neque quemquam in portis oris occidere. In omnibus enim illis quæ acciderunt ei, non admisit ullum peccatum Jobus labiis suis adversus Dominum ; sed hoste impellente, ut Deo convicium faceret, diverso se modo gerebat, dicens : *Dominus dedit, Dominus abstulit ; ut Domino placuit, ita factum est : sit nomen Domini benedictum in sæcula*[16]. Non proditur igitur, sed proponitur ut pugil et magister fortitudinis, et gratiarum actionis in adversitatibus hujus vitæ.

Τέτταρας οὖν παιδείας τρόπους ἴσμεν· Τὴν μὲν δι' ἁμαρτίας ἡμῖν πρὸς διόρθωσιν ἐπαγομένην (*Πολλαὶ γὰρ αἱ μάστιγες τοῦ ἁμαρτωλοῦ*, φησὶν ὁ Δαβὶδ), τὴν δὲ δι' ὑπερηφανίας καὶ τύφου καθαίρεσιν, τὴν οἴδησιν ἤτοι κορύφωσιν τῆς ψυχῆς καταστέλλουσαν· *Ὑπερηφάνοις γὰρ Κύριος ἀντιτάσσεται.* Ἕτεροι δὲ διαλανθάνουσιν ἀρετὴν καὶ ἀνδρείαν πρὸς τὸ μιμήσασθαι τοὺς ὁρῶντας. *Οὐδεὶς γὰρ ἅπτει λύχνον καὶ τίθησιν αὐτὸν ὑπὸ τὸν μόδιον ἢ τὴν κλίνην, ἀλλὰ ἐπὶ τὴν λυχνίαν, ἵνα φαίνῃ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκίᾳ*, φησὶν ὁ Κύριος· οἱονεὶ λέγων, Διὰ τοῦτο πυρσοῦ δίκην ἐξῆψα τὸν Ἰὼβ, καὶ ἔξω τοῦ ἄστεος ἐπὶ λυχνίαν τῆς κοπρίας ἐθέμην, φαίνειν πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκουμένῃ. Τὴν δὲ παντελῆ κατάλειψιν παρὰ Θεοῦ δι' ἐσχάτην κακίαν καὶ ἀμιγῆ καθόλου τοῦ κρείττονος· ὅπερ ἐπὶ τοῦ Φαραὼ καὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ καὶ Ἰούδα συμβέβηκεν, ἀπωλείᾳ παραδοθῆναι διὰ ἀμετάθετον πονηρίαν. *Ἀποστρέψω γὰρ τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτῶν, καὶ δείξω τί ἔσται αὐτοῖς ἐπ' ἐσχάτων*, φησὶν ὁ Θεὸς διὰ τῆς Μωσέως γλώττης. Ἀλλ' οὖν γε τῇ παιδείᾳ τὸν Ναβουχοδονόσορ ἀνασφήλαντα, καὶ τῆς παροινίας ἐκνήψαντα οὐκ ἀπωθεῖται ὁ ἀπωσθεὶς Θεός· ἀλλὰ πάλιν αὐτῷ τὴν βασιλείαν ἀπέδωκεν, ἁλουργίδι φαιδρύνας καὶ διαδήματι.

Quatuor igitur modos castigationis scimus. Nam alia quidem propter peccata nobis ad correctionem adhibetur (*Multa* enim *flagella sunt peccatoris*[17], inquit Davides). Alia vero superbiam et fastum dejicit, hoc est, elevationem ac tumorem animi comprimit. *Superbis* enim *Dominus resistit*[18]. Alii autem latentem virtutem et fortitudinem ostendunt, ut eam spectatores imitentur. *Nullus* enim *accendit lucernam, et ponit eam subter modium aut lectum, sed super candelabrum : ut luceat omnibus qui sunt in domo*, inquit Dominus[19] : quasi dicat : Propter hoc instar facis accendi Jobum, et extra civitatem super candelabrum stercoreum posui, ut luceat omnibus in orbe terrarum. Alia denique castigatio est, in universum a Deo deseri propter extremam nequitiam et improbitatem, cui nihil omnino admistum est boni : quod et Pharaoni, et Nabuchodonosori, et Judæ contigit, ut in exitium traderentur propter inemendabilem malitiam. *Avertam* enim *ab ipsis faciem meam, et ostendam quid cum ipsis futurum sit in novissimis*, inquit Deus per linguam Mosis[20]. Verumtamen Nabuchodonosorem per disciplinam cautiorem redditum, et ex temulentia sobrium factum non rejicit qui rejectus ab ipso erat, Deus : sed rursus illi regnum restituit, purpura exhilarans ipsum et diademate.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚΒʹ.

Πόσας ἡμέρας διέτριψεν ὁ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ; ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἱστορούντων τὰ κατ' αὐτὸν, οἱ μὲν λέγουσιν, ἓξ ἡμέρας· διὸ, φησὶ, ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἦλθεν

INTERROGATIO CXXII.

Quot dies in paradiso exegit Adamus? Siquidem multi qui ejus gesta memoriæ produnt, partim quidem tradunt dies sex ; ideoque, ut aiunt, sexto die

[13] Isa. x, 13, 14. [14] Isa. xiv, 13, 14. [15] Job ii, 6. [16] Job i, 21. [17] Psal. xxxi, 10. [18] Jac. iv, 6; I Pet. v, 5. [19] Matth. v, 15. [20] Deut. xxxii, 20, sec. LXX.

venit Servator. Alii vero sex tantum dicunt horas; ideoque sexta hora crucifixus Servator. Alii quadraginta dies asserunt, quos in paradiso habitaverit, et in deliciis egerit, unde propter transgressionem expulsus sit: quos aiunt retulisse Christum et compensasse, quo tempore per quadraginta dies neque comedit neque bibit, in deserto a diabolo velut homo tentatus.

Responsio.

Quod quadraginta dierum tempus attinet, id vero et ipse jam antea tradidi, ac videtur mihi haud absimile vero esse. Nam hoc imitans sacer Ecclesiæ nostræ cœtus, semel per totum anni ambitum, cum abstinentia severissima tam ciborum quam rerum jejunat, pristinam paradisi patriam, et desiderabilem illius victum desiderio maximo expetens. Nimirum vicissim cunctis primi parentis nostri debitis Christus se subjecit. Cum ille dicto non fuerit audiens, vicissim hic obediit usque ad crucem et mortem. Ille tentatus per Evam, cum illa jam a tentatore superata esset, gustavit de vetitis: hic tentatus jejunat, compensans quadraginta exactos in paradiso dies a primo parente nostro Adamo, et pro deliciis ad inopiam nos excitans. Ille deus fieri volens, frustratus spe sua, etiam id mutatus amisit quod prius erat, ex immortali mortalis factus, et ex beato damnatus: hic pro illo mortalis fit, manens Deus, ratione naturæ non mutatus, neque factus alius ratione divinitatis. Ille ex paradiso in hunc ærumnosum laboriosumque locum expulsus est: hic ejus causa de cœlis adveniens, illius assumit vitam, pro luce inaccessa tenebrosam hanc et obscuram speluncam habitans: vice intellectilium et ratione præditorum animalium, animalibus ratione carentibus circumdatus: loco potestatum omnium a quibus gestabatur, in ulnis sanctæ quidem mulieris et cujus intacta perpetuaque virginitas esset, communis tamen nobiscum naturæ, portatus: pro angelicis hymnis et canticis, petitus calumniis, quasi dæmonium haberet, et per dæmoniorum principem dæmonia ejiceret, et populum seduceret; cæteroquin a pueris Hebræorum celebratus, clamantibus: *Benedictus qui venit in nomine Domini* [21]. Pro loco virginis, nimirum Evæ, perpetuam virginem sanctam matrem suam suscitavit: pro illius pœna, huic salutem per proprium servum Gabrielum misit, in hac sanans quæ illa deliquerat. Pro ligno transgressionis lignum resurrectionis in medio terræ, salutarem crucem suam fixit. Quemadmodum inquit ille carminum divinorum auctor Davides: *Deus noster qui est ante sæcula, salutem operatus est in medio terræ* [22]. Pro non illo quidem naturaliter, sed per transgressionem letifero cibo, naturam suam divinam nostræ uniens, cibus vivificus medio in aere pendens omnibus propositus est, et ab omnibus percipitur, ipse nihilominus

ὁ Σωτήρ. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν ἓξ μόνον ὥρας· διὸ καὶ ἕκτῃ ὥρᾳ ἐσταυρώθη ὁ Σωτήρ. Ἕτεροι δὲ τεσσαράκοντα λέγουσιν ἡμέρας ἐνδιαιτηθέντα τῷ παραδείσῳ, καὶ ἐντρυφήσαντα, ἐξωσθῆναι τῇ παραβάσει· ἅς, φησὶν, ἀντεισάγων ὁ Χριστὸς καὶ ἀντισηκῶν οὐκ ἔφαγεν, οὐδὲ ἔπιεν, τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐν τῇ ἐρήμῳ ὑπὸ τοῦ διαβόλου πειραζόμενος ὡς ἄνθρωπος.

Ἀπόκρισις.

Τοῦτον μὲν τῆς τεσσαρακοστῆς τὸν τρόπον **κἀγὼ** ἤδη προέφην· καὶ οὐ δοκεῖ μοι ἀπεικὸς ὑπάρχειν. Ταῦτα γὰρ ἑπομένη ἡ θεία τῆς Ἐκκλησίας ἡμῶν ὁμήγυρις, ἅπαξ διὰ πάσης τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς περιόδου σὺν σφοδροτάτῃ ἀποχῇ βρωμάτων καὶ πραγμάτων νηστεύει, τὴν ἀρχαίαν τοῦ παραδείσου ἐπιζητοῦσα πατρίδα, καὶ τὴν ἐκεῖ ἱμειρομένην δίαιταν. Ἀνθυπέβη γὰρ πᾶσι τοῖς τοῦ προπάτορος ἡμῶν ὀφλήμασιν ὁ Χριστός. Ἐκείνου γὰρ παρακούσαντος, ἀνθυπακούει οὗτος μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου. Ἐκεῖνος πειραζόμενος διὰ τῆς Εὔας ἤδη ἡττημένης τῷ πειράζοντι, τῶν ἀπηγορευμένων ἀπεγεύσατο· οὗτος πειραζόμενος, νηστεύει ἀντιπρυτανεύων τὰς ἐν παραδείσῳ τεσσαράκοντα ἡμέρας τοῦ προπάτορος ἡμῶν Ἀδὰμ, ἀντεγείρων τῇ τρυφῇ τὴν ἔνδειαν· ἐκεῖνος Θεὸς γενέσθαι βουληθεὶς δὲ (88), καὶ ὅπερ ἦν, ἐτράπη, ἐξ ἀθανάτου θνητὸς γενόμενος, καὶ ἐκ μάκαρος κατάκριτος· οὗτος ὑπὲρ ἐκείνου βροτὸς γίνεται, μένων Θεὸς, μὴ τραπεὶς τὴν φύσιν, μὴ ἀλλοιωθεὶς τὴν θεότητα. Ἐκεῖνος ἐκ παραδείσου εἰς τὸ ἐμπαθὲς καὶ ἐπίπονον τοῦτο ἐξοικίσθη χωρίον· οὗτος ὑπὲρ ἐκείνου ἐξ οὐρανῶν ἐπιφοιτήσας, τὸν ἐκείνου ἀναλαμβάνεται βίον, ἀντὶ φωτὸς τοῦ ἀπροσίτου τὸ σκοτεινὸν καὶ ἀφεγγὲς ἄντρον οἰκῶν· ἀντὶ τῶν νοερῶν καὶ λογικῶν ζώων, ζώοις ἀλόγοις κυκλούμενος· ἀντὶ πασῶν φερουσῶν δυνάμεων, ἀγκάλαις γυναικὸς ἁγίας μὲν, ἀχράντου καὶ ἀειπαιδος, τῆς δὲ κοινῆς ἡμῶν φύσεως, φερόμενος· ἀντὶ ἀγγελικῶν ὕμνων καὶ ᾠδῶν, συκοφαντούμενος δαιμόνιον ἔχειν, καὶ ἐν τῷ ἄρχοντι δαιμονίων ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, καὶ πλανᾷν τοὺς ὄχλους· παισὶν Ἑβραίων ἀνυμνούμενος βοώντων, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*. Ἀντὶ παρθένου τῆς Εὔας ἀείπαιδα τὴν ἁγίαν αὐτοῦ μητέρα ἀντήγειρεν· ἀντὶ τοῦ ἐκείνης ἐπιτιμίου, ταύτῃ τὸ, *Χαῖρε*, διὰ τοῦ οἰκείου δούλου Γαβριὴλ ἀπέστειλεν, ἐν ταύτῃ τὰ ἐκείνης ἀκούμενος· ἀντὶ ξύλου παραβάσεως, ξύλον ἀναστάσεως ἐν μέσῳ τῆς γῆς, τὸν σωτήριον ἑαυτοῦ σταυρὸν ἔπηξε. Καθὼς φησιν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· *Ὁ δὲ πρὸ αἰώνων Θεὸς ἡμῶν εἰργάσατο σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς*· ἀντὶ τῆς οὐ φύσει ἀλλὰ παρακοῇ θανατηφόρου ἐδωδῆς, τὴν ἑαυτοῦ θείαν φύσιν τῇ ἡμετέρᾳ ἑνώσας, ζωηφόρος ἐδωδὴ πρόκειται κατὰ τὸν ἀέρα ὑπὸ πάντων μετεχόμενος, καὶ μένων ὁ αὐτὸς ἄληκτος, ὁ ὑπὲρ τῶν κατακρίτων κατακριθεὶς ἑκουσίως, ὡς Θεὸς καὶ βροτὸς ὁ αὐτός. Ὥσπερ οὖν καὶ χολὴν ἐψωμίσθη καὶ ὄξει ἄρδεται, ὑπὲρ τῆς τοῦ Ἀδὰμ βρώσεως

[21] Matth. XXI, 9; Marc. XI, 10; Joan. X, 13. [22] Psal. LXXIII, 12.

(88) Deest aliquid forsanque legendum: ... βουληθεὶς, ἀποτυχὼν δὲ τῆς ἐλπίδος, nisi aliter locum resarcire velis. EDIT.

θεανδρικῶς ἀποτιννὺς αὐτοῦ τὰ ὀφλήματα· οὕτω μοι δοκεῖ καὶ τὰς τεσσαράκοντα ὑπὲρ τοσούτων ἀντισηκοῦσθαι ἡμέρας· ἐγὼ δὲ τῆς ἐκείνων ἑξάδος καὶ τῆς ἐμῆς τετταρακοστῆς, τὸν ἔκ τινων οὐκ ἀσήμων γερόντων εἰς ἡμᾶς διαφοιτήσαντα περὶ τούτου λόγον μᾶλλον ἀποδέχομαι, ἐκ τῶν τοῦ ὑψηλοῦ Ἀποστόλου ῥημάτων βεβαιούμενον, τὸν πλείονα χρόνον ἐν παραδείσῳ μακαρίως ζῆσαι τὸν προπάτορα ἡμῶν. Ἐκ προσώπου γὰρ αὐτοῦ ὁ θεῖος Ἀπόστολος διαῤῥήδην βοᾷ, *Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ.* Οὐκ ἄρα δὲ Παῦλος προϋπῆρχε τοῦ νόμου, ὁ ἔσχατος πάντων τῶν τοῦ νόμου φοιτητῶν, οὐδ' αὖ πάλιν χωρὶς τούτου ποτὲ νόμου ἦν ἢ ἐγένετο. Καὶ γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον κηρύττων τὰς νομικὰς μαρτυρίας πάντη παρατίθησιν, ἀλλ' ἐκ προσώπου τοῦ Ἀδὰμ ἀποδυρόμενος εἰκότως, φησὶν, *Ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ.* Σαφέστερον δὲ παριστᾷ ἐκ προσώπου τοῦ Ἀδὰμ ταῦτα βοῶν· λευκαίνει τὸ νόημα, οὐκ ἔτι νόμον ἀλλ' ἐντολὴν φάσκων, τὴν δοθεῖσαν τῷ Ἀδὰμ δηλονότι· *Ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς*, ὡσανεὶ δοθείσης, *ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν· ἐγὼ δὲ ἀπέθανον*, φησὶ, τῇ διὰ παρακοῆς ἐκπτώσει τῆς μακαρίας ζωῆς· ὡς δῆλον ὑπάρχειν, μὴ αὐτίκα τοῦ γενέσθαι τὸν Ἀδὰμ, δοθῆναι τὴν ἐντολὴν, ἀλλὰ μετά τινα χρόνον, ἀόριστον δέ.

æternus manens. Pro damnatis damnatus est sua sponte, tanquam Deus et idem homo. Quemadmodum igitur felle pastus aceto rigatur, ejus cibi causa quem Adamus sumpserat, dum homo in divina natura illius debita dependit: ita mihi videntur et hi quadraginta dies pro totidem diebus rependi. Sed tamen pro illorum numero senario et meo quadragenario, profectam ad nos a quibusdam haud obscuris senibus de hoc rationem, cujus fundamentum eximii Apostoli verbis nititur, recipere malo; quod nimirum longiore temporis spatio in paradiso beate primus ille parens noster vixerit. Nam in ejus persona divus Apostolus aperte clamat: *Ego vero vivebam absque lege aliquando* [23]. Non fuit utique Paulus ante legem, qui fuit omnium discipulorum legis postremus. Neque item aliquando absque hac erat aut fuit. Nam et Evangelium prædicans legalia testimonia ubique adducit: nimirum in Adami persona merito conqueritur, dicens: *Ego vero vivebam absque lege aliquando.* Manifestius autem declarat hæc in persona se Adami proferre, cum ad illustrandum horum verborum intellectum, non amplius inde legem, sed præceptum vocat quod Adamo datum erat, hæc nempe subjiciens: *Veniente vero mandato* (quasi dicat, dato), *peccatum revixit; ego autem mortuus sum* [24], videlicet per inobedientiam excidendo beata vita. De quo jam perspicuum est, non mox atque factus erat Adamus, præceptum datum fuisse, sed post aliquod tempus, quod tamen minime definitum habemus.

Quæ sequuntur, usque ad interrogantis personæ verba, non Cæsarii sunt, sed Gregorii Nysseni, amici et coætanei ejus: inserta huic libro per aliquem, qui suæ memoriæ consulere vellet, et uno loco duorum scriptorum explicationes habere. Deprehendimus consimilia deinceps quoque occurrere, ubi nos suis locis, quæ inserta sint, indicabimus. Sunt autem hæc descripta e libro Nysseni, qui est De hominis opificio, *cap.* 19, 20, *sed multum variant.*

Ἡ δοθεῖσα ἐντολὴ ἐν παραδείσῳ τῷ Ἀδὰμ παρὰ τοῦ Θεοῦ, περὶ τῆς ἐκ τοῦ παντὸς ξύλου μεταλήψεως, καὶ τῆς ἀποχῆς τοῦ ξύλου τοῦ ἀπηγορευμένου· τοῦτό ἐστι τὸ ξύλον τὸ περιληπτικὸν παντὸς ἀγαθοῦ, ᾧ ὄνομά ἐστι τὸ πᾶν. Αὐτό ἐστι τὸ ὄντως ὂν ἀγαθὸν, περὶ οὗ Δαβὶδ λέγει, *Κατατρύφησον τοῦ Κυρίου*· Σολομὼν δὲ τὴν Σοφίαν, ἥτις ἐστὶν ὁ Κύριος, *ξύλον ζωῆς* ὀνομάζων. Οὐκοῦν ταὐτόν ἐστιν τὸ τῆς ζωῆς ξύλον τῷ *πᾶν ξύλον*, οὗ τὴν βρῶσιν ὁ Θεὸς προτρέπεται. Ἀντιδιαιρεῖ δὲ τούτῳ τὸ ἕτερον ξύλον, οὗ ἡ βρῶσις οὐκ ἰδιαζόντως καλοῦ ἢ κακοῦ, ἀλλὰ σύμμικτος· ἣν κωλύει μὲν ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς, συμβουλεύει δὲ ὁ ὄφις, ἵνα τῷ θανάτῳ κατασκευάσῃ τὴν εἴσοδον. Συμμέμικται δὲ διὰ τῶν ἐναντίων ὁ καρπὸς τοῦ ἀπηγορευμένου ξύλου κατὰ τοῦτον τὸν λόγον· ὅτι οὐ γυμνὸν πρόκειται τὸ κακὸν κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν φαινόμενον· ἦ γὰρ ἄπρακτος ἂν ἦν ἡ κακία μηδενὶ κεχρωσμένη καλῷ τῷ ἐφελκομένῳ τὸν ἀπατώμενον πρὸς ἐπιθυμίαν αὐτοῦ. Νῦν δὲ σύμμικτός ἐστιν ἐν τῷ βάθει τὸν κεκρυμμένον ὄλεθρον ἔχουσα, ἐν δὲ τῇ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀπάτῃ καλοῦ τινα φαντασίαν παραδεικνύουσα. Οὕτω τὰ ἁμαρτήματα ἐγκεκρυμμένην ἔχοντα τὴν διαφθορὰν, αἱρετὰ τοῖς ἀπεριсκέπτοις γίνεται, ἀντ' ἀγαθοῦ σπουδάζουσιν ἐξ ἀπάτης, καὶ ἐπὶ τὸ καλὸν οἱ πολλοὶ ἐν τῷ τὰς αἰσθήσεις εὐφραίνοντα κρίνουσι, καὶ τῆς ὁμωνύμου,

Porro datum illud Adamo præceptum in paradiso divinitus, spectabat fruitionem omnis ligni, et abstinentiam a ligno vetito. Hoc illud est lignum, quod complectitur omne bonum, cui nomen est, omne. Hoc nimirum illud vere bonum est, de quo Davides inquit: *Oblectare in Domino* [25]. Et Solomon, Sapientiam, quæ est Dominus, *lignum vitæ* nominat [26]. Proinde idem est cum ligno vitæ illud, *Omne lignum* [27], ad cujus fruitionem Deus exhortatur. Ex opposito vero discernit ab hoc aliud lignum, cujus fruitio non est proprie boni vel mali, sed commista: quam prohibet quidem princeps vitæ, suadet vero serpens ut morti aditum paret. Mistus est autem per contraria fructus ligni vetiti, hac ratione, quod non nude nobis propositum est malum secundum propriam naturam apparens; nam irrita foret malitia, nullo colorata bono, quod hominem deceptum ad concupiscentiam sui pelliceret. Nunc autem mista est, in fundo habens absconditam perniciem, in apparente vero parte speciem quamdam boni ostentans. Ita peccata occultum interitum intra se habentia, incautis accepta fiunt, studiose usurpata pro bono ex deceptione: et inter bona multi quæ sensus exhilarant, referunt: propter communionem nominis, tum ejus quod re vera bonum est, tum quod bonum esse putatur. Qua-

[23] Rom. VII, 9. [24] ibid. 9, 10. [25] Psal. XXXVI, 4. [26] Prov. III, 18. [27] Gen. II, 16.

propter tam ad malum quam ad bonum facta concupiscentia, boni et mali cognitio nominata est. Neque absolute malum dicitur, eo quod bono ornatum sit, neque pure bonum, eo quod subtus malum sit absconditum. Nam quod vere bonum est, simplex est; malum autem, varium, dum aliud atque aliud putatur, et per experientiam aliud deprehenditur. Propterea ostendit serpens pravum peccati fructum, non monstrato manifeste malo, sicut a natura habebat. Alias enim homo evidenti malo deceptus non fuisset. Itaque cum per quamdam speciem id quod apparebat, splendide exornasset, apud quam fidem mereri posset mulieri se conspiciendum præbet. *Et vidit*, inquit Moses, *mulier quod bonum esset lignum in cibum* [28]. Cum vero manducatio illa mortis sit mater facta, sic est cognitio boni et mali lignum illud nominatum, quod per malam letiferorum compositionem adjunctum mel habuit, quia quatenus quidem suaviter allicit sensum, bonum esse videtur; at quatenus perdit attingentem ac fruentem, prorsus postremum fit malum.

τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ δοκοῦντος καλοῦ. Τούτου χάριν ἡ πρὸς τὸ κακὸν ὡς πρὸς τὸ ἀγαθὸν γινομένη ἐπιθυμία, καλοῦ καὶ κακοῦ γνῶσις ὠνομάσθη, οὔτε ἀπολύτως κακὸν, διότι περιήνθισται τῷ καλῷ, οὔτε καθαρῶς ἀγαθὸν, διότι ὑποκέκρυπται τὸ κακόν. Τὸ γὰρ ὄντως ἀγαθὸν, ἁπλοῦν ἐστι, τὸ δὲ κακὸν, ποικίλον, ἄλλο νομιζόμενον, καὶ ἕτερον διὰ τῆς πείρας ἀναφαινόμενον. Διὰ τοῦτο προδείκνυσιν ὁ ὄφις τὸν πονηρὸν τῆς ἁμαρτίας καρπὸν, οὐχ ὡς εἶχε φύσεως τὸ κακὸν ἐκ τοῦ προφανοῦς ὑποδείξας· οὐ γὰρ ἂν ἠπατήθη ὁ ἄνθρωπος τῷ προδήλῳ κακῷ. Ἀλλὰ διά τινος ὥρας τὸ φαινόμενον ἀγλαΐσας, πιθανὸς ἐφάνη τῇ γυναικί. *Καὶ εἶδε*, φησὶν, *ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν*. Εἰ δὲ βρῶσις ἐκείνη, θανάτου μήτηρ ἐγένετο· οὕτω γνωστὸν καλοῦ καὶ κακοῦ τὸ ξύλον ὠνομάσθη ἐκεῖνο, τὸ κατὰ τὴν τῶν δηλητηρίων κάκην, τὴν παραρτηθεῖσαν τῷ μέλιτι· ὃ καθὸ μὲν γλυκαίνει τὴν αἴσθησιν καλὸν εἶναι δοκεῖ, καθὸ δὲ φθείρει τὸν προσαψάμενον, κακὸν παντὸς ἔσχατον γίνεται.

INTERROGATIO CXXIII.

Peccatum, inobedientia omnisque vitiositas nominatur. Ante Adamum autem nullus hominum peccavit; neque enim erat. A quonam igitur perpetratum prius, *erat mortuum*, *et revixit veniente mandato* [29]? nam duorum illorum necessarium erit sequatur alterum; aut statuere te peccati naturam quamdam esse; aut perpetratum ipsum fuisse ab aliquo ante Adamum.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚΓ'.

Ἁμαρτία ἡ παρακοὴ καὶ πᾶσα κακία ὀνομάζεται, πρὸ δὲ τοῦ Ἀδὰμ οὐδεὶς ἀνθρώπων ἥμαρτεν· οὔτε γὰρ ἦν. Ὑπὸ τίνος οὖν πραχθεῖσα προϋπῆρχε νεκρὰ, *καὶ ἀνέζησεν ἐλθούσης τῆς ἐντολῆς*; τῶν δύο γὰρ τὸ ἕτερον, ἢ φύσιν ὑποτίθεσθαι ἁμαρτίας ὑπάρχειν, ἢ πραχθεῖσαν αὐτὴν ὑπό τινος πρὸ τοῦ Ἀδάμ.

Responsio.

Apage cum dictione naturæ malorum. Peccatum mihi videtur esse omnis adversus virtutem resistendi conatus et repugnantia. Id autem dico diabolum esse, non natura, sed voluntate ad deterius conversum. Nam ab eo quod calumniatur apud Deum angelorum choros, convenienti nomine vocatus est diabolus, cum prius esset angelus princeps. Ex ultramundanis autem locis præcipitatus, re ipsa Dei fuit inimicus, nondum adhuc facto hoc aspectabili mundo, cumque nondum esset homo, qui postea ab ipso seductus est. Postquam autem homo conditus est, mox Deum apud Adamum calumniari cœpit, invidiæ crimen ipsi impingens; Adamoque relicto, primum tanquam infirmiorem, Evam aggreditur, et inquit: *Quid est quod dixit Deus: Ne comederitis de omni ligno paradisi* [30]? Simulatas affert quæstiones ille pestifer, ut ex ea disceret, qualis ea foret arbor, cujus cibum prohibuisset Dominus. Neque enim sciebat, de quanam arborum, ac cujus gratia præceptum datum esset. Illa vero simplicissima, et antehac natura minime vel vitiata vel adulterata, quidnam ille spectaret ignorans, letalem sibi plagam infert; inquit enim: *De omnis quidem ligni in paradiso fructu comedimus, de ligno autem in medio paradisi non comedimus* [31]. Tum ille Deum incusans, ait: *Novit Deus, quod quocunque die ex eo comederitis, aperientur*

Ἀπόκρισις.

Ἄπαγε φύσιν λέγειν τῶν κακῶν· ἁμαρτία δέ μοι δοκεῖ πᾶσα τοῦ κρείττονος ἀντίστασις καὶ ἀντιπαράταξις. Ταύτην δέ φημι ὑπάρχειν τὸν διάβολον, οὐ φύσει, ἀλλὰ προαιρέσει ἐπὶ τὸ χεῖρον τραπέντα. Ἐκ γὰρ τοῦ διαβάλλειν Θεῷ τὰς τῶν ἀγγέλων χορείας, φερωνύμως ἐκλήθη διάβολος, ὑπάρχων ἀρχάγγελος. Τῶν δὲ ὑπερκοσμίων καταῤῥαγεὶς, ὑπῆρχε τῇ πράξει ἐχθρὸς, μήπω γενομένου τοῦ ὁρατοῦ τούτου κόσμου, μηδὲ ὑπάρχοντος τοῦ παρ' αὐτοῦ ὑπαχθέντος ἀνθρώπου. Γενομένου δὲ αὖθις διαβάλλει τῷ Ἀδὰμ τὸν Θεὸν, βασκανίας αὐτῷ καταληρῶν, καὶ ἀφεὶς τὸν Ἀδὰμ, πρῶτον ἀσθενεστέρᾳ τῇ Εὔᾳ προσέρχεται, καί φησι, *Τί ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς μὴ φαγεῖν ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ*; Εἰρωνικὰς δὲ προσάγει τὰς πεύσεις ὁ ἀλιτήριος, ἵνα παρ' ἐκείνης παιδευθῇ ποῖον τὸ φυτὸν, οὗ τὴν βρῶσιν ἐκώλυσεν ὁ Κύριος. Οὐ γὰρ ἠπίστατο τίνι τῶν φυτῶν ἢ τίνος χάριν ἡ ἐντολὴ ἐπήρτηται. Ἡ δὲ ἁπλουστάτη καὶ τέως ἀνόθευτος φύσις ἀγνοοῦσα τὸ σκοπούμενον, καιρίαν ἑαυτῇ πληγὴν δίδωσι. Φησὶ γὰρ, *Ἀπὸ παντὸς μὲν γὰρ ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φάγεσθε, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου οὐ φάγεσθε*. Ὁ δέ φησι διαβάλλων τὸν Θεὸν, *Εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρὸν*, καὶ διὰ τοῦτο ἐκώλυσεν. Πείθει οὕτως τὴν

[28] Gen. III, 6. [29] Rom. VII, 9. [30] Gen. III, 1. [31] ibid. 2.

τάλαιναν ἔσεσθαι τοῦ ἀπηγορευμένου, καὶ δι' ἐκείνης χειροῦται τὸν ἄνδρα, ὀρεγομένους θεότητος. Γυμνώσας τοίνυν αὐτοὺς καὶ ὧν εἴχοντο ἀθανασίας καὶ ἀφθαρσίας καὶ μακαριότητος, ἀνέζησε τῇ πράξει ὁ μισόθεος καὶ ἀνθρωποκτόνος· καὶ αὖθις διαβάλλει Θεῷ τὸν ἄνθρωπον παραβάντα. Γράφει δὲ Μωσῆς ὁ θεόπτης καὶ θεῖος νομοθέτης, τῆς διαβολῆς αὐτοῦ τὰ ῥήματα· ἐν ᾧ δὴ ἐκτραγῳδῶν τὸν δόλιον. Φησὶ γοῦν διαβάλλων Θεῷ τὸν Ἀδὰμ ὁ διάβολος· *Καὶ ἔφαγεν Ἰακὼβ, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. Ἐλιπάνθη* γὰρ, φησὶν, *ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε Θεὸν τὸν ποιήσαντα αὐτὸν, καὶ ἀπέστη ἀπὸ Θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ.* Τοῦτο γὰρ καὶ τῷ Ἰακὼβ ἐποίησεν, εἰς κρεωβορίαν καὶ παροινίαν αὐτὸν ἐκκυλίσας, εἶθ' οὕτως εἰς εἰδωλολατρείαν αὐτοὺς καταῤῥάξας καθ' ὧν Μωσῆς τὸν Λευῒν ἐξοπλίσας, εἰκοσιτρεῖς χιλιάδας τοῦ Ἰακὼβ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ δίκην χόρτου ἐδρέψατο. Ἀλλ' ὅμως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ἀτρέπτως κατὰ τὸν διαβληθέντα γενόμενος, ἐπεφοίτησεν ἡμῖν τὸν πολέμιον χειρώσασθαι, ἐν θέᾳ τοῦ ἀπατηθέντος ἀληθῶς γενόμενος, ἵνα μὴ δῷ φάσκειν τὸν Ἐχθρὸν, ὅτι Βροτοῖς πολεμήσας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἥττημαι, αὐτὸς βροτὸς γίνεται μένων Θεὸς, καὶ ἥκει πολεμῶν ὑπὲρ βροτῶν. Ὅπερ πρὸ πεντακοσίων ἐτῶν ἤδη ὁ τῶν θείων μελῳδὸς Δαβὶδ προεφήτευσεν· *Εὐλογημένος* γὰρ, φησὶν, *ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Τίς οὗτος, ὦ θεσπέσιε; *Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν.* Καὶ τίνος χάριν ὁ Θεὸς βροτὸς γίνεται, ὦ Δαβίδ; Τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν, φησὶν, καὶ ἐκδικητὴν τὸν διάβολον. Διαβάλλει γὰρ Θεῷ τὰ πάντα, καὶ ἄλλοις ἐκεῖνον, καὶ ἑκατέροις τὴν ἐκδίκησιν ὑποτίθεται. Ὅπερ ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ καὶ τοῦ Θεοῦ ἀμφικάκως ποιεῖ· Θεῷ μὲν φάσκων, *Μὴ δωρεὰν σέβεται Ἰὼβ τὸν Θεὸν*, ἢ ἐν περιουσίᾳ πολλῇ θωπευόμενος καὶ τρυφῶν; Τῷ δὲ Ἰὼβ φησιν, *Πῦρ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέδετό σου πάντα.* Καὶ αὖθις φησι τῷ Θεῷ, *Οὐ μὴν ἀλλὰ ἀπόστειλον τὴν χεῖρά σου, καὶ ἅψαι τῶν ὀστῶν αὐτοῦ καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ*· καὶ αὖθις τῷ Ἰὼβ, διὰ τῆς συμβίου, *Ἕως πότε διακαρτερήσεις αἴθριος ἐπὶ τῆς κοπρίας; ἀλλ' εἰπέ τι ῥῆμα πρὸς Κύριον, καὶ τελεύτα, καὶ ἀπαλλάττει* (89) *τῶν συνεχόντων δεινῶν.* Τοῦτον οὖν ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν καθαιρῶν ὁ Κύριος τῇ θεανδρικῇ αὐτοῦ ἐπιφοιτήσει, φησίν· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.*

oculi vestri, et eritis tanquam dii, scientes bonum et malum [32], ideoque prohibuit. Hoc modo persuadet miseræ, ut quod vetitum erat comederet, et per illam capit virum: appetentem utrumque divinitatem. Postquam igitur spoliavit ipsos etiam iis quæ habebant, nimirum immortalitate, incorruptibilitate et beatitudine: re ipsa reviviscit hostis ille Dei et homicida; moxque apud Deum, hominem qui transgressus erat, accusat. Exponit autem Moses, ille Dei spectator et legislator divinus, ipsa calumniæ diaboli verba, fraudulentum illum tragice describens. His enim diabolus apud ipsum verbis Adamum coram Deo incusans utitur: *Et comedit Jacobus, et saturatus est, et recalcitravit dilectus. Impinguatus* enim *est*, inquit, *et incrassatus est, dilatatus est, et dereliquit Deum conditorem suum, et recessit a Deo servatore suo* [33]. Hoc enim et Jacobi posteris fecit, cum eos ad saturitatem carnis et vinolentiam flexisset, ac deinde ad idololatriam præcipitasset: de quibus Moses, cum armasset Levitas, viginti tria millia Jacobitarum uno die in deserto graminis instar demessuit. Nihilominus humani generis amator Deus, erga eum qui accusatus erat, haudquaquam mutatus, ad nos venit ut hostem caperet, in ejus forma qui deceptus erat, vere natus. Atque ne hosti occasionem daret dicendi, Mortales oppugnans a Deo superatus sum: ipse mortalis fit, manens Deus, et venit ut pro mortalibus hominibus pugnet. Id quod jam ante quingentos annos prædixerat vates ille divinorumque carminum auctor Davides: *Benedictus* enim, inquit, *qui venit in nomine Domini* [34]. Quisnam est ille, vates divine? *Dominus Deus, et apparuit nobis* [35]. At cujus gratia Deus mortalis fit, mi Davides? Ad destruendum, inquit, inimicum et exactorem diabolum. Criminatur enim apud Deum omnia, et apud alios illum, et utrisque ultionem suggerit. Id quod et erga Jobum, et erga Deum utrinque malitiose facit. Ad Deum quidem dicens: *Num gratis colit Jobus Deum* [36], aut in multa facultatum possessione fovetur atque deliciatur? Ad Jobum autem inquit: *Ignis de cœlo decidit, et absumpsit omnes facultates tuas* [37]. Iterumque inquit ad Deum: *Non tantum hoc, sed mitte manum tuam, et tange ossa ejus et carnes ejus* [38]. Et iterum ad Jobum per vitæ consortem: *Quandiu perseverabis sub dio in stercore? quin dic verbum aliquod ad Dominum, et morere, ut libereris a malis quæ te detinent* [39]. Hunc igitur inimicum et exactorem tollens Dominus per divinitatis in carnem adventum, inquit: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem potestatem inimici* [40].

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚΔ'.

Καὶ εἰ καθεῖλε τὸν ἐχθρὸν ὁ Κύριος, τίς ἡμῖν πολεμεῖ ἑκάστοις, καὶ πειρασμοῖς ἀδοκήτοις καὶ ἁμαρτήμασι περιβάλλει;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ καὶ οἷός τε ὢν παντελῆ αὐτοῦ ἀφανισμὸν καὶ ἀναίρεσιν ποιήσασθαι, οὐκ ἠβουλήθη, διὰ τὸ μὴ

INTERROGATIO CXXIV.

Quod si sustulit inimicum Dominus, quis nostrum quemlibet oppugnat, et tentationibus improvisis atque peccatis involvit?

Responsio.

Atqui licet Deus omnimodam ejus exstinctionem atque sublationem facere posset, noluit hoc tamen

[32] Gen. III, 5. [33] Deut. XXX, 15. [34] Psal. CXVII, 26. [35] ibid. 27. [36] Job I, 9. [37] ibid. 16. [38] Job II, 4, 5. [39] ibid. 9. [40] Luc. X, 19.

(89) *Καὶ ἀπαλλάττει.* Sic. An rescribendum ἀπαλλάττου? Cæterum hæc verba in Bibliis non exstant. LXX habent: ... ἀλλ' εἰπόν τι ῥῆμα εἰς Κύριον, καὶ τελεύτα. EDIT.

ne nos inhonorati relinqueremur in futura sempiterna vita, si non esset aliquis nobis hic adversarius, adversus quem decertantes velut in stadio præsentis vitæ, remunerationis tempore coronas assequeremur. Percusso autem capite draconis, totum qui post ipsum trahitur comitatum leto dedit, saltem exiguo quodam in ipso motu relicto, ad exercitium nostrum atque virtutis declarationem. Aliquoties enim et nos percusso serpentis capite, arrepentem tractum corporis pueris feriendum relinquimus, simul ipsos ut audaces et adversus feras alacres sint, condocefacimus. Neque enim vel adversus porcos potestatem dæmones habent, quemadmodum sacra Evangelii scriptura docet [41]. Nam ante divinam Christi permissionem, non sunt ausi tangere gregem porcorum Gergesinorum. Permittit autem ipsis Dominus non ut una cum subulcis submergerent gregem, sed ut iis omissis, quo capessere fugam possent, in bruta egrederentur : evidenter nos docens, quod nisi per ipsius divinam et omnia complectentem potestatem custodiremur, vel consimiliter, vel etiam pejus, quam erga porcos, erga nos affecti dæmones forent, qui in hujus vitæ mari periculose navigamus.

INTERROGATIO CXXV.

Cum nosset Deus, quod Adamus præceptum transgressurus esset, cur illud ei dedit? vel denique quare transgressorem damnavit morte?

Responsio.

Atqui nisi præceptum, velut præmium certaminis et luctæ statuisset, ac permisisset in arbitrii sui potestate adversarium, non coronaretur, neque deprædicaretur victor. Quod si non mandasset præcepti observationem, et mortem transgressionis pœnam non minatus fuisset, merito in eum qui legem posuit, culpam retulisses. Si vero post mandatum lapsus est, et cecidit factus inobediens, superatum accusa, non eum qui certamen proposuit. Item secundum aliam rationem : Quemadmodum Adamum præcognoscebat transgressurum, similiter præsciebat posteros ejus præstatione præceptorum ab ipso velut victores deprædicatum et coronatum iri; alios quidem tempore pacis per declarationem probatæ cum virtute vitæ, alios autem tempore persecutionum per perseverantiam pro ipso usque ad mortem. Præcognoscebat enim Abelum justum fore, similiter et Sethum; Enochum transferendum, ne videret mortem; Noam justum futurum; Abrahamum radicem fidei fore, ac patrem multarum gentium. Præterea quod Isaacus servus suus strenuus declarandus esset, præsciebat; quod Jacobus ipsum velut hominem in lucta superaturus esset, et quod torpore soluturus esset latum nervum tacto ejus femore; quod propter temperantiam in custodia carcereque Josephus habitaturus esset; quod factis suis regnum obtenturus; quod ad ducendum exercitum et ferendam legem Moses idoneus futurus esset; quod Jesus Nave filius hostium tropæa ca-

[41] Matth. VIII, 30, 32.

ἀγεράστους ἡμᾶς καταλειφθῆναι ἐν τῇ μελλούσῃ ἀϊδίῳ ζωῇ, μὴ ὄντος ἡμῖν ἐνταῦθά τινος ἀντιπάλου, πρὸς ὃν ἀγωνιζομένους οἱονεὶ ἐν σταδίῳ τῇ παρούσῃ ζωῇ, ἐν τῇ ἀμείψει ταύτης στεφάνων ἐπιτυχεῖν. Πλήξας δὲ τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, ὅλον τὸν ξυνεπόμενον ὁλκὸν συναπενέκρωσε, ἀμυδράν τινα κίνησιν ἐν αὐτῷ καταλείψας, πρὸς γυμνασίαν ἡμῶν καὶ ἀρετῆς ἐπίδειξιν. Πολλάκις γὰρ καὶ ἡμεῖς τὴν κεφαλὴν τοῦ ὄφεως πλήξαντες, τὸν ἐφέρποντα ὁλκὸν τοῖς παισὶ παίειν ἐπιτρέπομεν, ἅμα θαῤῥεῖν καὶ θηρολεκτεῖν αὐτοὺς παιδεύοντες. Οὔτε γὰρ συῶν ἐξουσιάζειν οἱ δαίμονες, καθὼς ἡ θεία τῶν εὐαγγελικῶν παιδεύει Πυκτή. Πρὸ γὰρ τῆς θείας Χριστοῦ συγχωρήσεως, οὐκ ἐτόλμησαν ψαῦσαι τῆς τῶν Γεργεσινῶν ἀγέλης συῶν. Ἐπιτρέπει δὲ αὐτοῖς ὁ Κύριος, οὐχ ἅμα τῶν συοφορβῶν ποντῶσαι τὴν ἀγέλην, ἀλλ' ἐκείνους ἐᾶσαι δρασμῷ χρήσασθαι, κατὰ δὲ τῶν ἀλόγων χωρῆσαι· ἐναργῶς παιδεύων ἡμᾶς, ὡς εἰ μὴ τῇ θείᾳ αὐτοῦ καὶ περιεκτικῇ πάντων δυνάμει ἐφρουρούμεθα, παραπλησίως ἢ καὶ χείρω τῶν συῶν οἱ δαίμονες διετίθεντο ἡμᾶς ναυτιλλομένους ἢ θαλαττεύοντας.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚΕ'.

Γινώσκων ὁ Θεὸς ὅτι μέλλει παραβαίνειν τὴν ἐντολὴν ὁ Ἀδὰμ, διατί αὐτῷ ἔδωκεν αὐτὴν, ἢ πάλιν παραβάντα διατί θανάτῳ κατέκρινεν;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' εἰ μὴ ἔστησεν οἷον βραβεῖον καὶ πάλαισμα τὴν ἐντολὴν, καὶ εἴασεν αὐτεξούσιον τὸν ἀνταγωνιστὴν, οὐκ ἐστεφανοῦτο, οὐδὲ ἀνεκηρύττετο. Εἰ δὲ καὶ μὴ παρεγγύησε φυλάξασθαι, καὶ θάνατον τῇ παραβάσει ἠπείλησεν, εἰκότως ᾐτιῶ τὸν θέμενον. Εἰ δὲ μετὰ τὴν παρεγγυὴν, ὤλισθεν καὶ πέπτωκε παρακούσας, τοῦ ἡττωμένου κατηγόρει, καὶ μὴ τοῦ θεμένου τὸν ἀγῶνα. Ἑτέρως τε δὲ, ὥσπερ τὸν Ἀδὰμ προεγίνωσκεν παραβησόμενον, ὁμοίως προηπίστατο τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ τῇ κατορθώσει τῶν ἐντολῶν ἀνακηρύττεσθαι, καὶ στεφανοῦσθαι παρ' αὐτοῦ· τοὺς μὲν ἐν καιροῖς εἰρήνης δι' ἐπιδείξεως ἐναρέτου βίου, τοὺς δὲ ἐν καιρῷ διωγμῶν, διὰ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ μέχρι θανάτου ἐνστάσεως. Προεγίνωσκε γὰρ τὸν Ἄβελ δικαιοῦσθαι, τὸν Σὴθ ὁμοίως, τὸν Ἐνὼχ μετατίθεσθαι, μὴ ἰδεῖν θάνατον, τὸν Νῶε δικαιωθήσεσθαι, τὸν Ἀβραὰμ ῥίζαν τῆς πίστεως γίνεσθαι, καὶ πατέρα πολλῶν ἐθνῶν. Ὅτι Ἰσαὰκ δοῦλος αὐτοῦ ἐνάρετος ἀναδειχθήσεται, προεγίνωσκεν· ὅτι Ἰακὼβ αὐτὸν ἐν τῇ πάλῃ κρατήσει ὡς βροτὸν, καὶ ναρκήσῃ ἀψαμένου τοῦ μηροῦ τὸ πλατύνευρον· ὅτι Ἰωσὴφ διὰ σωφροσύνην φρουρὰν οἰκήσει, ὅτι διὰ τῶν ἔργων βασιλείας κρατήσει· ὅτι Μωσῆς πρὸς στρατηγίαν καὶ νομοθεσίαν ἐπιτήδειος φυήσεται· ὅτι ὁ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ πολεμίων χειρώσεται τρόπαια, καὶ δουλώσει Γαβαωνίτας, ὅτι Δαβὶδ πρόμαχον ἀλλοφύλων, κατάφρακτον κνημῖδας καὶ κορύνην γιγαντικὴν περικείμενον, ἀσπίδα καὶ δόρυ ἔχοντα, καὶ ὅλον σιδηράμφιον ὑπάρχοντα, μιᾷ σφενδονήσει λίθου εἰς γῆν καταῤ-

ῥάξει, καὶ μετὰ βραχὺ βασιλεύσει, καὶ πολλὰ περὶ αὐτοῦ προφητεύσει. Προεγίνωσκεν, ἀποστόλων, προφητῶν, μαρτύρων, διδασκάλων, καὶ τῶν λοιπῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐξ ἐκείνου βλαστάνειν θίασον· καὶ συνελόντα φάναι, οὐκ ἔδει τῇ τοῦ ἑνὸς εὐηθείᾳ καὶ τροπῇ πᾶσιν ἀποκλεισθῆναι τὸ στάδιον, καὶ τοὺς ἀγῶνας σβεσθῆναι, καὶ τὴν ἀνδρείαν κρυβῆναι, καὶ ἀργεῖν τὰ ἔπαθλα.

plurus, et in servitutem redacturus esset Gabaonitas; quod Davides propugnatorem alienigenarum armatum tibialibus, et galea gigantea circumdatum, scutum et hastam habentem, totum undique ferreum, jactu lapidis unico ex funda in terram prostraturus, et paulo post regnaturus, et multa de se vaticinaturus esset. Præcognoscebat, apostolorum, prophetarum, martyrum, doctorum cæterorumque ad Ecclesiam pertinentium ex illo germinaturum sacrum cœtum; et, ut breviter omnia dicam, non oportebat propter unius ignaviam et defectionem omnibus claudi stadium, et aboleri certamina, fortitudinemque occultari, et victoriæ cessare præmia.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚϚʹ.

Πῶς λέγων ὁ Σωτὴρ, ὅτι *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτως καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ*, ἐλθὼν ἐπὶ Λαζάρου οὐκ αὐθεντίᾳ ἐγείρει αὐτὸν, ἀλλὰ παρακαλεῖ τὸν Πατέρα, λέγων, *Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱόν*· καὶ οὕτως φωνεῖ ἐκ νεκρῶν τὸν Λάζαρον;

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων τῆς ἐξουσίας ἢ αὐθεντίας αὐτὸν ἀφαιρεῖται. Φησὶ γὰρ, *Διὰ τὸν παρεστῶτα ὄχλον, εἶπον ἵνα πιστεύσωσι*. Τί δ' ἐπάγει αὖθις, *Ἵνα καὶ ὁ Υἱός σου δοξάσῃ σε;* Ἆρ' οὖν δόξης παρὰ τοῦ Υἱοῦ προσδεῖται ὁ Πατήρ; Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐδόξασεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, καὶ ὁ Υἱὸς τὸν Πατέρα· φανεροῦντες ἡμῖν τὸ ἑαυτῶν ὁμόγνωμον καὶ ὁμόδοξον. Πῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μειζόνων αὐθεντῶν πάντῃ ὁ Υἱὸς, ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων τῆς πατρικῆς δεῖται, ὡς φὴς, ἐπιτροπῆς ἢ βοηθείας; Κολάζων γὰρ καὶ εὐεργετῶν, οὐδαμοῦ τὸν Πατέρα ἐπικαλεῖται· *Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*. Πρὸς δὲ τὸ ἕτερον μέρος, *Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον*. Τῷ παραλύτῳ φησὶν, *Ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὸν κράββατον, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου*. Ἑτέρωθι πάλιν, *Σοὶ λέγω, νεανίσκε, ἐγέρθητι ἐκ νεκρῶν*. Ὡσαύτως τῇ θυγατρὶ τοῦ ἀρχισυναγώγου θανούσῃ φησὶ, *Τὸ κοράσιον, ἀνάστηθι*· τῷ δὲ λεπρῷ ἀπὸ κορυφῆς μέχρι ποδῶν καθηλκωμένῳ ἐκτείνας τὴν χεῖρα, φησὶ, *Θέλω, καθαρίσθητι*· καὶ αὖθις τὸ πάθος δραπετεύει φυγαδευθὲν τῷ θείῳ θελήματι. Ἐπιτιμῶν δέ φησι, *Σοὶ λέγω, τῷ πονηρῷ δαιμονίῳ, ἔξελθε ἀπ' αὐτοῦ*. Καταστέλλει πάλιν ἐπιτιμίῳ κορυφουμένην τὴν ἄβυσσον· αὐτάνδρους δὲ πόλεις κατακρίνων, μετ' ἐξουσίας φησὶν, *Οὐαί σοι, Χοραζὶν, οὐαί σοι, Βηθσαϊδᾶ, καὶ σὺ, Καπερναοὺμ, ἡ ἕως οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβήσῃ*. Καὶ τὴν παλαιὰν καθαιρῶν Ἱερουσαλὴμ, φησὶν, *Οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ἐπ' αὐτῇ*, ὅπερ γενόμενον ὁρῶμεν. Πῶς οὖν ἐπὶ τούτων τῶν μειζόνων μηδαμοῦ τὸν Πατέρα ἐπικαλεσάμενος, ἢ τῆς παρ' ἐκείνου ἰσχύος δεόμενος, ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων πατρόθεν τὰς εὐεργεσίας δανειζόμενος τοὺς κάμνοντας ἀκέεται; Ἄπαγε οὖν, ἀξιάγαστε, τῆς τοιαύτης περὶ Χριστοῦ ἐννοίας. Οὐ γὰρ καθ' ὑστέρησιν αὐθεντίας ἢ ῥώμης ἔν τισι

INTERROGATIO CXXVI.

Qui fit ut cum dicat Servator, quod *quemadmodum Pater excitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat* [42]; ad Lazarum veniens, non excitet ipsum potestate propria, sed invocet Patrem, dicens: *Pater, glorifica Filium tuum* [43], sicque revocet ex mortuis Lazarum?

Responsio.

Nihil horum ipsi quidquam potestatis vel auctoritatis adimit. Inquit enim: *Propter astantem turbam dixi, ut credant* [44]. Quid vero rursus subjungit, *Ut et Filius te glorificet?* Nunquid igitur indiget gloria, quam consequatur a Filio, Pater? Nequaquam. Sed glorificavit Pater Filium, et Filius Patrem, manifestantes nobis suum consensum et æqualitatem gloriæ. Quomodo vero in majoribus prorsus auctoritate sua faciens omnia Filius, in minoribus paterna indiget, ut ais, permissione vel auxilio? Puniens enim et benefaciens nusquam Patrem invocat. Nam, *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum inde usque ab jactis fundamentis mundi* [45]. Ad alteram autem partem, *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum* [46]. Ad paralyticum inquit: *Surge, tolle tuum grabbatum, et abi in domum tuam* [47]. Alibi rursus: *Tibi dico, adolescens, surge ex mortuis* [48]. Similiter et filiæ principis synagogæ defunctæ inquit: *Puella, surge* [49]. Leproso autem a vertice ad pedes usque ulceribus pleno, extenta manu, *Volo*, inquit, *mundus esto* [50]: ubi recedit morbus, divina voluntate fugatus. Cum increpatione item inquit: *Tibi dico, malo dæmoni, exi ab eo* [51]. Cohibet etiam increpatione tumidam abyssum. Et cum viris urbes condemnans, cum potestate inquit: *Væ tibi, Chorazin, væ tibi, Bethsaida; et tu, Capernaum, quæ es in cœlum usque exaltata, usque ad inferos descendes* [52]. Et veterem tollens Hierosolymam, inquit: *Non manebit in ea lapis super lapide* [53]. Id quod factum cernimus. Quomodo igitur in majoribus istis nusquam invocato Patre, aut indigens ab ipso collatis viribus, in minoribus a Patre beneficia quasi mutuo sumens, medetur laborantibus? Absit igitur procul a te, o præclarissime, talis de Christo cogitatio! Non enim secundum defectum auctoritatis aut roboris in quibusdam locis Patrem alloquitur, sed

[42] Joan. v, 21. [43] Joan. xi, 41. [44] Joan. xi, 42. [45] Matth. xxv, 34. [46] ibid. 41. [47] Matth. ix, 6. [48] Luc. vii, 14. [49] Luc. viii, 5. [50] Matth. viii, 3; Marc. i, 41; Luc. v, 13. [51] Marc. i, 25. [52] Luc. x, 13, 15. [53] Luc. xix, 44.

ubique is ei propositus scopus est, ut ad humilitatem nos instruat, et superbiæ fastum nobis adimat: utque nobis nullo modo permittamus, ut quæ agenda sunt, ante ipsius ductum inchoemus, sed omnis tam sermonis quam actionis ab ipso primordia capiamus.

INTERROGATIO CXXVII.

Quomodo vero dicit Apostolus, ipsum Patri subjiciendum, ut majori videlicet? Nam *qui omnia*, inquit, *subjecit ei, tunc et ipse subjicietur illi, qui ipsi omnia subjecit*[54]. Quomodo igitur potest æqualis esse Patri, cum constet minorem subjici majori?

Responsio.

Ille ipse nobis eximius et divinus præco inspiciendus est, qui hoc loco magis carnaliter disserit ad rudiores, nec adhuc animæ sensibus exercitatos ad dijudicationem sublimiorum doctrinarum. *Quicunque in Christum baptizati estis*, inquit, *Christum induistis*[55]. Quibus in verbis ecclesiasticum intelligit cœtum, qui Christum gestat. Cum autem modo subjiciantur ei per fidem gentes, nondum integram esse subjectionem Ecclesiæ gentium admittit. Necdum enim plenitudo gentium ingressa est, ut ipse ait Apostolus[56]: sed quotidie sanctus ille cœtus accessione credentium subjectionem recipit, non aliter ac si Christus ipse recipiat. Quando autem plenitudo gentium ingressa fuerit, et absolutam integramque subjectionem habuerit Ecclesia, quæ est Christus secundum carnem, tunc et ipse totus exercitus subjicietur ei, qui subjecit ipsi (nimirum Christo secundum carnem) omnia. Itaque per dictum hoc quod scripsit ad rudiores, non omnem revelat ipsius Christi propriæ potestatis auctoritatem et divinitatem, quæ nihil agit contra Patrem. Quando vero apud eos disserit qui perfectiores sunt intelligentia, quasi solidiorem quemdam præter lacteum et puerilem cibum, quo lactentes infantes cibantur, apponit; et a rebus divinioribus institutionem contexens, paulatim adimit auctoritatis potestatisque Christi velamenta, et æqualem gloria, æqualem potentia, liberumque prorsus ex se Deum esse ipsum demonstrat, luculenter clamans: *Exspectamus Filium ejus e cœlis, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, ut fiat conforme corpori gloriæ suæ, per efficaciam potestatis ejus, ut possit et ipse subjicere sibi omnia*[57]. Et alibi inquit: *Quoniam Deus erat in Christo, mundum sibi ipsi reconcilians*[58]. Ecce ambobus istis in locis, quod sibi ipsi subjiciat, indicatur. Segregato igitur temetipsum a tali dementia, cum semet declaret Apostolus, nec omnia tradat eodem scripto, sed pro ratione uniuscujusque scribat, et quasi manu ad perfectionem ducat.

INTERROGATIO CXXVIII.

Cum igitur Deus sit Christus et æqualis Patri, cur hic ipse Apostolus Patrem quidem scribit esse Deum, Filium autem Dominum? Nec parum huc

τόποις τῷ Πατρὶ προσδιαλέγεται· ἀλλὰ σκοπὸς αὐτῷ πάντη τὰ ταπεινοφροσύνης παιδεῦσαι ἡμᾶς, καὶ τὴν κορύφωσιν τῆς ὑπερηφανίας ἀποτρίψαι ἡμῶν, καὶ μηδαμῶς ἑαυτοῖς ἐπιτρέπειν τὰ πρακτέα πρὸ τῆς αὐτοῦ καθηγήσεως, ἀλλὰ παντὸς λόγου καὶ δράματος αὐτὸν ποιεῖσθαι προοίμιον.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚΖ'.

Καὶ πῶς ὁ Ἀπόστολος ὑποταγήσεσθαι αὐτὸν τῷ Πατρὶ λέγει, δηλονότι ὡς μείζονι; *Ὅταν* γὰρ, φησὶν, *ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα.* Πῶς οὖν δύναται ὅμοιος ὑπάρχειν τῷ Πατρί; δῆλον γὰρ, ὅτι ἐλάσσων τῷ μείζονι ὑποτάσσεται.

Ἀπόκρισις.

Αὐτὸν ἐκεῖνον ἀθρεῖν δεῖ τὸν ὑψηλὸν ἱεροκήρυκα· ἐνταῦθα μὲν σαρκωδέστερον διαλεγόμενον πρὸς τοὺς νηπιωτέρους, καὶ μήπω γεγυμνασμένους τὰ ψυχικὰ αἰσθητήρια πρὸς διάκρισιν ὑψηλοτέρων δογμάτων. *Ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε*, φησὶ, *Χριστὸν ἐνεδύσασθε*· οἵτινες ὁ ἐκκλησιαστικὸς ὑπάρχει ὅμιλος Χριστὸν φορῶν. Νῦν δὲ ὑποτασσομένων αὐτῷ ἐν τῇ πίστει ἐθνῶν, οἷον οὐ παντελῆ τὴν ὑποταγὴν τῶν ἐθνῶν δεξάμενος τῆς Ἐκκλησίας. Οὔπω γὰρ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσῆλθε, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος αὐτός. Ἀλλ' ἑκάστης ἡμέρας ὁ θίασος τῇ προσθήκῃ τῶν πιστευόντων τὴν ὑποταγὴν δέχεται, ὡσανεὶ Χριστὸς ὁ δεχόμενος. Ὅταν δὲ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, καὶ παντελῆ καὶ ἀνυπόλειπτον σχοίη τὴν ὑποταγὴν ἡ Ἐκκλησία, ἥτις ἐστὶ Χριστὸς κατὰ σάρκα, τότε καὶ αὐτὴ πανστρατιᾷ ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῇ (ὡσανεὶ αὐτῷ Χριστῷ κατὰ σάρκα) τὰ πάντα. Τῷ οὖν πρὸς τοὺς νηπιωτέρους γράμματι, οὐ πᾶσαν ἐκκαλύπτει αὐτοῦ Χριστοῦ τὴν αὐθεντίαν καὶ θεότητα, τοῦ μὴ ἀντίθεον αὐτὸν οἰηθῆναι ἢ ἀντιπράττοντα τῷ Πατρί. Ὁπηνίκα δὲ πρὸς τελειοτέρους τὴν αἴσθησιν διαλέγεται, οἷον στεῤῥοτέραν παρὰ τὴν γαλακτώδη καὶ νηπίαν τροφὴν παρατίθησι τοῖς ὑποτίτθοις ἀπὸ τῶν θειοτέρων τὴν καθήγησιν ἐριθούμενος, ἠρέμα συνέλκων τῆς αὐθεντίας Χριστοῦ τὰ παραπετάσματα, καὶ ἰσοκλεῆ τε καὶ ἰσοσθενῆ, αὐτεξούσιον αὐτὸν Θεὸν ἀποδείκνυσι, διαῤῥήδην βοῶν, *Ἀναμένομεν τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐκ τῶν οὐρανῶν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, εἰς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ κράτους αὐτοῦ, τοῦ δύνασθαι αὐτὸν καὶ ὑποτάξαι ἑαυτῷ τὰ πάντα.* Καὶ ἑτέρωθί φησιν· *Ὡς ὅτι ὁ Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων.* Ἰδοὺ ἄμφω τοῖς χωρίοις τὸ ἑαυτῷ ὑποτάττειν πρόκειται. Εἶργε οὖν σαυτὸν τῆς νηπιότητος, ἑαυτὸν ἑρμηνεύοντος τοῦ Ἀποστόλου, οὐ τῷ ἴσῳ δὲ γράμματι πάντα ἐκπαιδεύοντος, ἀλλὰ προσφόρως ἑκάστῳ ἐπιστέλλοντος, καὶ οἱονεὶ χειραγωγοῦντος πρὸς τελείωσιν.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚΗ'.

Εἰ οὖν Θεὸς ὁ Χριστὸς, καὶ ἴσος τῷ Πατρὶ, διὰ τί αὐτὸς οὗτος ὁ Ἀπόστολος, τὸν μὲν Πατέρα γράφει Θεὸν, τὸν δὲ Υἱὸν Κύριον; Οὐ μικρῶς δέ μοι συν-

[54] I Cor. xv, 27, 28. [55] Galat. iii, 27. [56] Rom. xi, 25. [57] Philipp. iii, 20, 21. [58] II Cor. v, 19.

ηγορῶν φαίνει λέγων, *Ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ, κόσμον ἑαυτῷ καταλλάσσων·* οὐχ ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὁ ἐνοικῶν αὐτῷ Θεός.

Ἀπόκρισις.

Πάσης ὑπέρτερον δυνάμεώς καὶ κυριότητος, ἰσοκλεῆ ὄντα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἔγωγέ φημι τὸν Θεὸν Χριστόν. Οὐδὲ γὰρ τὸ Κύριον εἰρῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ὑψηλοῦ Ἀποστόλου, ἀφαιρεῖται αὐτὸν τῆς θεότητος. Οὐδ' αὖ πάλιν τὸ Θεὸς, ἐν Χριστῷ ἐνοικούμενον αὐτὸν δείκνυσιν· ὥς γε ἐξ αὐτοῦ τούτου καὶ τοῦ πρὸ αὐτοῦ ὑψηλοῦ Ἡσαΐου παιδευόμεθα. Ὁ μὲν γὰρ πάλαι προφητεύων περὶ Χριστοῦ φησι, *Καὶ οἱ Σεβωῒμ ἄνδρες ὑψηλοὶ ἐπὶ σὲ διαβήσονται, καὶ σοῦ ἔσονται δοῦλοι, καὶ ὀπίσω σου ἀκολουθήσουσι, δεδεμένοι χειροπέδαις, ὅτι ἐν σοὶ Θεός ἐστι.* Καὶ ἀναιρῶν τὴν κατὰ σὲ ἐνοίκησιν, αὖθις ἐπάγει, *Καὶ Θεὸς οὐκ ἔστι πλὴν σοῦ· σὺ γὰρ εἶ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐκ ᾔδειμεν, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ.* Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς προφήτης ἤδει* ἐτῶν φησι, *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστής.* Ὁ δὲ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν Παῦλός φησι, *Χριστὸς ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.* Τὸ δὲ, *Κύριος*, ἱεροψάλτης δείκνυσι Δαβὶδ, μὴ ἔξω ὑπάρχειν τῆς θεότητος. Τὴν γὰρ θεανδρικὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου ἔνσαρκον ἐπιφοίτησιν προμελῳδῶν φησιν, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν.* Πάντῃ δὲ τῇ Παλαιᾷ Πυκτῇ τὸν Πατέρα Κύριον οἱ θεσπέσιοι προφῆται φασιν· Ἡσαΐας μὲν ὑψηλὸς, *Τάδε λέγει Κύριος Σαβαώθ.* Ἱερεμίας δὲ ὁ πολυκίνδυνος, *Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ.* Ἰεζεκιὴλ δὲ ὁ τῶν Χερουβὶμ ἐξηγητὴς, *Τάδε λέγει Κύριος Ἀδωναΐ.* Κύριος, ὁμοίως καὶ Δανιὴλ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν προφητῶν. Οὐδὲ γὰρ Παῦλος φάσκων, *Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ*, ἔξω αὐτὸν τῆς κυριότητος τίθησιν, ἢ πάλιν λέγων, *εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς*, ἔξω αὐτὸν τῆς θεότητος δείκνυσιν. Οὐδ' αὖ πάλιν θεηγορῶν ὁ Υἱὸς, *Ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ταύτῃ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν*, ἄμοιρον τῆς Ἐκκλησίας τὸν Πατέρα δείκνυσιν. *Πάντα γὰρ τὰ ἐμὰ*, φησὶ, *σά ἐστι*, Πάτερ, *καὶ τὰ σὰ ἐμά.* Πάντῃ δὲ τῇ θείᾳ Πυκτῇ τὸ *Θεὸς* καὶ τὸ *Κύριος* ἥνωται. Ταυτώνυμον δὲ καὶ ταυτόδοξον ὑπάρχειν καὶ τὸ θεῖον καὶ πανάγιον Πνεῦμα, καὶ τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου παιδευόμεθα ἐπιστέλλοντος· *Ὁ γὰρ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστι.* Τοῖς οὖν ὀξυωποῦσι περὶ τὴν θείαν Γραφὴν, οὐ δόξει ποτὲ διαφωνεῖν ἢ διαμάχεσθαι αὐτῇ, νῦν μὲν τὰ θειότερα, νῦν δὲ τὴν συγκατάβασιν κηρύττουσα πρὸς τὴν διάνοιαν τοῦ ὑπηκόου ἁρμοττομένη· οἱονεὶ φιλότεκνος μήτηρ καταλλήλως τοὺς παῖδας ἐκτρέφουσα, τοὺς μὲν ἔτι ἁπαλοὺς τῶν ὑποτίτθων, οἱονεὶ γάλα ποτίζουσα, τοὺς δὲ ἐκφοιτήσαντας τῆς νηπίας καταστάσεως, λαχάνοις ὑπεκτρέφουσα, τοῖς δὲ τελειοτέροις ἄρτον κομίζουσα. Πρὸς γὰρ ἀμφοτέρους φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος, *Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα, οὔπω*

mihi facere videtur, quod inquit: *Quoniam Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Non faciebat hoc Christus, sed inhabitans in ipso Deus.

Responsio.

Equidem aio Christum esse Deum supra omnes potestates et dominatus, æqualem gloria Deo et Patri. Neque enim propterea quod Dominus a sublimi dictus sit Apostolo, divinitas ipsi adimitur. Neque item alterum illud, *Deus*, a Deo fuisse ipsum inhabitatum indicat: quemadmodum per hunc ipsum Apostolum, prout ex hoc ipso, et per ætate priorem ipso sublimem Isaiam docemur. Nam hic olim de Christo vaticinans, inquit: *Et viri Seboim eximii ad te transibunt, et erunt servi tui, et post te sequentur vincti manicis, quoniam in te Deus est* [59]. Tollensque eam de qua tu dicis inhabitationem, rursus subjungit: *Et non est Deus præter te: tu enim es Deus noster, et nesciebamus, Deus Israel salvator* [60]. Et rursus idem vates ante..... annos inquit: *Puer natus est nobis et filius, et vocabitur nomen ejus Deus fortis, Dominator* [61]. Sublimi autem mente præditus Paulus inquit, *Christus qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, Amen* [62]. Illud autem quod Dominus dicitur, Psaltes divinus Davides ostendit, non extra divinitatem esse; nam conjuncti cum Deo hominis, Dei et Verbi in carne adventum in suis prædicens carminibus, inquit: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, et apparuit nobis* [63]. Utique autem in Scriptura Veteri Patrem Dominum prophetæ divini vocant. Esaias quidem ille eximius cum ait: *Hæc dicit Dominus sabaoth* [64]. Hieremias vero multa perpessus, *Hæc dicit Dominus omnipotens* [65]. Ezechielus autem enarrator ille cherubim: *Hæc dicit Dominus Adonai* [66]. Similiter et Danielus, et cæteri vates. Neque enim Paulus cum inquit, *Unus est Deus Pater* [67], ipsum extra dominationem ponit, vel vice versa, cum inquit: *Unus Dominus Jesus Christus* [68], ipsum extra divinitatem esse significat. Neque item cum ipse Filius concionatur: *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* [69], expertem Ecclesiæ Patrem ostendit: *Omnia* enim *mea*, inquit, *tua sunt*, Pater, *et tua mea sunt* [70]. Nimirum ubique sacris in Litteris hæc duo vocabula, nempe *Deus* et *Dominus* juncta sunt. Ejusdem vero nominis ejusdem gloriæ et divinum atque sacrosanctum Spiritum esse ex divo discimus Apostolo, scribente in hæc verba: *Dominus spiritus est* [71]. Illis igitur qui divinis in Litteris perspicaces sunt, nunquam eæ videbuntur a se dissentire, vel sibi repugnare; cum nunc quidem diviniora, nunc autem humiliora prædicantes, auditoris intellectui sese accommodant, veluti liberorum facit amans mater, conveniente quadam ratione liberos educans, quæ alios quidem adhuc teneros, velut infantes lacte potat; eos vero qui infantiæ statum

[59] Isa. XLV, 14. [60] ibid. 15. [61] Isa. IX, 6. [62] Rom. IX, 5. [63] Psal. CXVII, 27. [64] Isa. V, 9 sec. LXX. [65] Jerem. XXXII, 14 sec. LXX. [66] Ezech. XII, 28 sec. LXX. [67] I Cor. VIII, 9. [68] ibid. [69] Matth. XVI, 18. [70] Joan. XVII, 10. [71] I Cor. III, 17.

egressi sunt, oleribus nutrit, perfectioribusque panem porrigit; nam ad utrosque inquit eximius ille Apostolus: *Lacte potavi vos, non cibo; nondum enim hæc vesci poteratis, imo ne nunc quidem potestis* [72]. Ad alios autem sermonem dirigens: *Qui infirmus est, oleribus vescitur* [73], inquit; quæ veluti media quadam, quod attinet cogitationes, ratione affecta sunt, cum talis pane vesci nequeat, quemadmodum ii qui jam perfecti sunt institutione, propter tenerum et infirmum adhuc intellectum.

γὰρ ἠδύνασθε· ἀλλ' οὐδὲ ἔτι νῦν δύνασθε. Πρὸς δὲ ἑτέρους ἀποτεινόμενος, *Ὁ δὲ ἀσθενῶν, λάχανα ἐσθίει*, φησί· τὰ μέσως νοημάτων ἔχοντα, μὴ οἷός τε ὢν ἄρτῳ τρέφεσθαι κατὰ τοὺς ἤδη τῇ παιδείᾳ τελείους, διὰ τὸ ἁπλοῦν ἔτι τῆς διανοίας καὶ ἀστήρικτον.

INTERROGATIO CXXIX.

Quomodo vero terminis subjiciens Apostolus regnum Christi, scribit, *Oportet ipsum regnare usquedum posuerit inimicos ejus sub pedes ejus* [74]? Quod quidem aliqui interpretati, tradiderunt, quod post hujus mundi finem, prætereunte regno Christi, ipsoque in Patrem redeunte, futurus sit *omnia in omnibus Deus*, sicut inquit Apostolus [75].

Responsio.

Illos mihi videtur deplorare Hieremias dicens: *Quis dabit aquam capiti meo, et oculis meis fontem lacrymarum, et lugebo nocte et die vulneratos populi mei* [76]? qui clauserunt aures, nullam divini sermonis rationem habentes, qui aperte clamat: *Filius manet in æternum* [77]. Adversabitur eis acerbus dementiæ refutator Danielus, vir exoptatissimus, dicens: *Contemplabar in visione nocturna, et ecce in nubibus cœli velut Filius hominis veniebat* [78]. Et paulo post inquit: *Potestas ejus potestas æterna est, quæ non præteribit, et regnum ejus non interibit* [79]. Similiter et Davides divinorum auctor ille carminum: *Thronus tuus, o Deus, in sæculum sæculi: virga rectitudinis, virga regni tui* [80]. Et post alia: *Ab initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi interibunt, tu autem permanes, et es idem, et anni tui non deficient* [81]. Quæ de Domino exponens sublimis ille intelligentia Paulus, ipsum ubique scribit opificem, et regem, et Deum ante sæcula et in sæcula. Præterea Moses Dei spectator et legislator divinus in fine Cantici Mariæ scribit: *Dominus regnans in sæculum et sæculum* [82]. Christum denique jam Dominum esse profitemur. Ne igitur ex eo quod hic dicitur: *Usquedum* et *usquequo*, aliquando finem habiturum regnum Christi nugentur, male intelligentes quæ bene sunt dicta. Nam ex ipsa Apostoli voce redarguitur ipsorum vanitas. *Regnavit* enim *mors ab Adamo ad Mosem usque*, inquit [83]. Num igitur ad illum usque tantum regnavit, aut etiam ultra? Nimirum in multas illa generationes imperium suum extendit: quam denique omnem rationalem ætatem pervadentem, Christus evertit, adversus illam robore mortales circumdans, ipse morti mors factus. Et quia de Mose magnifice sentiebant Judæi, præ illo cæteros contemnentes, ipsumque deum esse putantes, quod ne sepulcrum quidem ejus inveniatur usque in hodiernum diem, quodque una

ΠΕΥΣΙΣ ΡΚΘ'.

Καὶ πῶς ὅροις ὑποβαλὼν ὁ Ἀπόστολος τὴν Χριστοῦ βασιλείαν, γράφει, Δεῖ γὰρ *αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρις οὗ ἂν θῇ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ*; Ὅπερ οἱ ἑρμηνεύσαντες ἐξέδωκαν, ὅτι μετὰ τὸ τέλος τοῦ κόσμου τούτου περαιουμένης τῆς βασιλείας Χριστοῦ, αὐτοῦ δὲ εἰς τὸν Πατέρα ἀναλύοντος, ἔσται *τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ὁ Θεὸς*, καθὼς λέγει ὁ Ἀπόστολος.

Ἀπόκρισις.

Ἐκείνους δοκεῖ μοι Ἱερεμίας ἀποδυρόμενος φάσκειν, *Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι ἡμέρας καὶ νυκτὸς τοὺς τετραυματισμένους τοῦ λαοῦ μου*; τοὺς μύσαντας τὰ ὦτα, καὶ μηδένα λόγον τῆς θεηγορίας ποιουμένους, διαῤῥήδην βοώσης, *Ὁ Υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἀντικαταστήσεται αὐτοῖς πικρὸς τῆς παροινίας ἔλεγχος Δανιὴλ ὁ ἀνὴρ τῶν ἐπιθυμιῶν, φάσκων, *Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος.* Καὶ μετὰ βραχέα φησὶν, *Ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται.* Ὁμοίως Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου.* Καὶ μεθ' ἕτερα· *Κατ' ἀρχὰς σὺ, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, καὶ ὁ αὐτὸς, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν.* Ἅπερ εἰς τὸν Κύριον ἑρμηνεύων Παῦλος ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν, πάντῃ ἐπιστέλλων δημιουργὸν, καὶ βασιλέα καὶ Θεὸν πρὸ αἰώνων καὶ ἐπ' αἰῶνα. Καὶ ἔτι ταῦτα δὲ Μωσῆς ὁ θεόπτης καὶ θεῖος νομοθέτης ἐν τῷ τέλει τῆς ᾠδῆς Μαρίας γράφει, *Κύριος βασιλεύων τῶν αἰώνων καὶ ἐπ' αἰῶνων.* Καὶ ἔτι, Κύριος δὲ ὁ Χριστὸς, καὶ παρ' ἡμῶν ἤδη ὁμολογεῖται. Μὴ οὖν ἐκ τοῦ *ἄχρις οὗ*, τέλος ἕξειν ποτὲ τὴν Χριστοῦ βασιλείαν, ληρείτωσαν κακῶς νοοῦντες τὰ καλῶς πεφασμένα. Ἐκ γὰρ τῆς αὐτῆς τοῦ Ἀποστόλου φωνῆς διελέγχεται αὐτῶν ἡ εἰκαιοβουλία. *Ἐβασίλευσε* γὰρ *ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως*, φησίν. Ἆρ' οὖν μέχρις ἐκείνου ἐβασίλευσεν, ἢ καὶ ἐπέκεινα; Εἰς πολλὰς γενεὰς ἐκτείνας τὸ κράτος· ὃν διὰ πάσης λογικῆς ἡλικίας θέοντα Χριστὸς ὑπεσκέλισε, τὸ κατ' ἐκείνου κράτος βροτοὺς ἀναδήσας, αὐτὸς τῷ θανάτῳ γενόμενος θάνατος· τοὺς μέγα τι ἐπὶ Μωσεῖ φρονοῦντας

[72] I Cor. III, 2. [73] Rom. XIV, 2. [74] I Cor. XV, 25. [75] ibid. 28. [76] Jerem. IX, 1. [77] Joan. VIII, 35. [78] Dan. VII, 13. [79] ibid. 14. [80] Psal. XLIV, 7. [81] Psal. CI, 26-28. [82] Exod. XV, 18 sec. LXX. [83] Rom. V, 14.

Ἰουδαίους καὶ ἐξουδενοῦντας, καὶ Θεὸν αὐτὸν ὑπάρχειν οἰομένους, διὰ τὸ μηδὲ τάφον αὐτοῦ εὑρίσκεσθαι μέχρι τήμερον, καὶ ὅταν ἅμα Ἠλίου τοῦ προφήτου ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας παρέστη Χριστῷ μεταμορφωθέντι· ὥστε μὲν δοκεῖν αὐτοὺς ἔτι ζῆν αὐτὸν ἴσα Ἠλίου μετατεθέντα ἐν σαρκί· καταστέλλων αὐτῶν τὸ φύσημα, καὶ τὴν φλεγμονὴν τῆς εἰκαίας περὶ τὸν ἄνδρα δόξης, θνητὸν ἀποδεικνὺς αὐτὸν, καὶ τῆς αὐτῆς ἡμῖν φύσεως, οἱονεὶ δακτυλοδεικτῶν αὐτὸν καὶ φάσκων, Θνητὸς ὑπάρχων *ἔθανε Μωσῆς*, τί κομπάζετε, ὦ Ἰουδαῖοι; καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησι διελέγχων αὐτοὺς, *Μέχρι γὰρ σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται.* Ἆρ' οὖν μέχρι Παύλου μόνον ἢ καὶ μέχρι συντελείας αὐτῆς Ἰουδαῖοι τυφλώττουσι; Πάλιν δ' ὁ αὐτὸς ἐπιστέλλων Κορινθίοις φησίν· *Ἄχρι καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.* Ἆρ' οὐ μέχρι Κορίνθου μόνης, ἢ καὶ ἀπὸ τῆς ἑῴας μέχρι τῶν ἑσπερίων ἔφθασεν ὠκυποδῶν κύκλῳ τὸ Ἰλλυρικὸν, καὶ μέχρις αὐτῆς Ῥώμης καταντῶν ἐκήρυττε; Καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησι· *Παρακαλοῦντες ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται.* Ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ προεῖπεν ὁ θεσπέσιος, *Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε*, τοῦ Θεοῦ δηλονότι, *μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ, κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ.* Μέχρι τοῖς οὖν Δαβὶδ μόνοις ἀναγκαία ἄρα ἡ τῆς θείας φωνῆς ὑπακοή; Ὢ τῆς παροινίας τῶν εἰκῆ σοφῶν! αὐτοὶ μὲν Χριστοῦ ὑπάρχοντες δημιουργήματα μετὰ τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα ἄφθαρτοι καὶ ἀθάνατοι ἀνιστάμενοι διὰ παντὸς μένωμεν, αὐτὸς δὲ ἄρα ὁ τοῦ παντὸς ἀρχιτέκτων καὶ πρύτανις, εἰς Πατέρα παλινοστήσας οὐκ ἔσται; Πῶς δὲ καὶ βασιλεύειν ἀϊδίως καὶ ἀθανάτως σὺν αὐτῷ βροτοῖς ἐπαγγέλλεται, αὐτὰ ἐκείνου ἀφαιρουμένου, καὶ πέρασιν τὴν βασιλείαν ἀποθεμένου, κατὰ τοὺς ματαιόφρονας; Ἀλλ' ἄπαγε τῆς ἀτοπίας, ἀξιῶ. Ἐλέγξει γὰρ αὐτοὺς ἐν μὲν τῇ Παλαιᾷ Δαβὶδ περὶ τῆς Χριστοῦ μελῳδῶν βασιλείας, *Ἐξομολογησάσθωσάν σοι, Κύριε, πάντα τὰ ἔργα σου*· ἔργον δὲ Χριστοῦ τὰ σύμπαντα, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἰωάννης, ὅτι *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν Χριστός*· καὶ ὅτι *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο.* Καὶ πάλιν Δαβὶδ, *Ἡ βασιλεία σου*, φησὶ, *βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων, καὶ ἡ δεσποτεία σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ.* Συμφώνως δὲ Γαβριὴλ τούτῳ ὁ τῆς ἀπεράντου βασιλείας Χριστοῦ διάκονος διαῤῥήδην βοᾷ, *Καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος.* Οὐ χρόνων τοίνυν περιοριστικῶν ὑπάρχει τὸ εἰωθότως πολλαχοῦ τῆς θείας πεφρᾶσθαι Γραφῆς, τὸ [γὰρ] *ἄχρις οὗ*, ἢ *σήμερον.* Παρὰ γὰρ Θεῷ ἀνέσπερος καὶ μία ἡμέρα πᾶς ὁ αἰών. Ὁμοίως καὶ πάσαις ταῖς νοεραῖς καὶ λογικαῖς δυνάμεσιν, ἐπεὶ ἀδιάδοχον νυκτὶ τὸ ὑπερκόσμιον φῶς.

cum Elia propheta in cacumine montis astiterit Christo transformato, ita ut ipsi putent eum adhuc vivere et in carne, quemadmodum et Eliam, translatum: horum inflationem contrahens tumoremque vanæ de hoc viro opinionis, mortalem ostendit ipsum et ejusdem nobiscum naturæ, quasi digito demonstrans eum, et dicens: *Mortuus est Moses* [84], qui mortalis erat, quid gloriamini, o Judæi? Rursusque idem inquit redarguens ipsos: *In hodiernum usque diem, quando legitur Moses, velum ipsorum cordi impositum est* [85]. Num igitur usque ad tempora Pauli tantum, an ad ipsam consummationem usque Judæi cæcutiunt? Rursus idem ad Corinthios scribens, inquit: *Etiam usque ad vos pervenimus cum Evangelio Christi* [86]. Num igitur tantum Corinthum usque, an ab orientalibus ad occidentales usque pervenit, velocique cursu circumiens Illyricum, Romam usque delatus prædicavit? Et iterum idem inquit: *Exhortantes vos invicem quotidie, quoad hodiernus dies vocatur* [87]. Id quod antea quoque vates divinus Davides protulerat: *Hodie si vocem ejus audieritis*, nempe Dei, *ne induretis corda vestra sicut in exacerbatione, in die tentationis in deserto* [88]. Num igitur illis tantum, qui fuerunt ad tempora Davidis, necessaria fuit divinæ vocis obedientia? O dementia vanorum sapientum! Nos quidem qui ipsius Christi sumus opificia, post præsens sæculum incorruptibiles et immortales resurgentes, semper manemus; ipse autem totius universitatis architectus et gubernator, in Patrem reversus, non amplius erit? Quomodo vero regnum ipsi æternum et immortale inter homines promittitur, si quidem hoc spoliatur, ac post certos quosdam temporis terminos id deponet, quemadmodum homines illi vana mente præditi volunt? Sed a te procul, obsecro, absit talis absurditas. Redarguet enim ipsos in Veteri quidem Testamento Davides de Christi regno canens: *Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua* [89]. Opus autem Christi sunt in universum omnia, quemadmodum inquit sublimis ille Joannes: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [90]: qui quidem *caro factum est, et habitavit in nobis Christus* [91]. Idem: *Omnia per ipsum facta sunt* [92]. Et rursus Davides inquit: *Regnum tuum regnum omnium sæculorum, et dominium tuum durat in omnem generationem et generationem* [93]. Cum hoc autem consentiens Gabrielus illius nunquam finiendi regni Christi minister diserte clamat: *Et regnabit super domum Jacob in sæcula, et regni ejus non erit finis* [94]. Non igitur temporum determinatorum est, quod consueto more multis in locis sacræ Scripturæ dictum est, *usque, donec*, et *hodie*. Apud Deum enim vespere carens et unicus dies est tota æternitas. Similiter et omnibus intellectilibus ac rationalibus illis potestatibus, quoniam a nulla sequente nocte ultramundana lux excipitur.

[84] Deut. xxxiv, 5. [85] II Cor. iii, 15. [86] II Cor. x, 14. [87] Hebr. iii, 13. [88] Psal. xciv, 8. [89] Psal. cxliv, 10. [90] Joan. i, 1. [91] ibid. 14. [92] ibid. 3. [93] Psal. cxliv, 13. [94] Luc. i, 33.

INTERROGATIO CXXX.

Atqui si Patri æqualis est, quomodo inquit ipse, *Nihil potest Filius facere a semet ipso, nisi quod viderit facientem Patrem* [95]?

Responsio.

Ejusdem dementiæ est, ad hunc modum erga Dei Filium unigenitum affectum esse. Sequetur enim omnino duplicem statuendam esse creationem; aliam quidem Patris jam perfectam, aliam vero Filii quæ adhuc perficiatur, et paulatim progrediatur, ac ad imitationem creationis paternæ condat. Ostendant igitur nobis Arianæ insaniæ sectatores duos soles et duas faces lunares, et discernant nobis quinam sol Patris sit, aut qui sit Filii; quæ sit luna Patris, quæ Filii. Similiter autem et de terra et mari merito quæsiero. Quomodo item vera dicet filius ille tonitrui Joannes, qui doctrinam de Verbo incarnato ex ipsius sinu per derivationem hausit, et quasi divinus calix impletus ex perenni fonte, verbum illud, *Omnia per ipsum facta sunt* [96], in omnem soli subjectam terram pluit, quasi dicere vellet ad nullum exemplar aut simulacrum respicientem Filium omnia facere? At quem, obsecro, Filium? Qui nostræ naturæ unitus est in utero perpetuæ virginis Mariæ, adeoque unigenitus ille Dei Filius missus a Patre, qui nasceretur e muliere, quemadmodum divinus ille docet Apostolus. Ubi igitur, aut quando conspexerat Patrem incarnatum, et natum, et crucifixum, et sepultum, et ex morte resuscitatum, ut hæc ipsius exemplo ageret? Ubi vero Patrem audiens, consimiliter inquit: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et rursus sumendi eam* [97]? Item, *Quia nullus adimit eam mihi, sed ego pono eam ex me ipso* [98]? Ubi vero Patrem conspexit jumento vectum, et ad illius imitationem Hierosolymam asino insidens venit? Ut summatim dicam, ad nihil respiciens Filius, ea quæ dicta sunt facere solitus fuit. Neque enim Adamum formans, et ex illo Evam faciens, alium quempiam rationis participem, masculum aut feminam, a Patre condi viderat, ad quem suum fabricaret; sed cum esset opifex per se, adeoque liberrimus universitatis hujus Deus, ante incarnationem et post illam idem, qui et velle facere omnia poterat, ne ipsum Dei adversarium Patrisve oppressorem arbitrarentur, qui erga ipsum cæcutiunt, inquit: *Nihil potest facere Filius a se ipso, nisi quod videt Patrem facientem* [99]. Simul et de amore parentibus debito nos commonefacit.

INTERROGATIO CXXXI.

Quomodo autem Jacobo et Joanni, Zebedæi filiis consessum cum ipso petentibus, inquit: *Sedere a dextra et a sinistra, non est meum dare, sed quibus paratum est a Patre meo* [1]? Quare non tanquam propria præditus auctoritate, dixit: Quibus paravi; aut, Quibus voluero; sed ad Patrem ipsos relegat? Id autem non est alicujus libere agentis.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛ'.

Καὶ εἰ τοῦ Πατρὸς ἴσος, πῶς αὐτὸς λέγει, *Οὐδὲν δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μήτι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα;*

Ἀπόκρισις.

Πάσης ἀνοίας τὸ οὕτως περὶ τὸν Θεοῦ Παῖδα μονογενῆ Θεὸν διακεῖσθαι. Ἕψεται γὰρ ὄντως διττὴν οἴεσθαι πᾶσαν τὴν κτίσιν, τὴν μὲν τοῦ Πατρὸς ἤδη ἀπηρτισμένην, τὴν δὲ τοῦ Υἱοῦ ἔτι δρωμένην, καὶ κατὰ μέρος εἰσαγομένην, κατὰ μίμησιν τῆς πατρῴας τεκταινομένην. Δειξάτωσαν τοίνυν ἡμῖν οἱ τῆς Ἀρείου μανίας δύο ἡλίους καὶ δύο φαίνακας, καὶ διακρινάτωσαν ἡμῖν ποῖος ὁ τοῦ Πατρὸς, τίς δ' ὁ τοῦ Υἱοῦ· καὶ ποία ἡ τοῦ Πατρὸς μήνη, τίς δὲ ἡ τοῦ Παιδός. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς χέρσου καὶ τῆς θαλάσσης εἰκότως ζητήσω. Πῶς δὲ καὶ ἀληθεύσει ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς Ἰωάννης, ὁ τὸν λόγον περὶ τοῦ Λόγου σαρκωθέντος τῇ ἐκεῖ ἐκ τῶν κόλπων αὐτοῦ μετακλήσει ἀρυσάμενος, καὶ οἱονεὶ θεῖος κρατὴρ ἀπὸ κρήνης ἀεννάου πληρωθεὶς, καὶ τὸ, *Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο*, ἐξομβρίσας τῇ ὑφ' ἡλίῳ· ὡς πρὸς μηδένα ἀρχέτυπόν τινα ἢ παράδειγμα ὁρῶντα τὸν Υἱὸν πάντα δρᾷν; Τίς δὲ ἄρα; Ὁ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει ἑνωθεὶς ἐν τῇ νηδύϊ τῆς Ἀειπαιδος, ἢ πάντως ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Παῖς, ἀποσταλεὶς ὑπὸ τοῦ Πατρὸς γεννηθῆναι ὑπὸ γυναικὸς, καθὼς ὁ θεῖος παιδεύει Ἀπόστολος. Ποῦ οὖν ἢ πότε ἀθρήσας τὸν Πατέρα σαρκωθέντα καὶ τεχθέντα, καὶ σταυρωθέντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα κατ' ἐκεῖνα διεπράξατο; Ποῦ δὲ τοῦ Γεννήτορος ἐπαΐων παραπλησίως φησὶν, *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν;* καὶ ὅτι *Οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτὴν ἀφ' ἑαυτοῦ;* Ποῦ δὲ τὸν Πατέρα ἀθρήσας ὑποζυγίῳ ἐποχούμενον, κατ' ἐκεῖνον, εἰς Ἱερουσαλὴμ ὄνῳ καθεζόμενος ἧκε; Καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πρὸς οὐδὲν ἀφορῶν ὁ Υἱὸς τὰ ῥηθέντα δρᾷν εἴωθεν. Οὔτε γὰρ τὸν Ἀδὰμ πλάττων, καὶ ἐξ ἐκείνου τὴν Εὔαν δημιουργῶν, ἕτερον λογικὸν ἄρσεν ἢ θῆλυ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς γεγονὸς ἑώρα, πρὸς ἐκεῖνο τὸ οἰκεῖον ἀποτεχνούμενος· ἀλλ' αὐθέντης ὑπάρχων δημιουργὸς, καὶ αὐτεξούσιος τῶν ὅλων Θεὸς, πρὸ σαρκώσεως, καὶ μετ' ἐκείνην ὁ αὐτὸς βουληθῆναι πάντα δρᾷν οἷός τε ὤν. Ἵνα οὖν μὴ ἀντίθεον αὐτὸν ἢ πατρολῴαν οἰηθῶσιν οἱ πρὸς αὐτὸν ἀμβλύττοντες, φησίν· *Οὐδὲν δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μήτι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα·* ἅμα δὲ καὶ φιλοπατορίαν ἡμᾶς παιδεύων.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΑ'.

Καὶ πῶς Ἰακώβῳ καὶ Ἰωάννῃ τοῖς υἱοῖς Ζεβεδαίου συγκαθεδρίαν αἰτοῦσί φησι, *Τὸ καθίσαι ἐκ δεξιῶν μου καὶ ἐξ εὐωνύμων, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου.* Διατί μὴ ὡς αὐθέντης εἶπεν, Οἷς ἡτοίμασα, ἢ Οἷς θελήσω; ἀλλ' ἐπὶ τὸν Πατέρα αὐτοὺς ἀπεπέμψατο; Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν αὐτεξουσίου.

[95] Joan. v, 19. [96] Joan. i, 3. [97] Joan. x, 18. [98] ibid. [99] Joan. v, 19. [1] Matth. xx, 23.

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ὡς μὴ οἷός τε παρασχεῖν, ἀπείπατο, ἀλλ' εὐλόγῳ τινὶ ἀποφάσει καταστέλλει αὐτῶν τὴν οἴησιν, καὶ τὴν κατὰ τῶν συμφοιτητῶν κορύφωσιν, δι' ἐκείνων καὶ τοὺς λοιποὺς σωφρονίζων, καὶ τὸν σμύχοντα αὐτοῖς ἄτοπον ἔρωτα τῶν πρωτείων μαραίνων τῷ πληκτικῷ τῆς ἀποφάσεως. Οὐ γάρ φησιν, ὅτι Παρέχει ὑμῖν πάντως ὁ Πατὴρ, ἀλλ', *Οἷς ἡτοίμασται* πονοῦσιν, ὑπονύττων αὐτοὺς πρὸς ἀρετὴν καὶ ἀνδρίαν· πρῶτον τὴν εὔνοιαν ἐπιδείξασθαι, καὶ πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἀποδύσασθαι, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ἕως θανάτου ἔνστασιν καὶ ἀναίρεσιν. Οὔπω γὰρ, φησὶ, τὰ ἐμὰ ἐκηρύξατε, καὶ πῶς τὰς φωνὰς κηρύττειν ἱμείρεσθε, οὐδέπω ῥαπισθέντες ὑπὲρ ἐμοῦ; Ἀποδύσασθε τοίνυν πρὸς τοὺς ἀγῶνας ἐν τῷ σταδίῳ, κατέλθετε ἐπὶ τὸ σκάμμα, αὐτομολήσατε, ἀχείρωτοι μείνατε, καὶ ἅμα τῷ λυθῆναι τοῦ παρόντος αἰῶνος τὸ θέατρον, ἐγὼ ὑμῖν ἔπαθλα τοὺς θρόνους αὖθις παρέχομαι, νῦν δ' ὑμᾶς εἰκότως ἀποσείομαι· τοῦ Πατρὸς φάσκοντος ἐκείνοις δωρεῖσθαι. Οὐ γὰρ ἑτέρως οἷόν τε ὑμῶν τὴν μητέρα καὶ ὑμᾶς διοχλοῦντας ἀποκρούσασθαι. Ἢ κατὰ τοὺς παρασχεῖν τι πρὸ καιροῦ τοῖς αἰτοῦσι μὴ βουλομένους, ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ τὴν αὐθεντίαν ὑπάρχειν προσωπευομένους, μήπως κομισάμενοι, ῥαθυμότεροι πρὸς τὴν εὔνοιαν καὶ ἀνδρίαν γένωνται, ἀρκούμενοι τῷ δοθέντι, μηκέτι πονεῖν βουλόμενοι. Οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἐπὶ γῆς βασιλεύοντες ποιεῖν εἰώθασι, προεδρείας ἢ στρατηγίας παρά τινων ἐκλιπαρούμενοι· κύριοι μὲν τοῦ δοῦναι ὑπάρχοντες, πρὸ καιροῦ δὲ μὴ βουλόμενοι, ἕτερος ἑτέρου τὴν ἐξουσίαν ἀποτιθέμενοι, τῇ καραδοκίᾳ τῆς ὑπεροχῆς τοὺς ἱκέτας ὑπὲρ τῆς βασιλείας διεγείροντες, καὶ ἁμιλλᾶσθαι αὐτοὺς ἀλλήλοις, καὶ σφριγᾷν καὶ παραθήγεσθαι κατὰ τῶν πολεμίων παρασκευάζοντες. Ἑτέρως τε δὲ ἐπεὶ ἐδόκουν αὐτὸν τὴν ἐπὶ γῆς πρόσκαιρον βασιλείαν βασιλεύειν, φησὶν αὐτοῖς, *Οὐκ οἴδατε τί αἰτεῖσθε*· ὡσανεὶ, Ἐκνήψατε, ὦ φοιτηταί μου, ἀνάβητε τῇ διανοίᾳ ἐν τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ, μὴ περὶ τὰ παριπτάμενα δίκην νυκτερινοῦ φάσματος, μὴ περὶ τὰ χαμαίζηλα ἦτε γεγηθότες· μήποτε καὶ παρὰ τοῦ Πατρός μου ἀκούσητε, Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι ἁπλῶς, ἀλλ' ὑμῖν ἀπαιτῆσαι τὴν τῶν ἀγώνων καὶ ἱδρώτων ἀντάμειψιν. Ἄγαμαι γὰρ ὀφείλειν ὑμῖν εὐνοίας, ἢ ἐγκαλεῖν ῥαθυμίας. Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ Πατρός μου ἁπλῶς τοῖς αἰτοῦσιν, ἐπεὶ ἂν φονεῖς καὶ μοιχοὶ καὶ πᾶς μοχθηρὸς καὶ ἀκόλαστος αἰτοῦντες μοὶ συγκαθίσονται. Οὐκ ἔστιν ἡμέτερον, τοῦ δοῦναι εἰκῇ, καὶ παραχαράξαι τὸ δίκαιον. Δικαιοκρίτου γὰρ τὸ πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ ἀπονέμειν, καὶ μὴ τοὺς ἱδροῦντας παριδεῖν, καὶ ῥᾳθύμοις παρασχεῖν. Εἰ τοίνυν τῶν θρόνων ἐρᾶτε, τοὺς ἀγῶνας οὐκ ἀγνοεῖτε, πρὸς οὓς ὀφείλετε ἀποδύσασθαι· μὴ τῷ τρίβωνι καὶ τῇ ὑπήνῃ καὶ τῇ βακτηρίᾳ μόνοις ἐναβρυνόμενοι, ἀλλὰ τοῖς πόνοις τοὺς θρόνους ἐξωνούμενοι, καὶ τὸ κριτήριον ἱλεούμενοι.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΒ'.

Καὶ εἰ ὡς ὁ Πατὴρ δυνάμενος καὶ αὐτεξούσιος ὁ

Responsio.

Non quasi præstando non esset, denegavit, sed prudenti quodam prætextu ad modestiam revocat ipsorum fastum, et adversus condiscipulos elationem: per illos etiam reliquos castigans, et accensum in ipsis absurdum amorem primatus exstinguens terrore denegationis. Non enim dicit: Omnino largitur id vobis Pater, sed, *quibus paratum est* laborantibus, exstimulans ipsos ad virtutem et fortitudinem, ut primum benevolentiam demonstrarent, ad certamina semet accingerent, pro ipso ad mortem usque constanter perseverarent. Nondum enim, inquit, aliis mea prædicastis: et quo tandem pacto voces annuntiare desideratis, nondum pro me colaphis cæsi? Proinde expedimini ad certamina in stadio, descendite in theatri caveam, alacres incedite, invicti manete, et quamprimum præsentis sæculi theatrum solutum fuerit, ego mox vobis illa solia tanquam præmia certaminis largiar. Nunc autem vos merito rejicio. Dabuntur iis quibus Pater jusserit. Neque enim alio modo vestra mater et vos cum hac vestra molestia repelli potestis. Aut agit eo modo, quo solent qui aliquid ante tempus præstare nolunt, sed alii alicui potestatis auctoritatem esse simulant, ne quando receperint, segniores ad alacritatem et fortitudinem fiant, contenti eo quod datum est, non amplius laborare volentes. Sic enim et qui in terris regnant, facere consuevere, quando ab ipsis aliqui dignitates præsidum et officia, vel imperia rei militaris efflagitant, licet penes ipsos sit, ante tempus tamen dare nolentes, alius ad alium id potestatis referunt, exspectatione dignitatis ministros pro regno excitantes, utque inter se certent, et enitantur acriores adversus hostes fieri, eos præparantes. Vel etiam alia ratione, quia putabant ipsum temporale regnum in terra administraturum, ait illis: *Nescitis quid petitis*[a]: quasi dicat: Evigilate, quæso, discipuli mei, ascendite mente in meum regnum; non ex iis quæ instar nocturni spectri circumvolitant, neque de sordibus humi jacentibus voluptatem capite, ne quando a Patre quoque meo audiatis: Non est meum simpliciter dare, sed a vobis vicissim exigere certaminum et sudorum compensationem. Malo enim vobis debere propter benevolam alacritatem, quam accusare socordiam. Non est meum dare, at neque Patris mei simpliciter petentibus: siquidem occisores, et adulteri, et quivis flagitiosus et intemperans, si petant, mecum sessuri essent. Non est nostrum dare temere, et depravare quod justum est. Justi enim judicis est unicuique pro dignitate meriti tribuere, non negligere laborantes, ac ignavis aliquid largiri. Proinde si thronos amatis, nolite ignorare certamina, ad quæ capessenda debetis expediri. Neque pallio tantum, et barba, baculoque convenit vos delicate gloriari, sed laboribus thronos redimite, judiciumque placate.

INTERROGATIO CXXXII.

Quod si perinde ac Pater, potens et sui juris est

[a] Matth. xx, 22.

Filius, quomodo terretur cruce, Patremque rogat, dicens: *Pater, si fieri potest, transeat a me poculum hoc* [3]? Nimirum non ejus est qui suo agat jure, neque spontaneæ voluntatis, ad alium confugere in necessitatibus, ac velut indigum, illius auxilium implorare.

Responsio.

Letale vulnus et hinc infligi divina manu illis vana mente præditis puto, cum ejusdem potestatis etiam nunc cum Patre Filium esse demonstratum sit, nec quidquam prorsus ejus auctoritati adimi per eas voces quæ ab ipso per simulationem editæ sunt. Quandoquidem enim ægre recipiebatur unitæ cum Deo humanitatis ipsius adventus, propter nimiam humilitatem et erga homines benevolentiam fidem superans, propositum illi fuit non divinitatis potentia propulsare malignum dæmonem, neque principali potestate evertere ipsius aciem, sed mansuetudine potius et diuturna patientia condemnare adversarium reluctantem; nam si venisset usurus potestate naturali, nihil admiratione dignum facere visus fuisset, si adversus angelum defectorem decertasset Deus: imo diversum potius accidisset, et in arrogantiam extulisset diabolum, quasi Deo par fuisset adversarius. Merito igitur humana utens humilitate, deprimit ipsius elationem, et victoriæ tropæum nobis asserit: nam si, cum ab initio seductus fuerit homo, non per aliquem qui homo esse videretur, tametsi re ipsa Deus foret, captus esset ipse vicissim prædo, præclarum hoc facinus humano generi tributum non fuisset. Nunc cum in natura tam divina quam humana factum illud Verbum ad nos venerit, et in forma capti hostem ipsum ceperit: tanquam Deus imperium nobis in ipsum dedit, divinitus illa verba pronuntians: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem potestatem inimici* [4].

Υἱὸς, πῶς φοβεῖται τὸν σταυρὸν, καὶ δέεται τοῦ Πατρὸς, λέγων· *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, τὸ ποτήριον τοῦτο παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ;* Τοῦτο δὲ οὐκ αὐθεντίας ἐστὶν οὐδὲ ἐκουσιότητος, τὸ πρὸς ἕτερον καταφεύγειν ἐν ταῖς ἀνάγκαις, καὶ τῆς ἐκείνου δεῖσθαι βοηθείας.

Ἀπόκρισις.

Καιρίαν οἶμαι πληγὴν τοῖς ματαιόφροσι καὶ ἐντεῦθεν ἐπάγεσθαι ὑπὸ τῆς θείας χειρὸς, ἰσοσθενοῦς καὶ νῦν πρὸς τὸν Γεννήτορα δεικνυομένου, καὶ μηδεμιᾶς ὑπάρχειν αὐθεντίας ἀναίρεσιν ἐκ τῶν καθ' ὑπόκρισιν γινομένων αὐτοῦ φωνῶν. Ἐπεὶ γὰρ δυσπαράδεκτος ἦν ἡ θεανδρικὴ αὐτοῦ ἐπιφοίτησις, ὑπερβολῇ μετριότητος καὶ φιλανθρωπίας ἀπιστουμένη· σκοπὸς ἦν αὐτῷ οὐ ῥώμῃ θειότητος ἀμύνασθαι τὸν ἀλάστορα, οὐκ ἐξουσιαστικῶς καθελεῖν αὐτοῦ τὴν φάλαγγα· πραότητι δὲ μᾶλλον καὶ μακροθυμίᾳ κατακρίνειν τὸν ἀντίπαλον. Εἰ γὰρ τῇ φυσικῇ ἰσχύϊ χρώμενος ἥκεν, ἔδοξεν ἂν μηδὲν ἀξιοθαύμαστον δρᾷν, Θεὸς πρὸς ἄγγελον ἀποστάτην ἀγωνιζόμενος. Τὸ δ' ἐναντίον, ἐπῆρεν ἂν μᾶλλον τὸν διάβολον εἰς ἀπόνοιαν, ὡς ἀνταγωνιστὴν Θεῷ γινωσκόμενον. Εἰκότως οὖν τῇ βροτῶν χρώμενος εὐτελείᾳ καθαιρεῖ αὐτοῦ τὸ φρύαγμα, καὶ τῆς νίκης τὸ τρόπαιον ἡμῖν περιποιεῖ. Εἰ γὰρ ἀνθρώπου κατ' ἀρχὰς ὑπαχθέντος, μὴ διὰ τοῦ αὐτοῦ ὁρωμένου, Θεοῦ δὲ νοουμένου, ἐχειρώθη ὁ πορθήσας, ἔδοξεν ἂν ἀλλοτριοῦσθαι ἡμῶν τοῦ γένους τὸ κατόρθωμα. Θεανδρικῇ δὲ φύσει ὁ ἅγιος Λόγος ἐπιφοιτήσας, καὶ ὄψει τοῦ ἁλόντος ἡττήσας τὸν πολέμιον, τὸ κατ' ἐκείνου κράτος ἡμῖν, ἅτε Θεὸς παρέσχετο, θεηγορῶν, *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.*

INTERROGATIO CXXXIII.

Quis est igitur, qui crucifixus est, imo qui deprecatur, et inquit: *Pater, si fieri potest, transeat a me poculum hoc* [5]?

Responsio.

Nec Deus, nec homo seorsum. Nudus enim homo nos servare non potuisset, Deus vero nudus pati nequit. Quamobrem fecit hoc unus ex ambobus, per concursum et unionem naturarum ex perpetua Virgine natus ille Homo-Deus, qui nihilominus quod erat, servavit. Idem Deus, idem homo, neutra separata natura, crucem conscendit. Ideoque alias quidem divino, alias vero humano more loquens, convenienter se tempori accommodat. Nunc quidem hoste se extollente per verba et signa Deum se subjectis declarat, rursus vero ipso accedente et attentius inspiciente, num vere Deus esset, qui aliquatenus esse apparebat, et........ ad certamina et luctam, rursus mortalia præ se fert, ne forte expavescens adversarius refugeret usque ad crucem et mortem ipsum oppugnare: in quo uno tota Homo-Dei victoria sita erat.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΓ'.

Τίς οὖν ἐστιν ὁ σταυρούμενος, μᾶλλον δὲ παραιτούμενος, καὶ λέγων, *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο;*

Ἀπόκρισις.

Οὐθέτερος καθ' ἑαυτόν. Βροτὸς γὰρ ψιλὸς σώζειν οὐχ οἷός τε· Θεὸς δὲ γυμνὸς πάσχειν οὐ πέφυκεν. Ἀλλ' εἷς ἐξ ἀμφοῖν τῇ συνόδῳ καὶ ἑνώσει τῶν φύσεων, ὁ ἐκ τῆς Ἀειπαιδος τεχθεὶς θέανδρος, ἀλώβητον αὐτὴν διατηρήσας, ὁ αὐτὸς Θεὸς, ὁ αὐτὸς βροτὸς, οὐθ' ἑτέρας ἀποκριθείσης φύσεως τὸν σταυρὸν ἀναβαίνοντος. Διὸ πῇ μὲν θείως, πῇ δὲ ἀνθρωπίνως φράζων καταλλήλως τῷ καιρῷ ἁρμόττεται. Νῦν μὲν τοῦ ἐχθροῦ μετεωριζομένου, διὰ τῶν λόγων καὶ σημείων Θεὸν ἑαυτὸν ἀποδείκνυσι πρὸς τὸ ὑπήκοον· πάλιν δὲ αὐτοῦ ἐπιφοιτοῦντος καὶ ἐνατενίζοντος εἰ ἀληθῶς Θεὸς ὑπάρχει ὁ ὑποφαίνων καὶ .... πρὸς τοὺς ἀγῶνας καὶ τὸ σκάμμα, αὖθις τὰ βροτῶν ὑποκρίνεται, μήπως πτήξας ὁ δι' ἐναντίας ἀποδράσῃ μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου καταγωνίσασθαι· ἐν ᾧ τὸ πᾶν τῆς θεανδρικῆς νίκης ἤρτητο.

[3] Matth. xxvi, 39. [4] Luc. x, 19. [5] Matth. xxvi, 39.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΔ'.

Καὶ διατί ἐλθὼν μὴ ἐκ τοῦ φανεροῦ ἐσταυρώθη θαῤῥῶν τῇ ἑαυτοῦ ἰσχύϊ · ἀλλὰ ποτὲ μὲν πτωχὸς, ποτὲ δὲ φαιδρὸς διαγίνεται; διὰ τί καὶ δειλίαν ὑποκρίνεται Θεὸς ὤν;

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ οὐδ' ἐχθρὸς φανερῶς τοῖς προπάτορσιν ἡμῶν ἐν παραδείσῳ ἔψαυσεν, ἐπεὶ ἂν ἐφυλάξαντο τὴν ὑποσποράν καὶ τὸν ὄλισθον · νῦν δὲ κρύπτει μὲν ἐν τῷ ὄφει τὴν φύσιν, ἑνωθεὶς αὐτῷ, καί φησι τῇ ταλαίνῃ · *Ἡ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγεσθε τοῦ ἀπηγορευμένου, ἔσεσθε ὡς θεοί.* Καὶ συνελόντι φάναι, διὰ τῶν ἑξῆς, δολερῶς τῆς μακαρίας αὐτοὺς ἀπήγαγε ζωῆς. Ῥήμασι τοίνυν δολεροῖς ἀπατήσας, ῥήμασι θεϊκοῖς ἠπατήθη ὁ δείλαιος ἐχθρός. Οὐ τοίνυν ἐκεῖ ὄφις ψιλὸς, οὐδὲ διάβολος γυμνὸς, οὐδὲ ἐνταῦθα βροτὸς ψιλὸς, οὐδὲ Θεὸς γυμνός. Οὐδ' αὖ πάλιν δειλιᾷ, ἀλλὰ σαφῶς λύει τοῦ μωροῦ τὸ σόφισμα. Ἄθρει δὴ οὖν τὸ αὐθαίρετον καὶ ῥωμαλέον τῆς καθ' ὑπόκρισιν δειλίας. Ὅταν αὐτῷ ἐπῆλθον οἱ συλλήπτορες Ἰουδαῖοι, πηρώσας αὐτούς φησι · *Τίνα ζητεῖτε;* Τῶν δὲ εἰρηκότων Ἰησοῦν ζητεῖν, αὖθις δείκνυσι τὸ ἑκούσιον, καὶ φησὶν αὐτοῖς, *Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι,* καὶ θᾶττον ἕπεται τοῖς ζητοῦσι. Τίς οὖν εἶργεν αὐτὸν διαπτῆναι τοὺς γῦπας; τίς ἐκώλυεν ἐκφοιτῆσαι τῶν πηρωθέντων, φάσκοντα, *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτήν;* Πῶς δὲ καὶ Πέτρῳ πληκτικῶς ἐπιτιμήσαντι αὐτῷ ἀποκαλούμενος τὸν σταυρὸν αὐτῷ ἀπευχόμενον; Φησὶ γὰρ τῷ ἀγαπητῷ, *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.* Ὡσανεὶ, Ἕπου μοι καὶ μὴ προπήδα ἀγνοῶν τὴν οἰκονομίαν, καὶ τῇ ὄψει τῆς σαρκὸς περικλώμενος. Πῶς γὰρ δείσω θάνατον ἡ ἀθάνατος ζωή; Πῶς πάθος ἀπεύξομαι ὁ λυτὴρ τῶν παθῶν; ὁ ἀφῇ χειρὸς τυφλοὺς ἰασάμενος, ὁ ῥήματι ψιλῷ παρειμένους σθενώσας, καὶ φέρειν τοὺς φέροντας σκίμποδας ποιήσας, ὁ κρήνας αἱμάτων κρασπέδοις ξηράνας, καὶ λεπροὺς τὴν λώβην ἀποδύσας, ὁ λεγεῶνας δαιμόνων προστάγματι φυγαδεύσας, ὁ τὴν ἄβυσσον δίκην χέρσου πατήσας; ὁ σιωπᾷν αὐτὴν καὶ φιμοῦσθαι κορυφουμένην καὶ ἀραττομένην ποιήσας, ὁ τοῖς πνεύμασι τὴν χεῖρα πρὸς ἠρεμίαν ἐκτείνας, δι' ὧν τὴν οἴδησιν καὶ τὸν σάλον ὑπέμενον · ὁ πέντε ἄρτοις πεντακισχιλίους εἰς κόρον ἑστιασάμενος, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν λειψάνοις δεκαδύο πληρώσας κοφίνους · ὁ Λάζαρον τετραήμερον ὀδωδότα, πρὸς παλινζωΐαν ἐκ τάφου ἀλώβητον φωνήσας · ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ Θεὸς, ζωὴ καὶ ἀνάστασις αὐτὸς ὑπάρχων. Ὑποκρίνομαι δέος καὶ μετριότητα τῇ παραβολῇ τῆς σαρκὸς, θηρεῦσαι τὸν δράκοντα βουλόμενος, τὸν ὑπ' ἐμοῦ μὲν ἐμπαιζόμενον, βροτοῖς δὲ ἐμπαίζοντα διάβολον. Ἁλιεὺς γὰρ ὑπάρχων καὶ ἄγκιστρον ἐμαυτὸν καθῆκα ἐν τῷ βυθῷ τοῦδε βίου, περιθέμενος σκώληκα τὴν ἀλοῦσαν βροτῶν σάρκα, αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ κατ' ἐκείνους ἀτρέπτως γενόμενος Ἀδάμ · καὶ ὡς ἁλιεὺς νῦν μὲν ὑποσαίνων καὶ ὑφέλκων ἐν τῷ βυθῷ δεδομένον τὸ ἄγκιστρον, νῦν δ' ἠρε-

INTERROGATIO CXXXIV.

Et quare veniens non manifeste crucifixus est, confisus sua ipsius fortitudine, sed aliquando quidem inops, aliquando vero splendidus est? Quare item formidinem præ se fert, cum Deus esset?

Responsio.

Quoniam neque ipse inimicus manifeste primos parentes nostros in paradiso aggressus est, qui cæteroquin a depravatione ac lapsu sibi cavissent, sed occultabat in serpentis specie suam naturam, illi unitus; et dicebat ad miseram: *Quocunque die comederitis de arbore vetita, eritis tanquam dii* [6]. Et, ut breviter omnia proferam quæ ibi sequuntur, dolose ipsos ab illa beata vita seduxit, proinde qui verbis dolosis decepit, verbis divinis deceptus est infelix hostis. Non igitur illic nudus erat serpens, neque diabolus nudus; neque hic homo nudus, nec Deus nudus. Nec item formidolosus est, sed aperte stulti dolum inutilem reddit. Vide mihi libertatem et robur timoris quem præ se ferebat, cum ipsum invaderent eum comprehensuri Judæi. Nam cæcitate percussos interrogat: *Quem quæritis* [7]? Illi vero postquam dixissent se Jesum quærere, rursus ostendit ipsis spontaneam voluntatem, et ait: *Ecce ego sum* [8]. Atque confestim sequitur se quærentes. Quis impedire potuisset quominus celeritate avolandi superaret vultures? quis prohibuisset quominus eludendo excæcatos evaderet, qui de se aiebat: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et rursus sumendi eam* [9]? Quomodo vero et Petro se objurganti ad animum revocat crucem a se expeti? Inquit enim ad eum cæteroqui dilectum: *Abi post me, Satana, quoniam non sapis ea quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum* [10]. Quasi dicat, Sequere me, et noli resilire, ignorans dispensationem, specie carnis deceptus. Quomodo enim formidabo mortem, qui sum aliud nihil quam vita immortalis? Quomodo passionem deprecabor, qui a passionibus libero, qui tactu manus sanavi cæcos, qui nudo verbo firmavi paralyticos, et feci ut ferrent grabbata quibus antea gestabantur, qui fontes sanguinum fimbriis siccavi, et a leprosis maculam abstersi, qui legiones dæmonum mandato fugavi, abyssum instar terræ calcavi, ipsamque tumidam et elatam silere ac obmutescere feci, qui ad ventos manum pro tranquillitate extendi, per quos etiam fluctus procellamque sustinebam; qui quinque panibus quinque millia ad satietatem cibavi, et inde reliquiis sublatis duodecim cophinos implevi; qui Lazarum, diebus quatuor fetentem, ad reviviscendum ex monumento vocavi illæsum; qui omnium opifex et Deus, vita et resurrectio sum. Præ me fero metum et humilitatem, per assimilationem carnis captare volens draconem, et a me quidem illusum, mortalibus autem illudentem diabolum. Piscator enim cum sim, etiam hamum, nempe meipsum demisi

[6] Gen. III, 5. [7] Joan. XVIII, 4. [8] ibid. 5. [9] Joan. X, 18. [10] Marc. VIII, 33.

in profundum hujus vitæ, circumdatus veluti verme, assumpta mortalium carne, ipse per meipsum consimilis ipsis, citra mutationem tamen factus Adamus. Et velut piscator, nunc quidem blande demitto et subtraho in profundo datum hamum; nunc vero quietum teneo, appropinquante pisce homicida quem observo, ne qua territus resiliat. Quapropter et per servum meum Davidem inquam: *Ego vero sum vermis, et non homo*[11]. Quemadmodum enim ille ex terra absque aliqua conjunctione carnem accipit, et in vitam producitur: consimiliter et ego ex ea quæ semper est virgo absque aliqua commistione et conjunctione viri, incarnatus, naturaliter factus sum homo, manens Deus. Quapropter ait multa pericula perpessus ille vates Jeremias, videns prophetica visione decipiendum deceptorem, et quasi deridens ipsius fremitum et arrogantiam, ante annos quingentos et longius etiam, de me: *Homo est, et quis cognoscit eum*[12]? quasi dicat, quod qui Deus est, per dispensationem propter nos homo factus sit, sapienter deludere in malitia sapientem volens, implens prophetiam generosi Jobi dicentis: *Duces dracones hamo*[13]. Idem rursus ait: *Semitas abyssi perambulasti, subterranea percurrens*[14], et illic captos liberans. Et iterum idem inquit: *Aperientur tibi terrore portæ mortis: janitores inferni te videntes inhorruerunt*[15].

μον, ἐγγίζοντος τοῦ σκοπουμένου ἰχθύος ἀνθρωποκτόνου, μήπως δείσας ἀποπηδήσῃ. Διὸ καί φημι διὰ τοῦ παιδός μου Δαβὶδ, *Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος*. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ἐκ τῆς γῆς χωρίς τινος συμπλοκῆς σαρκοῦται καὶ ζωογονεῖται, παραπλησίως κἀγὼ ἐκ τῆς Ἀειπαιδος χωρὶς μίξεώς τινος καὶ συμπλοκῆς ἀνδρὸς σαρκωθεὶς, αὐτοφυῶς γέγονα βροτὸς μένων Θεός. Διό φησιν Ἱερεμίας ὁ τῶν προφητῶν πολυκίνδυνος, ὁρῶν προφητικῷ ὄμματι ἀπατᾶσθαι μέλλειν τὸν ἀπατεῶνα, οἱονεὶ γελῶν αὐτοῦ τὸ φρύαγμα καὶ τὴν ἄνοιαν, πρὸ πενταχοσίων ἐτῶν καὶ ἄνω, φησὶν περὶ ἐμοῦ· *Ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν;* ὡς εἰπεῖν, ὅτι Θεὸς ἐστιν, οἰκονομικῶς δι' ἡμᾶς γενόμενος, σοφῶς μωρᾶναι τὸν ἐν κακίᾳ σοφὸν προαιρούμενος, πληρῶν τοῦ γενναίου Ἰὼβ τὴν προφητείαν, φάσκουσαν, *Ἄξεις δράκοντα ἐν ἀγκίστρῳ*. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, *Ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἀβύσσου περιεπάτησας, τὰ καταχθόνια περιθέων*, καὶ τοὺς ἐκεῖ αἰχμαλώτους ἐλευθερῶν· καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησιν, *Ἀνοιγήσονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου· πυλωροὶ δὲ ᾅδου ἰδόντες σὲ ἔπτηξαν*.

INTERROGATIO CXXXV.

Num igitur illusorem dicis Christum, et quod dolo superaverit diabolum?

Responsio.

Nihil id præter decorum. Siquidem et ipse antequam unitus homini Deus esset, conspectus ab interprete rerum divinarum Mose, inquit: *Vides in quam multis illuserim Ægyptiis*[16]? Similiter illudit incarnatus intellectili Pharaoni cum toto exercitu suo Ægyptiacorum dæmonum, invisibiliter flagellato et submerso ipso, per id quod inquit, *Pater, si fieri potest, transeat a me poculum hoc*[17]. O poculum diabolos vulnerans, dæmonas fugans, peccata ventilans, peccatores expians, æternam vitam operans! Homo igitur reipsa Deus Verbum factus, immutabiliter omnia cum veritate prosecutus est humana, *excepto peccato*[18]. Sic tempore passionis deprecatur poculum, non metuens id quod jam antea voluerat, sed nos instruens, in pericula non insiliendum esse, sed adventantia fortiter ac viriliter esse excipienda. Ideo crucem per meditationem æstimatam certo consilio deprecabatur quidem; exhibitam vero super humeros tanquam victor tollens, ibat sponte, in ea clavis affigendus. Simul autem omnibus acclamare convenit, quæ a Davide divino decantata sunt: *Quam valde magnifica sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti*[19]. Similiter magniloquus et eximius ille Apostolus diserte clamat: *O profunditatem divitiarum et sapientiæ et cognitionis Dei! Quam inscrutabilia judicia sunt ejus, et impervestigabiles ejus viæ! Quis enim cognovit mentem Domini? aut quis fuit ei con-*

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΕ'.

Τί οὖν ἐμπαίκτην λέγεις τὸν Χριστὸν, καὶ δόλῳ ἡττήσαντα τὸν διάβολον;

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν ἀπεικός. Καὶ γὰρ αὐτὸς πρὸ τῆς θεανδρικῆς ὄψεως ὀφθεὶς τῷ ἱεροφάντῃ Μωσεῖ, φησὶν αὐτῷ, *Ὁρᾷς πόσα ἐμπέπαικα τοῖς Αἰγυπτίοις;* Ὡσαύτως ἐμπαίζει σαρκωθεὶς τὸν νοητὸν Φαραὼ πανστρατιᾷ τῶν αὐτοῦ Αἰγυπτίων δαιμόνων, ἀοράτως μαστίξας καὶ ποντώσας αὐτὸν, διὰ τοῦ φάσκειν, *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ*. Ὢ ποτήριον διαβόλου τρωτήριον, δαιμόνων φυγαδευτήριον, ἁμαρτιῶν λιχμητήριον, ἁμαρτωλῶν ἱλαστήριον, ζωῆς αἰωνίου ἐργαστήριον! Ἄνθρωπος τοίνυν κατὰ ἀλήθειαν ὁ Θεὸς Λόγος γενόμενος, ἀτρέπτως, πάντα σὺν ἀληθείᾳ τὰ βροτῶν διεξῆλθε, πλὴν τῆς ἀνοσίου κακίας· οὕτως καὶ ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ παραιτεῖται τὸ ποτήριον, οὐ δεδοικὼς ὅπερ ἐβούλετο ἤδη, ἀλλὰ παιδεύων, μὴ δεῖν τοῖς κινδύνοις ἐπιπηδᾷν, ἐπελθόντας δὲ καρτερῶς καὶ ἀνδρείως δέχεσθαι. Διὸ μελετώμενον μὲν τὸν σταυρὸν οἰκονομικῶς παρῃτεῖτο, ἀποφανθέντα δὲ ἐπ' ὤμων ὡς νικηφόρος λαβὼν ηὐτομόλει, ἐπ' αὐτῷ καθηλοῦσθαι αὐθαιρέτως φοιτῶν. Ἁρμόττει δὲ πᾶσιν ὁμοῦ ἀναβοῆσαι τὰ ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ μελῳδούμενα· *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας*. Ἀναφωνῶν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος διαῤῥήδην βοᾷ· *Ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ! Τίς γὰρ ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο;* ὢ τῆς ἀνοίας, οἱ θεσπέσιοι ἀποροῦσιν, οἱ τυχόντες ζητοῦσιν· σιω-

[11] Psal. XXI, 7. [12] Jer. XVII, 9, sec. LXX. [13] Job XL, 20, sec. LXX. [14] Job XXXVIII, 16, sec. LXX. [15] Job XXXVIII, 17, sec. LXX. [16] Exod. X, 2, sec. LXX. [17] Matth. XXVI, 29. [18] Heb. IV, 15. [19] Psal. XCI, 6.

πάσθω τοίνυν πᾶσα φιλονεικία καὶ λογισμῶν κίνησις· χαίρει γὰρ τὸ Θεῖον ἁπλῇ τῇ πίστει τιμώμενον.

siliarius[20]? O dementiam! Sancti hæsitant, vulgares movent quæstiones. Proinde conticescat omnis contentio, et motus cogitationum. Gaudet enim divinum illud Numen, se simplici fide honorari.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛϚ'.

Πάντων καλῶς διευκρινηθέντων ἡμῖν, δεόμεθα λοιπὸν τὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως μαθεῖν. Καὶ ὁ μὲν Δαβὶδ σμικρύνει καὶ εὐτελίζει τὸν ἄνθρωπον, λέγων ἐν τῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ· *Κύριε, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ*; Ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ, *Πλὴν μάταιος πᾶς ἄνθρωπος*. Ἐν δὲ τῷ ρμγ' ψαλμῷ, *Κύριε, τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι λογίζῃ αὐτόν; Ἄνθρωπος ματαιότητι ὡμοιώθη*, φησίν. Ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Σολομὼν μεγαλύνει τὸν ἄνθρωπον, καὶ σεμνύνει λέγων· *Μέγα ἄνθρωπος καὶ τίμιον*. Εἰ οὖν τῷ πατρὶ ὑπάρχει ἀσύμφωνος, πῶς οἱ λοιποὶ τῶν προφητῶν συμφωνήσουσιν;

INTERROGATIO CXXXVI.

Quandoquidem hæc omnia præclare ac dilucide nobis explicuisti, quod reliquum est, cupimus e quæ ad nostram naturam pertinent, discere. Ac Davides quidem extenuat ac vilipendit hominem, dicens in octavo psalmo: *Domine, quid est homo, quod memor es ejus*[21]? Psalmo vero tricesimo octavo: *Verumtamen vanitas est omnis homo*[22]. Et psalmo centesimo quadragesimo tertio: *Domine, quid est homo, quod ei notus factus es, aut filius hominis quod reputas eum? Homo vanitati similis factus est*, inquit[23]. Filius autem ejus Salomon, magnifice deprædicat et cohonestat hominem, dicens: *Magnum quiddam et pretiosum est homo*[24]. Si igitur a patre dissentit, quomodo consentient vates reliqui?

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων οἷόν τε δεῖξαι ἀσύμφωνα τὰ τῶν θεοφάντων ῥήματα, φιλομαθῶς ἀδολεσχούμενα, καὶ ἔξω παχείας διαίτης νηφόντως θεωρούμενα. Πρᾶξις γὰρ θεωρίας ἐπίβασις. Ὁ μὲν τοίνυν τὴν φύσιν ἡμῶν, ὁ δὲ τὴν τιμὴν παρίστησιν, ἣν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων εἰλήφαμεν, παρὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν θείαις χερσὶ γενόμενοι. Ἀναπτύξας τὸ πρῶτον Μωσέως τεῦχος ἑκάτερα παιδευθήσῃ· ὅτι ἔλαβε χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς ὁ Θεὸς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. Ἐν τῷ, *Ἔλαβε καὶ ἔπλασε*, τὰ τῆς τιμῆς γινώσκεται· ἐπ' οὐδενὶ τῶν κτιστῶν ῥηθὲν, πλὴν ἐπὶ μόνου τοῦ ἀνθρώπου· ἐν δὲ τῷ ληφθέντι χοῒ ἀπὸ τῆς γῆς, τὸ εὐτελὲς τῆς φύσεως ἡμῶν παιδευόμεθα, ὅτι γῆ καὶ χοῦς ὑπάρχομεν, τὰ μηδενὸς ἄξια, καὶ εὐδιάλυτα.

Responsio.

Nihil horum probare potest, inter se dissonare hominum fatidicorum verba, si quidem studiose examinata, et minus pingui judicio sobrie considerata fuerint. Actio enim ad contemplationem quidam velut ascensus est. Proinde alius quidem naturam nostram, alius vero dignitatem demonstrat, quam a Deo universorum creatore accepimus præ omni creatura, divinis manibus facti. Revoluto primo volumine Mosis, utrumque disces: quod acceperit pulverem de terra Deus, et formaverit hominem, et inspiraverit in faciem ejus flatum vitæ. Ex eo quod dicitur: *Accepit et formavit*[25], quæ ad dignitatem pertinent cognoscuntur, cum hoc de nulla creaturarum dictum sit, nisi de solo homine. Ex eo autem, quod acceptus est pulvis de terra, vilitatem nostræ naturæ discimus, quod terra et pulvis sumus, quæ nullius momenti sunt, et facile intereunt.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΖ'.

Πῶς οὖν μέγα καὶ τίμιον ἄνθρωπος, εἰ εὐτελὴς ὑπάρχει καὶ εὐδιάλυτος, μυρίοις πάθεσι καὶ ἀνάγκαις ὑποκείμενος;

INTERROGATIO CXXXVII.

Quomodo igitur magnum et pretiosum quiddam est homo, si vilis est et facile dissolvitur, infinitis perturbationibus et necessitatibus obnoxius?

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ (90) πρὸς τὴν φύσιν ἀφόρα μόνην, σύναπτε δὲ ταύτῃ καὶ τὴν τιμήν. Τὸ γὰρ εὐδιάλυτον καὶ ὠκύμορον τῇ φύσει ἀπένεμον, μετὰ τὴν ἐκτροπὴν τῆς πάλαι μακαρίας ἐν παραδείσῳ διαγωγῆς ἡμῖν ἐπεισφρήσαντα, διὰ τῆς παραβάσεως. Μετὰ γὰρ τὴν ὀλεθρίαν ἐδωδὴν, τῆς ἀποφάσεως ὁ τάλας ἀκήκοε· *Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*, τῷ ἐχθρῷ μᾶλλον ἢ Θεῷ ὑπακούσας.

Responsio.

Cum ad naturam respicis solam, conjunge cum hac et dignitatem. Nam vilitatem et breve fatum naturæ illa tribuerunt, quæ post degenerationem a pristina beataque in paradiso conversatione nos invaserunt per transgressionem. Nam post illam perniciosam manducationem, hanc vocem miser ille audivit: *Terra es, et in terram redibis*[26], obedientia inimico potius quam Deo præstita.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΗ'.

Τί δηλοῖ ὁ Δαβὶδ λέγων τῷ Θεῷ· *Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με*; Ἆρα ἕτερόν τι σημαίνει τὴν πλάσιν, καὶ ἄλλο τὴν ποίησιν; Ἐκ δὲ τοῦ-

INTERROGATIO CXXXVIII.

Quid innuit Davides, dicens ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me et formaverunt me*[27]? Num aliud significat per formationem, et aliud per faciendi

[20] Rom. XI, 33, 34. [21] Psal. VIII, 5. [22] Psal. XXXVIII, 6. [23] Psal. CXLIII, 3, 4. [24] Prov. XX, 6, sec. LXX. [25] Gen. II, 7. [26] Gen. III, 19. [27] Psal. CXVIII, 73.

(90) Ἀλλά. Videtur legendum ἀλλ' οὐ. Et proinde reformanda versio.

verbum? Ex eo autem duplicis esse naturæ nos intelligeremus. Quales item manus dicendæ sunt in Deo?

Responsio.

Faciendi verbum de anima mihi videtur intelligendum: formationis autem, de multiplici fictione corporis. Manus vero Dei et Patris, Filium et Spiritum dico, ad quos etiam inquit: *Faciamus hominem secundum imaginem et similitudinem nostram* [28]. Quantumvis vero dicat historia, quod acceperit Deus pulverem de terra, formaveritque hominem, tamen ex aspectu et ipsarum rerum consuetudine denotatur et illud quod sub oculos non cadit; nam voluntatis hæc operatio prorsus est, non manuum formatio. Verumtamen manuum figmentum ad dignitatem naturæ dictum est. Quandoquidem et id, quod factus ad imaginem Dei dicitur, non ad imitationem naturæ (neque enim quisquam eloqui queat, quantum sit discrepantiæ), sed ad notas principatus et libertatis referri debet.

INTERROGATIO CXXXIX.

Quid igitur? num membra attribuis Numini secundum nostram imaginem, aures et brachia et crura ipsum habere significans?

Responsio.

Paululum in his consequenter et ordine exponendis est immorandum, ne confusione quæstionis a sententia aberremus. Ad verticem vero nostri ortus, per orationis scalam recta conscendamus. *Magnum et pretiosum quiddam est homo* [29], qui et olim et nunc ex rebus vilibus habet ortum. Cum enim possit Deus ex ære vel ferro vel adamante vel lapide facere hominem, ex pulvere potius ipsum fabricavit olim, hodie vero ex tenui ac fluxo excremento. De his manifesta est incomprehensibilis et intellectum superans efficacitas sapientiæ ipsius. Neque subsannet aut derideat me vestræ charitatis acumen, si exactioris cognitionis gratia summam oratione attigero superficiem naturalium mysteriorum nostri ortus. Neque enim divina dedignatur Scriptura horum meminisse, cum loquitur de filio Judæ cum Thamare dormiente. Præterea de mulierum purgationibus, de seminis fluxum patiente..... sedentem, de novam et conjugem purgante. Sed et eximius Apostolus masculos corrumpentium virorum, et masculorum more sese depereuntium mulierum meminit, ad Romanos scribens [30]. Dejicitur itaque in feminam a mare frigida quædam humoris ebullitio, eaque commista cum objecto humore sanguineo a muliere reddito, coagulatur a frigidiore viri excremento, quemadmodum inquit vituperationis expers et verax Dei testimonio perhibitus ille Jobus, qui in sui corporis læsione ad Deum loquitur: *Nonne sicut lac me mulsisti, et velut caseum coagulasti? Pelle et carnibus induisti me, ossibus et nervis compedisti me: vitam et misericordiam apposuisti mihi* [31]; naturam simul et proprias vires ejus propriamque potestatem demonstrans. *Vitam* autem *et mise-*

του διφυεῖς ἑαυτοὺς νοοῦμεν. Ποίας δὲ ἄρα χεῖρας χρὴ λέγειν ἐπὶ Θεοῦ;

Ἀπόκρισις.

Τὴν ποίησιν ἐπὶ τῆς ψυχῆς μοι δοκεῖ νοεῖσθαι, τὴν δὲ πλάσιν ἐπὶ τῆς σωματικῆς πολυπλασίας. Χεῖρας δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμά φημι, πρὸς οὓς καί φησι· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν.* Εἰ δὲ καὶ ἡ ἱστορία φησὶν, ὅτι λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον, τῇ ὁράσει καὶ τῇ συνηθείᾳ τῶν πραγμάτων τὸ ἀόρατον τῆς ἐνεργείας παραδηλοῖ. Βουλήσεως γὰρ ἐνέργεια τὸ πᾶν, οὐχὶ δὲ χειρῶν πλάσις τὸ κατασκεύασμα. Πλὴν χειρῶν πλάσμα, εἰς τιμὴν τῆς φύσεως προσηγόρευται. Ἐπεὶ καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ οὐκ εἰς μίμησιν φύσεως (οὐδὲ γὰρ φάναι οἷόν τε ὅσον ἀπᾴδει), ἀλλ' εἰς χαρακτῆρα ἀρχῆς τε καὶ ἐλευθεριότητος.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΛΘ'.

Τί οὖν; μελογραφεῖς τὸ Θεῖον πρὸς τὴν ἡμετέραν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, ὦτα καὶ βραχίονας καὶ σκέλη ἔχειν αὐτὸν δηλῶν;

Ἀπόκρισις.

Βραχὺ ἐπισχεῖν περὶ τούτων εἰκὸς, ἀκολούθως καὶ κατ' ἔπος ἐκτιθεμένων· μήπως τῇ ἀταξίᾳ τῆς πεύσεως διασφαλῶμεν τῆς ἀποφάσεως. Ἐπὶ δὲ τὴν κορυφὴν τῆς σφῶν γενέσεως διὰ τῆς τοῦ λόγου κλίμακος εὐθυπορήσωμεν. *Μέγα ἄνθρωπος καὶ τίμιον*, ὁ πάλαι καὶ νῦν ἐξ εὐτελῶν ἔχων τὴν γένεσιν. Οἷός τε γὰρ ὢν ὁ Θεὸς ἐκ χαλκοῦ, ἢ σιδήρου, ἢ ἀδάμαντος, ἢ λίθου δράσαι βροτὸν, ἐκ χοὸς μᾶλλον αὐτὸν ἐδημιούργησε πάλαι, τήμερον δὲ ἐξ ἀμυδροτέρας καὶ ῥυτῆς ἀποκρίσεως. Ἐκ τούτων δῆλον τὸ ἀκατάληπτον, καὶ ὑπὲρ ἔννοιαν τῆς δραστικῆς αὐτοῦ σοφίας. Ἀλλὰ μὴ χλευαζέτω, μηδὲ γελάτω με ἡ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἀγχίνοια, ἀκριβείας χάριν ἀκροθιγῶς ἁπτόμενον τῷ λόγῳ τῶν φυσικῶς μυστηρίων τῆς ἡμετέρας γενέσεως. Οὔτε γὰρ ἡ θεία ἀπαξιοῖ Γραφὴ τούτων μεμνῆσθαι ἐπὶ τοῦ παιδὸς Ἰούδα τῇ Θάμαρ συγκαθεύδοντος, καὶ ἐπὶ τῶν νομικῶν καθαρσίων τὸν γονοῤῥυῆ . . . . καθημένην καὶ τὴν νεόλοχον καθαίρουσα. Ἀλλὰ καὶ ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος, ἀῤῥενοφθορούντων ἀνδρῶν, καὶ ἀῤῥενομανουσῶν γυναικῶν, Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων μέμνηται. Καταβάλλεται τοίνυν ἐπὶ τὸ θῆλυ ὑπὸ τοῦ ἄῤῥενος, ψυχρά τις ἀπόβρασις· ἀνακραθεῖσα δὲ τῷ ἀντικαταβληθέντι λύθρῳ ὑπὸ τοῦ γυναίου, τυροῦται ὑπὸ τῆς ψυχροτέρας τοῦ ἀνδρὸς ἀποκρίσεως, καθώς φησιν ὁ παρὰ Θεοῦ ἄμεμπτος καὶ ἀληθινὸς ὑπάρχειν μαρτυρηθεὶς Ἰώβ. Οὗτος ἐν τῇ τρώσει τοῦ σώματος πρὸς Θεὸν διαλέγεται· *Οὐχ ὡς γάλα με ἤμελξας, ἐτύρωσας δέ με ἴσα τυρῷ, δέρμα καὶ κρέας ἐνέδυσάς με, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις ἐνείρας με, ζωὴν καὶ ἔλεος ἔθου παρ' ἐμοί;* τὴν φύσιν ἅμα καὶ τὸ αὐτοκρατὲς αὐτῆς καὶ αὐτεξούσιον παριστῶν. *Ζωὴν* δὲ, φησὶ, *καὶ ἔλεον ἔθου παρ' ἐμοί·* ὡσανεὶ, Ἐν ἐμοὶ ἔθου

[28] Gen. I, 26. [29] Prov. XX, 6, sec. LXX. [30] Rom. I, 26, 27. [31] Job x, 10-12.

ζῆν καὶ ἐλεεῖν ἐμαυτὸν διὰ τῆς ὑπακοῆς καὶ φυλακῆς τῶν σῶν ἐντολῶν· ἢ ἀναιρεῖν ἐμαυτὸν τῇ παρακοῇ, καὶ μὴ ἐλεεῖσθαι εἰκότως τιμωρούμενον, τῷ ἐχθρῷ μᾶλλον ἢ τῷ Δημιουργῷ προσθέμενον. Ὅπερ ὁ προπάτωρ ἡμῶν δράσας μὴ ἐλεῶν ἑαυτὸν, οἱονεὶ φάσγανον τὴν ὀλεθρίαν συμβουλὴν καθ' ἑαυτοῦ παραδεξάμενος, ἀναιρεθεὶς ἐκείνῃ καὶ ἐξ ἀθανάτου θνητὸς γενόμενος ᾤχετο. Συμμυόντων τοίνυν πάντων αἰσθητηρίων καὶ αἰσθήσεων ἄμφω τῶν προσώπων, καὶ οἱονεὶ ἀνακιρναμένων καὶ φυραμένων ἀλλήλοις τῶν σωμάτων ἐν τῇ μίξει, ἐκμαγεῖον τοῦ προσώπου ἡ ἀπόῤῥητος καταβολὴ γίνεται, ὃ πρῶτον δοθὲν καὶ ἐπικρατέστερον σπέρμα· ὅθεν καὶ πρὸς ἀμίαν καὶ ὁμοίωσιν ὁ χαρακτὴρ ἐντυποῦται ἐκείνου ἢ ταύτης. Οὕτως οὖν ἡ τοῦ ἄῤῥενος καταβολὴ ψυχρά τις ὑπάρχουσα καὶ ὀστοειδὴς, εἰς ὀστέων καὶ νεύρων μεταποιεῖται ῥώμην, στεῤῥουμένη καταλλήλως τῷ ἀποκρίναντι· τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ γυναίου ἐν τῇ συνευνείᾳ ἀντιδιδόμενον αἷμα θερμὸν κατὰ φύσιν ὑπάρχον, ὑπὲρ τοῦ ψυχροῦ παγὲν εἰς σάρκα μεθίσταται. Ἡ δὲ σὰρξ ζωτικήν τινα δύναμιν θεόθεν ἐμπνεομένη ζωογονεῖται. Ἐγὼ γάρ *εἰμι ὁ ποιήσας τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῆς, καὶ διδοὺς πνοὴν ζωῆς πᾶσι τοῖς πατοῦσιν αὐτὴν*, φησὶν ὁ Θεός.

ricordiam apposuisti mihi, inquit, quasi dicat, In me posuisti ut viverem, et ut misererer mei ipsius per obedientiam et observationem tuorum mandatorum; aut ut perimerem meipsum per inobedientiam, neque misericordiam consequerer, merito pœnas dependens, inimico potius quam opifici adhærens. Id quod primus noster parens fecit, qui non misertus sui ipsius, veluti gladium ipsam perditionem consultricem adversus semetipsum suscepit, illoque interfectus est, et ex immortali mortalis factus periit. Cum igitur clausis omnibus sensuum sedibus et ipsis ambarum personarum sensibus, quasique contemperatis atque permistis inter se corporibus in coitu, ineffabile fit initium, videlicet faciei expressio, de excreto primum potioreque semine, unde ad delineationem et similitudinem, figura vel feminæ vel viri exprimitur: atque hoc modo cum viri excrementum frigidum quodammodo sit et osseum, in ossium et nervorum commutatur robur, pro ratione illius qui excrevit soliditatem habens. Quod autem a muliere in concubitu vicissim redditum est, cum calidus sit natura sanguis, a frigido condensatum, in sanguinem convertitur. Caro autem per vitalem quamdam vim divinitus inspiratam, vivificatur. *Ego enim sum qui feci terram, et hominem ex ea, quique dat flatum vitæ omnibus qui ambulant in ea*, inquit Deus [32].

Alter hic locus est ex iis quorum paulo ante mentionem feci. Nam adjecta fuisse arbitror hæc ab aliquo, qui cum Cæsarii sententia conjunctam eodem loco philosophorum etiam exterorum opinionem de formatione hominis habere vellet.

Λόγος ἐκ τῶν ἔξω.

Ἡ φύσις ἐνυπόκειται τῷ σπέρματι· ἡ γὰρ ἐν τούτῳ δύναμις, ἐπειδὰν ἄρχηται κινεῖσθαι, φύσις ὀνομάζεται, διὰ τὸ φύειν καὶ γεννᾷν. Τρέφεται δὲ ἐκ τῆς ἐν τῷ σώματι τροφῆς· ὡς οὐδὲ τροφὴ ἄνευ ὕλης. Κινεῖται δὲ εἰς ἑαυτὴν ἐκπέπτουσα τὰς τροφάς· ἀλλὰ καὶ ἀφ' ἑαυτῆς συντελοῦσα τὰς ἀναδόσεις. Δυνάμεις δὲ τῆς φύσεως τρεῖς, ἡ γεννητικὴ, ἥτις τοὺς τοῦ σπέρματος προείληφε λόγους· ἡ αὐξητικὴ, ἔχουσα τὴν κατὰ χρόνον κίνησιν· καὶ ἡ θρεπτικὴ, τῆς τροφῆς τὴν ἐξεργασίαν. Διήκουσι δὲ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἡ θρεπτικὴ καὶ αὐξητική· ἡ δὲ γεννητικὴ ἐν τοῖς παραστατικοῖς μόνον τοῖς περιεκτικοῖς τοῦ σπέρματος· κατασχολεῖται δὲ ἡ φύσις τὰ πρῶτα περὶ τροφὴν καὶ πνεῦμα. Πνεῦμα ἔνθερμον ἐξ αὑτοῦ κινούμενον κατὰ τοὺς σπερματικοὺς λόγους, γεννῶν τε καὶ τελειοῦν τὸν ἄνθρωπον ἐν χρόνοις καὶ μεγέθεσιν ὡρισμένοις.

Verba de libris exterorum descripta.

Natura inest semini. Nam quæ est in eo vis, quando moveri cœperit, natura nominatur, propterea quod nascendo producit et generat. Nutritur autem alimento quod est in corpore, quemadmodum neque nutrimentum absque materia est. Movetur autem in semetipsam, cibos concoquens, et per semetipsam perficiens digestiones. Facultates vero naturæ tres sunt: generans, de qua jam antea dictum in mentione seminis; augescens, quæ habet motum secundum tempus; et nutriens, ad quam cibi confectio pertinet. Per universum autem corpus nutriens et augescens facultates sese didunt; generans vero tantum sita est in geminis testibus semen continentibus. Occupata autem est natura primum circa cibum et spiritum; qui spiritus interna vi calidus, ut qui per se movetur secundum id quod dictum est de semine, gignit et absolvit hominem temporibus et magnitudinibus definitis.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜ΄.

Συνυπάρχειν ἡμεῖς λέγομεν τὴν ψυχὴν τῇ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς καταβολῇ, καὶ ζῶν καὶ ἔμψυχον ὑπάρχειν, ἐπειδὴ καὶ ἀπὸ ζῶντος καὶ ἐμψυχωμένου σώματος αἱ ἀφορμαὶ τῆς ἡμετέρας, καὶ ὥσπερ αἱ τῶν δένδρων ἀποσπάδες, αἳ τὸ ἑκάστου σπέρμα ἔχουσι, τὴν ἐξ ὧν ἀφῃρέθησαν ζωτικὴν δύναμιν. Εἰ γὰρ τὸ θερμὸν τὸ αἷμα, καὶ τὸ ζῶον ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς σπέρμα· εἰ καὶ οὐχ ὁμοίως τῷ αἵματι πάντως, ἔχουσι τὸ ζω-

INTERROGATIO CXL.

Simul exsistere nos animam dicimus cum eo quod a viro excernitur, et vivum animatumque quiddam est, quandoquidem et a vivente et animato corpore causa ac origo nostri ortus est, quemadmodum et ab arboribus avulsi rami, qui uniuscujusque semen habent, vitalem facultatem earum a quibus sumpti sunt, continent. Nam si calidus est sanguis, etiam vivum illud semen viri calidum est; ac licet san-

[32] Isa. XLII, 5.

guine non omnes similiter dispositi sint, tamen vitalem quamdam causam habent, quæ est anima. Propter tenuitatem autem et exiguitatem constitutionis primi diei, cum non possit suas operationes perfecte declarare propter subtilitatem ejus quod est dejectum, ... quo deinceps augescente in alvo materna, et in carnem verso, et inde verso in fetum, una augetur; sicque demum perfecte anima suas declarare effectiones, et apparere cum perfecto jam corpore potest.

Responsio.

Absit ut exsistere animam cum semine cogitemus! Nam quo pacto simul exstitisse cum Adamo putabimus animam, qui absque conjunctione aliqua vel procreatione factus fuit? Nam si ex viro animam simul excerni concesserimus, sequetur omnino, etiam Dei Verbi incarnati animam ex semine unitam corpori . id quod fuerit extremæ dementiæ ac blasphemiæ, ingentem merentis pœnam. Eadem ex vesania sequetur, pœnas daturos potius, quam præmia certaminum coronasque reportaturos, qui scortationem fugiunt, et fortiter adversus ipsam decertantes, ac propter regnum cœlorum semetipsos continentia castrantes, quemadmodum inquit Dominus[33], animas intra semetipsos suffocant, et una cum terrenis interimunt membris, sua sobrietate deteriores evadentes quam sint effeminati et voluptati dediti. Num igitur et Paulus ille sublimi præditus intellectu manebit inhonoratus, pœnasque pendet quasi qui supplicia nobis animarumque neces conciliaverit, tam re ipsa quam verbis docens, et scribens universo orbi, fugiendam esse scortationem et mulierem non tangendam, si fieri queat? Quare igitur et scortatorem Corinthium punivit, in se suffocatam animam ad vitam emittentem? Quare item seminis fluxu laborantem lex purificari et aqua submergi præcepit, si videlicet arctata nimis anima de ejus lumbo progressa est? Qualiumnam vero plantarum fructuumque ramos, aut semen accepit Deus, quibus ab initio terram exornavit? Quomodo Sara cum Abrahamo ad centesimum ab adolescentia cubans annum, idemque semen excipiens, nunquam invenit animatum esse illud excrementum, nisi divino præcepto, ut nasceretur Isaacus unigenitus filius centum natis annos? Et quomodo Anna cum Helcana lecti consuetudinem habens pluribus annis, nunquam in utero animatum excrementum suscepit, priusquam in sacrarium veniret, Numenque pro fecunditate exorasset? Cujus supplici precatione Deus suscepta, quæ multis quidem temporibus de se judicaverat se vitalem fetum nunquam parituram , velut inanimam materiam sequenti concubitu consueto more dejectam animavit, et eximium illum divinumque Samuelum formavit, quem post pueritiæ infantiæque lactentis statum, sancto illi Deo qui sanctum puerum præbuerat, tunica amictum mater obtulit, a cunabulis Deo consecratum? Quomodo item anus egregia Elisabeta a tenera et

[33] Matth. XIX, 12.

τικὸν αἴτιον, ὅπερ ἐστὶν ἡ ψυχή. Διὰ δὲ τὸ εὐτελὲς καὶ οὐδαμινὸν τῆς πρώτης ἡμέρας καταστάσεως μὴ δυναμένης τὰς ἑαυτῆς ἐνεργείας τελείως ἐπιδείκνυσθαι, διὰ τὸ εὐτελὲς τῆς καταβολῆς, αὐξομένης δὲ ταύτης ἐν τῇ γαστρὶ καὶ εἰς σάρκα τρεπομένης, ἐκεῖθεν εἰς βρέφος τρεπομένης συναύξεσθαι, καὶ τελείως ἐπιδείκνυσθαι τὴν ψυχὴν τὰς ἑαυτῆς ἐνεργείας, καὶ συνεκφαίνεσθαι τελειουμένου τοῦ σώματος.

Ἀπόκρισις.

Ἄπαγε συνύπαρξιν νοεῖν τῶν ψυχῶν. Πόθεν γὰρ συνυπάρχειν τῷ Ἀδὰμ τὴν ψυχὴν νοήσωμεν, ἄνευ συμπλοκῆς τινος ἢ σπορᾶς δημιουργηθέντι; Εἰ γὰρ συναποκρίνασθαι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς τὴν ψυχὴν ἔδομεν, ἕψεται πάντως καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου σαρκωθέντος ψυχὴν ἐκ σπορᾶς ὑποτίθεσθαι, ἡνωμένην τῷ σώματι· ὅπερ ἐστὶν ἐσχάτης ἀνοίας, καὶ βλασφημίας, ἀπέραντον ἐχούσης κόλασιν. Ἐκ δὲ τῆς παροινίας ταύτης δίκας μᾶλλον τίσουσιν, ἢ ἔπαθλα καὶ στεφάνους κομίσονται, οἱ τὴν πορνείαν φεύγοντες, καὶ γενναίως κατ' αὐτῆς ἀγωνιζόμενοι, καὶ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἑαυτοὺς ἐγκρατείᾳ εὐνουχίζοντες, καθὼς φησιν ὁ Κύριος, ψυχὰς ἑαυτοῖς ἐγκαταπνίγοντες καὶ συννεκροῦντες τοῖς ἐπιγείοις μέλεσιν, ἥττονες μᾶλλον τῇ σωφροσύνῃ καὶ ἁγνείᾳ τῶν λάγνων καὶ φιληδόνων ἀποβαίνοντες. Ἆρα δὲ καὶ Παῦλος ὁ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν ἀναγέραστος μείνῃ, καὶ εὐθύνας ἀποτίσῃ, ὡς τιμωρίας ἡμῖν προξενήσας καὶ ψυχοκτονίας ἔργῳ καὶ λόγῳ παιδεύων καὶ ἐπιστέλλων τῇ οἰκουμένῃ, φεύγειν τὴν πορνείαν, καὶ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι, εἰ οἷόν τε; Διατί δὲ καὶ τὸν πορνεύσαντα Κορίνθιον ἐτιμωρήσατο, ἐμπνιγομένην αὐτῷ ψυχὴν πρὸς ζωὴν προϊέμενον; Διατί δ' ἄρα καὶ τὸν γονοῤῥυῆ ὁ νόμος καθαίρεσθαι καὶ ὕδατι ἀποκλύζεσθαι προσέταξεν, εἰ ἄρα ψυχὴ ἐνστενουμένη αὐτοῦ τῇ ὀσφύϊ προσελήλυθεν; Ποίων δ' ἄρα φυτῶν ἢ καρπῶν ἀποσπάδας, ἢ σπέρμα λαβὼν ὁ Θεὸς ἐν ἀρχῇ τὴν γῆν κατεκόσμησεν; Πῶς δὲ Σάῤῥα τῷ Ἀβραὰμ εἰς ἑκατὸν ἐκ παιδὸς συγκαθεύδουσα ἔτη, καὶ τὴν αὐτὴν ὑποδεχομένη καταβολὴν, οὐδέπω ἔμψυχον εὗρε τὸ ἀπόκριμα θείῳ προστάγματι, καὶ γενέσθαι (*sic*) Ἰσαὰκ μονογενὴς παῖς τοῖς ἑκατονταέταις; Πῶς δὲ Ἄννα τῷ Ἐλκανᾷ συγκλινομένη ἐφ' ἱκανοῖς ἔτεσιν, οὔπω κατὰ γαστρὸς ἐμψυχουμένην τὴν καταβολὴν ἐδέχετο, πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν φοιτῆσαι, καὶ τὸ Θεῖον ἐκλιπαρῆσαι παιδογονίας ἕνεκεν; Ἧς τὸ Θεῖον τὴν ἱκετείαν προσδεξάμενον, τὴν πολλοῖς μὲν χρόνοις κατακρινομένην αὐτῇ μηδέποτε ζωογονουμένην, ὡς ἄψυχον ὕλην τῇ ἐπιούσῃ συγκατευνάσει εἰωθότως καταβληθεῖσαν ἐνεψύχωσε, καὶ τὸν ὑψηλὸν Σαμουὴλ ἱερὸν διετύπωσεν, ὃν ἐκ νηπίας καὶ ὑπὸ τίτθου καταστάσεως ἀποῤῥαγέντα, τῷ παρασχομένῳ ἱερῷ τὸν ἱερὸν παῖδα, διπλοΐδι περιστείλασα ἡ μήτηρ προσενήνοχεν ἐκ σπαργάνων Θεῷ καθιερώσασα; Πῶς δὲ καὶ ἡ καλογραῦς Ἐλισάβετ ἐξ ἁπαλῆς καὶ σφριγώσης ἡλικίας τῷ συνήλικι Ζαχαρίᾳ συγκαθεύδουσα, εἰς αὐτὴν πολιὰν ἐ[illegible], καὶ τῶν γαμικῶν οὐκ

ἀπειπάμενοι νόμων, οὐδέποτε ζώσης συγκράσεως ἐπέτυχον, πρὶν τῇ τοῦ ἀγγέλου φωνῇ ψυχωθῆναι τὴν ἐν τῇ ὀσφύϊ κειμένην ὕλην· ἧς παρ' ἑκατέρων συγκαταβληθείσης, καὶ εἰς σάρκα παγείσης, οἱονεὶ λατόμου τινὸς χειρὶ ἐξ ὄρους ἢ μετάλλου ἀποσπασθέντος λίθου, καὶ τῇ καθ' ἡμέραν λαξείᾳ διαγλυφομένου, μέχρις ἂν πρὸς τὸ ἐῤῥωσθὲν τοῦ ἀνδριάντος φθάσῃ ἐκτύπωμα; Οὕτω τῇ ἀῤῥήτῳ μηχανῇ, ἡ ποτε ἐν τοῖς πρεσβύταις ἄψυχος, καὶ εἰδεχθὴς ὕλη εἰς Ἰωάννην διαγλύφεται, καὶ δι . . . . τὸν Βαπτιστὴν καὶ πρόδρομον. Σιωπάσθω οὖν ἡ τῶν ψυχῶν μυθευομένη συνύπαρξις ἐν τῇ ἀπαφρίσει τοῦ ἄῤῥενος. Πῶς γὰρ ἡ ἄφθαρτος καὶ ἀθάνατος τῷ φθαρτῷ καὶ εἰδεχθεῖ συνυπάρχει; Πῶς γὰρ ἡ ἀμείνους καὶ κρείττονος φύσεως ἐκ τῆς ἥττους καὶ χείρονος τὴν αἰτίαν ἔχοι εἰς τὴν βίου πρόοδον; Πῶς δὲ οὐκ ἄτοπον ὑπονοεῖν ἐν φθορᾷ αὐτὴν κατασπείρεσθαι, τοῦ Ἀποστόλου φάσκοντος περὶ τοῦ σώματος, *Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ, σπείρεται σῶμα ψυχικόν*, οὐχὶ δὲ ψυχή; Τὸ γὰρ ψυχικὸν ἀντὶ τοῦ ἰδίου τῆς ψυχῆς ὑπάρχοντος ὄργανον. Ἠρεμείτω δὲ καὶ ἡ ληρουμένη μεθύπαρξις. Ἅμα γὰρ τοῦ νοῆσαι Θεὸν, ὁποῖόν τι χρὴ ὑπάρχειν ἕκαστον, αὖθις καὶ ἡ ὕλη πάρεστι καὶ τὰ ἄστρα τῆς ἑκάστου ὑπάρξεως τῷ θείῳ συμπάρεισι δραστικῷ βουλήματι. Οὔτε γὰρ προϋπαρξιν ἢ μεθύπαρξιν ψυχῶν ἡ θεία παιδεύει Πυκτὴ, ἵνα μὴ πρεσβύτης καὶ νέος αὐτὸς ἑαυτοῦ οἰηθῇ ὁ ἄνθρωπος· ἀλλ' ἅμα τοῦ φῆσαι, *Καὶ λαβὼν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον*, θᾶττον ἐπάγει, *Καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν*. Οὔτε οὖν ἡ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, οὔτε τὸ σῶμα ὑπάρχει ἄνθρωπος. Ἑκατέρων γὰρ τὴν συνάφειαν καὶ ἕνωσιν ἀπηρτίσθαι βροτὸν ὁ τῶν θείων συγγραφεὺς Μωσῆς ἀπεφήνατο.

florida ætate cum coætaneo Zacharia cubans ad ipsam usque canitiem, cum quidem matrimonialibus legibus non renuntiarent, nunquam tamen sunt assecuti commistionem vivam, priusquam angeli voce animaretur in lumbo jacens materies, ab utrisque secreta et in carnem solidata, quasi cujusdam lapicidæ manu a monte vel metallo revulso lapide, et quotidiana cælatura exsculpto, usque dum perfectam effigiem statuæ consequatur? Sic et ineffabili arte materies quæ quondam in senibus erat inanima et informis, in Joannem exsculpitur, et..... Baptistam et præcursorem. Proinde cesset fabulosum illud commentum de exsistentia animarum in semine, dum illud a mare excernitur. Quomodo enim res incorruptibilis et immortalis cum corruptibili et informi exsisteret? Quomodo item anima quæ melioris et præstantioris est naturæ, ex deteriore ac viliore causam ortus in vitam haberet? Quomodo non absurdum sit, putare animam in corruptione procreari, cum de corpore dicat Apostolus: *Seritur in corruptione, suscitatur in incorruptibilitate: seritur item corpus animale* [34], non autem anima? Nam animale dicitur, tanquam animæ proprium, cum corpus animæ sit organum. Desinat etiam delirium de eo, quod deinceps primum exsistat. Nam simul atque Deus cogitat, qualemnam oporteat unumquodlibet esse, mox etiam materies adest, et..... uniuscujusque naturæ cum efficacitate divinæ voluntatis concurrunt. Neque enim vel prius exsistere, vel exsistere posterius animas divinæ Litteræ docent, ne senex et juvenis idem sui ipsius respectu putaretur homo, sed simul ac dictum esset: *Accepto Deus pulvere de terra formavit hominem*, confestim subjungitur: *Et inspiravit in faciem ejus flatum vitæ, et factus est homo in animam viventem* [35]. Neque igitur anima per se, neque corpus est homo, cum utriusque copulatione ac unione perfectum esse hominem divinorum scriptorum auctor ille Moses declaraverit.

Ἀλλ' ἐπὶ τὰ ὅθεν ἀπέβημεν τοῦ λόγου, πάλιν φοιτήσωμεν. Τῷ ψυχρῷ παγὲν τὸ αἷμα εἰς σάρκα μεθίσταται· αὐξομένην δὲ ταῖς κατὰ μέρος τῶν σιτηρίων ποιοτήτων αὐτῇ ἐνιζομένων ὑπὸ τοῦ διδόντος τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, καθὼς φησι Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός. Καὶ ὥσπερ θαλάττιαι σάρκες, οἱονεὶ ἐν νηδύϊ ταῖς τῶν ὀστρέων καὶ κτενῶν κάλυξι τρεφόμεναι, ζωτικὴν μὲν θεόθεν ἔχουσαι δύναμιν, σκαίρουσαι, πάλλουσαι, στόματος ἢ ἀκοῆς ἢ ὀδόντων ἢ γευστικῶν ὀργάνων ἄμοιροι καὶ ἀδιάρθρωτοι, μόνῃ δὲ τῇ ἐνιζομένῃ τῶν ὑδάτων νοτίδι τρεφόμεναι. Ἀλλ' ἐκεῖνα ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος μένει διηνεκῶς, τοιαύτης παρὰ τοῦ θείου προστάγματος λαχόντα φύσεως· ἡ δὲ τῆς ἡμετέρας γενέσεως ἀφορμὴ βραχεῖα μέν τις ὑπάρχουσα κατὰ τὴν πρώτην τῶν σπερμάτων σύγκρασιν, ταῖς κατὰ μέρος προσθήκαις τῶν εἰσκρινομένων σιτηρίων ποιοτήτων περιϋφαινομένη καὶ διογκουμένη ἀῤῥήτως διαμορφοῦται τῇ νοερᾷ καὶ ἀοράτῳ θείᾳ χειρὶ τοῦ ἐκ χοὸς διαπλάσαντος ἡμῶν τὸν προπάτορα. Εἶθ' οὕτως ἐν τῇ παρολκῇ ἐνναμηνιαίου χρόνου, τελειουργηθὲν τὸ βρέφος θείᾳ ῥώμῃ, τῇ ῥώ-

Sed ad ea unde digressi sumus, revertamur. Sanguis frigiditate solidatus in carnem transmutatur. Crescit autem pro ratione nutrientium qualitatum cum ipsa unitarum, ab eo qui cibum dat omni carni [36], quemadmodum inquit Davides, carminum divinorum auctor. Quemadmodum et carnes marinæ, velut in utero, in ostrearum et pectinum marinorum testis nutritæ, vitalem divinitus habent vim salientes et vibrantes sese, cum oris, auditus, dentium atque gustus organorum sint expertes, et articulis careant, ac solo aquarum humore nutriantur. Sed tamen illa in eadem forma perpetuo manent, talem divino jussu naturam sortita. Nostræ autem generationis causa, licet exigua quædam sit ad primam seminum commistionem, particularibus additamentis ingestarum nutrientium qualitatum quasi contexta et augescens ineffabiliter formatur per intellectilem et invisibilem Dei manum, qui ex pulvere formavit primum nostrum parentem. Sicque deinde mora temporis novem mensium, perfecte absolutus divina vi fe-

[34] I Cor. xv, 42, 44. [35] Gen. ii, 7. [36] Psal. cxxxv, 25.

tus, per robur gestantis uteri nutritur. Non quasi non possit universorum opifex exiguum illud in matrice dejectum nostri initium, vel etiam absque illo, quemadmodum omnia ex nulla subjecta materia produxit, nos mox perfectos et absolutos formare, velut Adamum, ideoque indigeat mora temporis novem mensium in imperfectis fetibus, sed ut instar pellis aut membranæ per factam paulatim formationem intus jacentis, major fiat uterus, et intus saliente fetu, femellæ organa extendantur. Non enim caperent infantem absolutum, si mox illis imponeretur. Habetque locum hic, quod ii faciunt, quo exiguo et quidem sicco utre multa complecti volentes, eum subigendo et extendendo firmiorem capacioremque reddunt. Sic igitur mihi videtur, quæcunque ossea sunt et nervosa, ex maris excremento roborari : quæcunque vero sanguinea et carnosa, ex eo quod femina contribuit, consolidari : ac dicens mox sequi divinum illud verbum et opus : *Crescite et multiplicamini, et replete terram* [37], sicut inquit ad primos parentes nostros Deus, simul dicens ipse, et faciens nos crescere quidem in definitam ab ipso corporis magnitudinem, multiplicari autem posteris, et implere terram. Ex illis autem ipsis protoplastis discimus quæ ex uno quolibet ipsorum in procreatione liberorum concurrant. Ex Adamo osse lateris ablato, et in feminam facto divina manu, simul copulatio et unio naturæ declaratur.

Secundum hæc scire debemus, inesse nobis secundum elementorum....... partem aliquam calidi et frigidi, et alterius quod restat paris, nimirum humidi atque sicci. Nam terra ex qua nos Opifex produxit cum omnibus hisce mista esse mihi videtur : ipsa quidem arida appellata, humido autem innatans, ignem vero in saxis, et ferro, et lignis abditum habens, et aera per ipsam universam diditum, eamque foventem. Formato in utero fetu, et ad articulatam membrorum commissuram obscura humidaque materia exsculpta, nutritur deinceps et crescit unumquodlibet membrorum pro qualitate illorum quæ matris alvum intra recipiuntur, sicut in agricultura fieri solet, ex nubibus imbre, aut elicum rivis arva subjecta rigantibus. Sit autem hortus aliquis de quo sermo habeatur, infinitas plantarum species enutriens, diversæ tum speciei tum formæ, in uno atque eodem ordine, similiter irrigans illas una quædam esto aquæ natura : nihilominus eorum quæ nutriuntur, proprietas in diversas humorem illum qualitates transmutat. Nam idem ille humor amarescit in absinthio, in liquorem vero letalem in cicuta transit, et aliud alii fit unus et idem, in croco, in balsamo, in papavere, quorum aliud quidem calefacit, aliud refrigerat, aliud vero mediam habet qualitatem. In lauro, in odorato junco, et aliis similibus aromata

[37] Gen. I, 28.

μη τῆς φερούσης ἐκθυλακοῦται νηδύος· οὐχ ὡς μὴ οἵου τε τοῦ Δημιουργοῦ τῶν ὅλων τὴν ἀμυδρὰν ἐκείνην ἐν τῇ μήτρᾳ καταβληθεῖσαν ἀφορμὴν ἢ καὶ χωρὶς ἐκείνης, ὡς πάντα ἐκ μηδενὸς ὑποκειμένου παρήγαγε, τελείους ἡμᾶς αὖθις καὶ ἀπηρτισμένους πλάττειν, κατὰ τὸν Ἀδὰμ, καὶ τούτου χάριν δεῖσθαι τῆς παρολκῆς τοῦ ἐνναμηνιαίου χρόνου ἐπὶ τῶν ἐμβρύων· ἀλλ' ὥσπερ δέῤῥιν τινὰ ἢ ὑμένα τῇ κατὰ μέρος διαμορφώσει τοῦ ἐγκειμένου διογκοῦσθαι τὴν γαστέρα, καὶ διατείνεσθαι τῷ ἐνσκαίροντι. Οὐ γὰρ ἐχώρουν τῆς θηλείας τὰ ὄργανα ἀπηρτισμένον τὸν παῖδα, ἀθρόως αὐτοῖς ἐντεθεῖναι· εἰκότως τοῦτο δρώντων καὶ τῶν ἐν βραχυτάτῳ καὶ αὐχμηρῷ θυλάκῳ καταβάλλεσθαί τε πλείω πειρωμένων τῇ μαλαγῇ καὶ διατάσει καρτερὸν καὶ τοῦ πλείονος χωροῦν αὐτὸν ἀπειργασμένων. Καθὼς οὖν δοκεῖ μοι, ὅσα ὀστώδη καὶ νευρώδη ἐκ τῆς τοῦ ἄῤῥενος ἀποκρίσεως στεροῦσθαι, ὅσα δὲ αἱμώδη καὶ σαρκώδη ἐκ τῆς θηλυκῆς ἀντιδόσεως συμπήγνυσθαι. Καὶ αὖθις τούτῳ ἐπακολουθεῖν τὸ θεῖον ῥῆμα καὶ δρᾶμα, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν*, φησὶ τοῖς προγόνοις ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἅμα φάσκων αὐτὸς καὶ ποιῶν ἡμᾶς αὐξάνεσθαι μὲν εἰς τὸ παρ' αὐτοῦ ὡρισμένον τοῦ σώματος μέγεθος, πληθύνεσθαι δὲ τοῖς ἐκγόνοις, καὶ πληροῦσθαι τὴν γῆν. Ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων τῶν πρωτοπλάστων παιδευόμεθα, τὰ ἐξ ἑκάστου αὐτῶν εἰς τὴν τεκνογονίαν συνερχόμενα, ἐκ μὲν τοῦ Ἀδὰμ τοῦ ὀστέου τῆς πλευρᾶς ἀφαιρεθέντος, εἰς δὲ γυναῖκα τούτου δημιουργηθέντος ὑπὸ τῆς θείας χειρὸς, ὁμοῦ τὴν συνάφειαν καὶ ἕνωσιν τῆς φύσεως δηλούσης, καὶ τὰ ἐς ἑκάστου τὴν παιδοποιίαν συμβαίνοντα.

Ἐκ δὲ τούτων νοείσθω ἐνυπάρχειν ἡμῖν τῶν στοιχειωδῶς..... θεωρουμένων τὴν μοῖραν τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψύχοντος, καὶ τῆς ἑτέρας συζυγίας, τῆς κατὰ τὸ ὑγρόν τε καὶ ξηρὸν νοουμένης. Ἡ γὰρ γῆ ἐξ ἧς ἡμᾶς ὁ Δημιουργὸς παρήγαγε, τῷ παντὶ κεκρᾶσθαί μοι δοκεῖ, ξηρὰ μὲν αὐτὴ προσαγορευομένη, τῇ δὲ ὑγρᾷ ἐπινηχομένη· τὸ δὲ πῦρ ἐν πέτραις καὶ σιδήρῳ καὶ ξύλῳ ἐγκεκρυμμένον, τὸν δὲ ἀέρα διὰ παντὸς διήκοντα αὐτῆς, καὶ συνθάλποντα. Διατυπωθέντος δὲ ἐν τῇ νηδύϊ τοῦ βρέφους, καὶ πρὸς τελείαν διάρθρωσιν τῆς ἀσήμου καὶ ἀνύδρου ὕλης διαγλυφείσης, τρέφεται λοιπὸν καὶ αὔξεται τῶν μελῶν ἕκαστον τῇ ποιότητι τῶν ἐπεισκρινομένων τῇ γαστρὶ τῆς φερούσης· οἱονεὶ κατὰ τὴν γεωργίαν πέφυκε γίνεσθαι ἐκ νεφῶν ἐπομβρίας, ἢ ὀχετῶν ἐπιῤῥοῆς διαβρεχούσης τὸ ὑποκείμενον. Κῆπος δέ τις ὑποκείσθω τῷ λόγῳ μυρίας φυτῶν ἰδέας ἐν ἑαυτῷ τρέφων ἀλλόπτους καὶ ἑτεροσχήμους κατὰ τὸν αὐτὸν ἕνα χορόν· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ πιαίνουσα ταῦτα μία τις ὑπάρχει τοῦ ὕδατος φύσις, ἡ δὲ τῶν τρεφομένων ἰδιότης εἰς διαφόρους τὸ ὑγρὸν μετέβαλε ποιότητας. Τὸ γὰρ αὐτὸ πικραίνεται μὲν ἐν τῇ ἀψίνθῳ, εἰς φθοροποιὸν δὲ χυμὸν ἐν τῷ κωνείῳ μεθίσταται, καὶ ἕτερον ἑτέρῳ γίνεται τὸ ἓν, ἐν κρόκῳ, ἐν βαλσάμῳ, ἐν μήκωνι. Τὸ μὲν γὰρ ἐκθερμαίνεται, τὸ δὲ καταψύχεται, τὸ δὲ μέσην ἔχει ποιότητα. Ἐν δάφνῃ δὲ καὶ σχοίνῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις ἀρωματοφόροις πνοὴ γίνεται, ἐν συκῇ

δὲ καὶ ὄχνῃ καταγλυκαίνεται, καὶ διὰ τῆς ἀμπέλου εἰς οἶνον καὶ τὸν βότρυν μεθίσταται, ἐν τῷ μήλῳ χυμαίνεται, ἐν τῷ κρίνῳ λευκαίνεται, ἐν τῷ ἴῳ κυανίζεται. Τοιοῦτόν τι καὶ κατὰ τὸν ἔμψυχον τοῦ σώματος ἡμῶν κῆπον θαυματουργεῖται ὑπὸ τῆς φύσεως, μᾶλλον δὲ παρὰ τοῦ Δεσπότου τῆς φύσεως. ὀστᾶ, καὶ χόνδροι, φλέβες, ἀρτηρίαι, νεῦρα, σύνδεσμοι, σάρκες, δέρμα, πιμελαὶ, τρίχες, ἀδένες, ὄνυχες, ὀφθαλμοὶ, μυκτῆρες, ὦτα, καὶ μυρία πρὸς τούτοις ἀπ' ἀλλήλων διιστάμενα· μία δὲ τῆς τροφῆς ἰδέα πάντα καταλλήλως τῇ ἑαυτῶν τρέφεται φύσει· ὡς ἑκάστου τῶν ὑποκειμένων τὴν τροφὴν προσβαλοῦσαν, ὅπερ ἂν ἐπελάσῃ κατ' ἐκεῖνο ἀλλοιοῦσθαι, οἰκείαν καὶ προσφυῆ τῇ τοῦ μέρους ἰδιότητι γινομένην. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν γένοιτο, τῷ ὁρατικῷ μέρει συγκατεκράθη, τὸν ὑμένα ὑπαλείφων τοῦ ὄμματος· καὶ τοῖς ἀκουστικοῖς μέρεσι διενιζάνων συμπεριτορνοῦται τῇ ἀκοῇ, καὶ τὰ χείλη νοτίζων, οἷον δέρριά τινα οὐκ ἐᾷ καταψυχθῆναι, καὶ γενέσθαι ἐξίτηλα· καὶ ἐν ὀστέῳ πήγνυται, καὶ ἐν μυελῷ ἀπαλύνεται· ἐν τῷ νεύρῳ τονοῦται, καὶ τῇ ἐπιφανείᾳ συνεπιτείνεται, καὶ εἰς ὄνυχα διαβαίνει, καὶ εἰς τριχὸς γένεσιν λεπτουργεῖται τοῖς καταλλήλοις ἀτμοῖς. Καὶ εἰ μὲν διὰ σκολιῶν ἐξατμίζεται πόρων, οὐλοτέρους καὶ ἑλικτοὺς ἀποτελεῖ τοὺς βοστρύχας· εἰ δὲ δι' εὐθέων καὶ ἁπαλωτέρων, ἁπλοῦς καὶ νήματος δίκην, διὰ τῶν ἀτμῶν τριχευομένου τοῦ ἐκ τῶν σιτίων διιζάνοντος ὑγροῦ· εἰ δὲ διὰ θερμοτέρων τῆς καρδίας καὶ τοῦ ἥπατος αἱ ἀναθυμιάσεις ἐπὶ τὴν κράνην ἐξατμίζονται, φαλακροῦν πέφυκε, τοῦ ψυχροῦ ἐπιλείποντος· τοῦ δὲ θερμοῦ ἐπικρατοῦντος, καταφρύττεσθαι καὶ τριχορυεῖν. Ἀλλ' ὄντως εὔκαιρον ἡμῖν χρῆμα, γλυκύ τε καὶ ἀξιάγαστον καὶ τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου, τὸν σφῶν δεσπότην καὶ πρύτανιν γεραίρειν, τῷ θεσπεσίῳ Δαβὶδ συμμελῳδεῖν, *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. Τίς γὰρ λαλήσει τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου ἢ τίς διηγήσεται;* Τίς γὰρ ἐφίξεται λόγος παραστῆσαι; Πῶς γὰρ ἐξ ἑτερουσίων καὶ διαφόρων, μίαν τὴν φύσιν ἡμῶν ἐδημιούργησε, καὶ οὐ διαφεύγει θάτερον θατέρου τὴν κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν, πρὸ τῶν παρὰ σοῦ ὅρων τῆς ἑκάστου ζωῆς· ἀλλ' ἀφθόνως διικνεῖται μέχρι περάτων τῷ θνητῷ ἡ ἀθάνατος· καὶ πάλιν μακρὰν χαίρειν ἀφίησι τῇ συνημμένῃ τῷ σώματι, πειθομένη τῆς διαστάσεως τῷ προστάγματι; Τίς δὲ μὴ ἐκπλαγήσεται ἐκ χοὸς ὁρῶν τοσαῦτα μέλη καὶ μέρη τοῦ σώματος, διάφορα ὀστᾶ (91) κατάλληλα, στροφαῖς καὶ τόρναις συμβεβλημένα, ὡς σαρκῶν ὑπερείσματα, καὶ πρὸς πᾶσαν εὔκολα κίνησιν, ἅπερ ὡς ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς πάσας ἀποσώζειν τὰς ἀλογίας, μέλη μέλεσιν ἰσόρροπα, δεξιὰ χεὶρ ἰσομήκης τε λαίᾳ, καὶ δάκτυλος δακτύλῳ, καὶ ταρσὸς ταρσῷ, καὶ βάσις βάσει, καὶ τὰ καθ' ἕκαστον.

ferentibus in fragrantiam commutatur, in ficu et pyro dulcescit, per vitem in vinum et botrum mutatur, in pomo rubescit, in lilio albescit, in viola fit cæruleus. Tale quiddam et in animato corporis horto mirabiliter a natura efficitur, imo vero a naturæ Domino. Ossa sunt hic, cartilagines, venæ, arteriæ, nervi, ligamina, carnes, cutis, arvina, pili, tonsillæ, ungues, oculi, nares, aures, et præter hæc infinita quædam alia, inter se diversa, cum sit unica nutrimenti species, qua omnia convenienter pro sua natura nutriuntur, ita ut unicuique subjectorum applicata alimenta, in ejus naturam mutentur, ad quod deferuntur, ac propriam partis ejus proprietatem induant. Nam si ad oculum alimonia pervenerit, parti cernenti mista membranam oculi rigat. Et auditus partibus insidens, circumrotatur ad auditum. Et labra humectans, veluti pelliculas quasdam, non sinit ea siccari et exarescere. In osse durescit, in medulla mollescit. In nervo roboratur, in superficie una extenditur, in unguem desinit, in capilli generatione per humores convenientes attenuatur. Ac si quidem per tortuosos meatus fiat evaporatio, crispiores implicatosque crines efficit: si vero per rectos et teneriores, simplices et extentos instar fili, per evaporationes in capillos commutato illo humore, qui ex cibis residet. Si vero per calidiores cordis et jecinoris partes evaporationes in caput exhalant, calvitium fieri solet, ob frigoris defectum. Superante namque calore, exsiccari constat ac defluere crines. Enimvero res opportuna et suavis, et admiratione digna omnique prædicatione fuerit, nostrum hic nos Dominum et gubernatorem celebrare, ac una cum Davide divino vate canere: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! cuncta sapienter fecisti* [38]. *Quis* enim *possit eloqui potentias Domini, aut quis enarrabit* [39]? Quis assequetur sermo, ut hæc exprimat? Quomodo enim ex iis quæ diversæ substantiæ sunt et inter se differunt, unam naturam nostram condidit; neque refugit alterum ab alterius communione vel unione, ante positos a te unicuique vitæ terminos, sed ad finem usque natura immortalis cum mortali degit; rursusque longum valedicit conjunctæ corpori, obediens imperio separationis? Quis vero non obstupescat, ex pulvere facta videns tot membra partesque corporis, convenientia inter se ossa, vertebris et juncturarum tornis inter se commissa, quæ veluti carnium adminicula fulcraque sunt, et ad omnem habilia motum, quasique ad unam sita lineam, ut quæcunque parum sunt rationi consentanea, removeant? Sunt item membra cum membris velut in æquilibrio posita: dextera manus pari longitudine cum læva, digitus cum digito, planta cum planta, pes cum pede, itidemque comparata sunt alia singula.

Ἀλλ' εἰκότως ἐπὶ τὴν κορυφὴν τῆς σφῶν δημιουργίας τῷ λόγῳ ἀναδράμωμεν, ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰς πρόποδας καὶ τὰ πέδιλα φοιτῶντες· μᾶλλον δὲ καὶ ἐξ

Sed est operæ pretium ut ad verticem nostræ creationis oratione recurramus, inde ad pedes et talaria devenientes. Quin ab ipsa jam, si fieri queat,

[38] Psal. CIII, 24. [39] Psal. CV, 2.

(91) *Ὀστᾶ κατάλλ.* Hæc et quæ sequuntur desumpsisse Cæsarium ex *Recognit.* lib. VIII, cap. 29, haud dubitat Cotelerius l. c.

anima ordiamur. Considera igitur, obsecro, teipsum, et neminis adhibens expositionem, qua de totius universitatis opificio conditorem investiges, in temetipso, velut in parvo mundo, ineffabilem Dei sapientiam perspicies. Atque ante omnia incorporeum esse mihi considera Deum, ex tua ipsius incorporea anima, nullo circumscriptum loco, siquidem neque mens nostra prius habet localem circumscriptionem, sed per corporis conjunctionem in loco est. Eamdem inaspectabilem esse fateberis ex eadem imagine ratiocinatione ducta : sese non subjicientem carnis oculis, non colore, non forma, neque alia quadam corporali figura expressam, sed ex efficacitate sua, eaque sola cognitam. Quapropter ne in Deo quidem eam quæ fit per oculos, considerationem ipsius naturæ quærito, nisi quatenus per obscuram quamdam ulterius progrediare demissionem, et ita quidem ut non fiat hoc extra velamentum aliquod. Neque enim ab ipsis quidem cherubim ratione naturæ cernitur, objectione alarum obumbrantibus faciem, propterea quod ejus ipsi non sint capaces. Proinde menti et fidei permissa consideratione, Dei contemplator eris, videns tantum, quantum recesseris ab hac crassa vitæ ratione, et ad spiritualem accesseris, admiratus ipsius sapientiam : quomodo videlicet animam inserat corpori, usque ad extremitates ejus extendens ipsam, et plurimum inter se dissidentia membra ad unam quasi conspirationem ac societatem ducens. Considera mihi, quodnam ab anima carni insit robur, et quænam a carne ad animam reflectatur affectio mutua. Quomodo quasi suum efficiat ex incorporea vita corpus, et particeps dolorum ex corpore fiat, ipsa corporis expers. Quomodo hoc læso, illa clamet, quomodo illa feliciter agente, corpus vegetum sit, et pulchrius evadat. O præclaram conjunctionem, o admirabilem unionem, o sapientiam ejus qui univit! Quis enim eloqui queat, quales penus quasique conditoria disciplinarum ea fabricaverit, ne obscurentur vetera per cognitionem eorum quæ præter illa reperiuntur, neve arceantur aliquo septo eorum quæ quotidie audiuntur, quominus exponat hodie quis ante quinquaginta annos auditum sermonem, sed distinctas et inconfusas servari recordationes institutionis, velut in saxo sculptas? Quomodo ad carnales residens affectus, propriæ pulchritudinis florem amittat, et vice versa, profectam a vitiositate turpitudinem virtute repurgans, recurrat ad similitudinem creatoris. Inquit enim ipse in Evangelio : *Amen dico vobis, si duo super terram consenserint in idem* [40]; animam indicans et corpus, dominam et famulam; *si consenserint in idem* : caro quidem serviens, anima autem in virtute progressus faciens, ne nimia austeritate depressa gravetur et laboribus renuntiet famula : neque vice versa ad vitiosas affectiones et volupta-

αὐτῆς ἤδη τῆς ψυχῆς εἰ οἷόν τε, ἀπαρξώμεθα. Θέα μοι τοίνυν σαυτὸν, καὶ οὐδενὸς δεήσει ἐκ τῆς τῶν ὅλων κατασκευῆς τὸν Δημιουργὸν ἐξιχνεύειν, ἀλλ' ἐν σαυτῷ οἱονεὶ ἐν βραχεῖ κόσμῳ τὴν ἄφραστον κατόψει τοῦ Θεοῦ σοφίαν. Καὶ πρό γε ἁπάντων, ἀσώματόν μοι νόει τὸ Θεῖον ἐκ τῆς αὐτοῦ ἀσωμάτου ψυχῆς, μηδενὶ περιγραφόμενον τόπῳ· ἐπεὶ οὐδ' ἡμέτερος νοῦς προηγουμένην ἔχει τὴν ἐν τόπῳ περιγραφὴν, ἀλλὰ διὰ τῆς τοῦ σώματος συναφείας ἐν τόπῳ γίνεται. Ἀόρατον ὑπάρχειν ὁμολόγει ἐκ τῆς αὐτῆς εἰκόνος τεκμαιρόμενος, μὴ ὑπείκουσαν σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, οὐ χρώματι, οὐ σχήματι, οὐδ' ἑτέρῳ τινὶ χαρακτῆρι σωματικῷ ἀπεικαζομένην, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐνεργείας καὶ μόνης γνωριζομένην. Ὥστε μηδ' ἐπὶ Θεοῦ ζήτει τὴν δι' ὀφθαλμῶν κατανόησιν αὐτοῦ τῆς φύσεως, πλὴν ἀμυδρᾶς πρόσω χώρει συγκαταβάσεως, καὶ οὕτως οὐκ ἔξω τινὸς παραπετάσματος. Οὐδ' αὐτοῖς γὰρ κατὰ φύσιν ὁρᾶται τοῖς Χερουβὶμ, τῇ προβολῇ τῶν πτερύγων σκιαζομένων τὴν ὄψιν, διὰ τὸ ἀχώρητον αὐτῆς. Τῇ διανοίᾳ τοίνυν καὶ πίστει ἐπιτρέψας τὴν κατανόησιν, ἔσῃ θεόπτης τοσοῦτον, ὅσον ἀπέβης τῆς ὑλικῆς πολιτείας καὶ ἐπέβης πνευματικῆς, θαυμάζων αὐτοῦ τὴν σοφίαν· πῶς τὴν ψυχὴν ἐγκρίνει τῷ σώματι μέχρι περάτων αὐτοῦ διάγων αὐτὴν, καὶ τὰ πλείστων (92) ἀλλήλων διεστῶτα μέλη, πρὸς μίαν σύμπνοιαν καὶ κοινωνίαν ἄγων. Σκόπει δέ μοι τίς ἡ ἀπὸ τῆς ψυχῆς τῇ σαρκὶ ἐνιζάνουσα ῥώμη· τίς δ' ἡ ἀπὸ τῆς σαρκὸς τῇ ψυχῇ ἀνακλωμένη συμπάθεια. Πῶς σφετερίζεται ἐκ τῆς ἀσωμάτου ζωῆς τὸ σῶμα, ἀναμάττεται δὲ ἐκ τοῦ σώματος ἀλγηδόνας ἡ ἀσώματος. Πῶς τούτου αἰκιζομένου ἐκείνη βοᾷ· πῶς ἐκείνης εὐδαιμονούσης αὕτη σφριγᾷ καὶ ὡραΐζεται. Ὢ τῆς καλῆς συναφείας, ὢ τῆς θαυμαστικῆς ἑνώσεως, ὢ τῆς σοφίας τοῦ ἑνώσαντος. Τίς γὰρ οἷός τε φῆσαι ποῖα ταμιεῖα ἤτοι ἀποθήκας τῶν μαθημάτων αὕτη ἐτεκτήνατο, ὥστε μὴ ἐπισκοτεῖσθαι τὰ πάλαι τῇ γνώσει τῶν ἐπεισάκτων, μηδ' εἴργεσθαί τινι διαφράγματι τῶν ἑκάστης ἡμέρας ἀκουομένων, σήμερον ἀπαγγεῖλαι τὸν πρὸ πεντήκοντα χρόνων ἀκουσθέντα λόγον· ἀλλ' εὐκρινεῖς καὶ ἀσυγχύτους σώζειν τὰς μνήμας τῆς παιδεύσεως, οἱονεὶ ἐν πέτρᾳ κεχαραγμένας. Πῶς δὲ πρὸς τὰ σαρκικὰ ὑπολισθαίνουσα πάθη τὸ οἰκεῖον ἀπανθίζεται κάλλος· πάλιν δὲ τὸ ἀπὸ κακίας αἶσχος ἀρετῇ καθαιρομένη, πρὸς τὴν ὁμοίωσιν ἀνατρέχει τοῦ κτίσαντος. Αὐτὸς γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις φησίν· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν δύο ἐπὶ τῆς γῆς συμφωνήσωσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ* (τὴν ψυχὴν ἐμφαίνων καὶ τὸ σῶμα, τὴν κυρίαν καὶ τὴν οἰκέτιν), *ἐὰν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ*, ἡ μὲν σὰρξ δουλεύουσα, ἡ δὲ ψυχὴ ἐν ἀρετῇ προβαίνουσα· ὅπως μὴ τῇ ὑπερβαλλούσῃ σκληρουχίᾳ καταπονεῖσθαι καὶ ἀπολέγεσθαι τοὺς πόνους τὴν οἰκέτιν· μήτ' αὖ πάλιν ὑπὸ ταύτης πρὸς πάθη καὶ φιληδονίαν τὴν κυρίαν καταφέρεσθαι· ἀλλὰ συμφώνως τῷ ἴσῳ τῆς ἀρετῆς κανόνι συμπαραθέειν ἀλλήλοις, καὶ συμπαρέπεσθαι. *Ἐὰν γὰρ συμφωνήσωσι*

[40] Matth. xviii, 19.

(92) *Καὶ τὰ πλείστων.* Libenter rescripserim πλεῖστον. Edit.

τὰ δύο ταῦτα, ἥ τε ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, *περὶ παντὸς οὗ ἐὰν αἰτήσωνται, γενήσεται αὐτοῖς*, φησὶν ὁ Κύριος. Εἰ μὲν παρ' αὐτοῦ αἰτοῦμεν, δηλονότι ἀγαθὰ, γενήσεται. Εἰ δὲ τῷ διαβόλῳ δι' ἀμελεστέρου καὶ ἐμπαθοῦς βίου προσχωρήσωμεν, ὅπερ μοι δοκεῖ αἴτησιν ὑπάρχειν τὸ ὑπόφορον αὐτῷ γίνεσθαι, σκολιὰ πάντως ἀποβήσεται ἡμῖν καὶ χαλεπὰ τὰ ἐπιτηδεύματα.

tem per hanc dejiciatur domina, sed ut cum consensu pari virtutis regula inter sese currant una, seque comitentur. *Nam si consenserint ista duo*, nempe anima et corpus, *de quocunque rogaverint, continget eis*, inquit Dominus, siquidem ab ipso petierimus, bona videlicet, contingent. Si vero per negligentiorem et pravis affectibus obnoxiam vitam ad diabolum recesserimus : id quod mihi videtur esse petitio qua quis ei tributarius fiat : omnino perplexum habebunt et difficilem exitum instituta nostra.

Ἀψώμεθα τοίνυν, εἰ δοκεῖ, καὶ τῆς τοῦ σώματος κατασκευῆς καὶ διαρθρώσεως, θαυμάζοντες τὸν σοφὸν τοῦ παντὸς ἀρχιτέκτονα Θεόν· πῶς ἁρμόδιον αὐτῶν καταγώγιον τῇ λογικῇ ὁ ἀριστοτέχνης ἐδείματο, καὶ μόνον τῶν ὑπ' οὐρανὸν ζώων, ὄρθιον τὸν ἄνθρωπον παρήγαγεν, ἐξ αὐτοῦ παιδεύων τοῦ σχήματος, ἐκ τῆς ἄνω συγγενείας ἔχειν ἡμᾶς τὴν ζωήν. Τὰ γὰρ ἄλογα πάντα κάτω πρὸς τὴν γαστέρα νένευκε· βροτοῖς δὲ μόνοις αὐτοφυὴς καὶ ἕτοιμος πρὸς οὐρανὸν ἀνάβλεψις, ὥστε μὴ ὑπάρχειν φιλήδονον μηδὲ κάτω νεύειν τοῖς πάθεσιν, ἀλλὰ διανεστῶτα ὑπάρχειν καὶ πρὸς τὰ ἄνω βλέπειν, ἔχειν τὴν κίνησιν. Ἔπειτα τὴν κεφαλὴν οἱονεὶ ἐπὶ γεωλόφου τοῦ σώματος θέμενος, ἐν αὐτῇ τὰς τιμίας τῶν αἰσθήσεων καθιδρύσατο. Τὸν μὲν ἐγκέφαλον μηδὲ κύλικα πληρῶσαι κενωθέντα οἴονται· σοφίαν δὲ Δημιουργοῦ πεπιστευμένου καὶ σύνεσιν τοῦ Θεοῦ βουλῇ καὶ συνέσει τεχνησαμένου τὰ σύμπαντα. Ὅτι δὲ καὶ μέγιστόν τι πρὸς τὸ ζῆν ὁ ἐγκέφαλος, ἐναργῶς τὸ ἐξ ἐναντίας συμβαῖνον δηλοῖ· εἰ γὰρ τρῶσιν ἢ ῥῆξιν ὁ περιέχων αὐτὸν ὑμὴν ὑποσταίη, αὖθις ἕπεται παρὰ πόδας τῇ τρώσει ὁ θάνατος, οὐδὲ πρὸς τὸ ἀκαρὲς τῆς φύσεως ἀντεχούσης τῷ πάθει· ὥσπερ ἐν ταῖς ὑπ' ἄντροις οἰκοδομαῖς, ἢ ἐν τοῖς τῶν λουτρῶν ὀρόφοις, ὁ τὸ πᾶν τῆς οἰκοδομῆς συνέχων εἷς ὑπάρχει κορυφαῖος λίθος, ἐγκεκροτημένος τῷ θόλῳ, ὃν σφῆνα οἱ οἰκοδόμοι προσαγορεύουσιν· οὗ δὴ διαῤῥαγέντος ἢ ἀποκρουσθέντος αὖθις συγκατασείσθη τὸ ὅλον. Κάμνουσι τῶν φωστήρων οἱ μέγιστοι Ἥλιος καὶ Σελήνη, τὰ ὑπερουράνια ἐν τῷ ἡμερονυκτίῳ παραθέοντες. Ὁ νοῦς δ' ὁ ἡμέτερος ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἅμα τῆς κάτω κτίσεως καὶ τὰ ὑπερκόσμια περιπολεῖ, δρόμον αὐτὰ περιθέων ἀκάματον, ὡς ἄδηλος ἀδήλως ἄδηλα περιαθρῶν. Βραχεῖς τε καὶ ἀδρανεῖς δοκοῦσιν οἱ βόστρυχοι, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πρὸς εὐκοσμίαν τῇ δέῤῥει τῆς κράνης ἐμπεφύκασιν, ἀποσοβοῦντες αὔραις τῶν ζώων τὰ λεπτότερα τοῖς φαλακροῖς ὄντα πολέμια, ἀεὶ τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπισοβίαν κινοῦντες. Ἀλλὰ καὶ πρὸς χειμῶνος κρυμὸν, καὶ ἡλίου φλογμὸν, αἱ τρίχες ἀντέχουσιν, οἱονεὶ ἄλσος ἢ δρυμὸς τὸ ὑποκείμενον σκιάζουσαι, καὶ τὴν ἐπομβρίαν δεχόμεναι. Ὀφθαλμοὶ τὴν ὑψηλοτάτην σκοπιὰν ἔλαχον, καὶ δύο μόνοι τυγχάνοντες, πᾶσαν ὁρῶσι τὴν διακόσμησιν, ὥστε μηδὲν αὐτοὺς ἐπισκοτεῖν τῶν σωματικῶν νόμων· ἀλλὰ βραχείᾳ προβολῇ τῶν ὀφρύων ὑποκαθήμενοι, ἐκ τῆς ἄνωθεν ἐξοχῆς πρὸς τὸ εὐθὲς ἀποτείνονται, καὶ οἷον ἀκίσιν ἢ ῥαφίσιν ταῖς ἀκάνθαις τὰ λεπτὰ τῶν ζώων ἀποσείονται, καὶ τῇ συνεχεῖ τῶν βλεφάρων κινήσει τὰς κόρας συντη-

Proinde attingamus, si ita videtur, etiam corporis opificium et articulatam commissuram, admirantes sapientem architectum universi Deum, quo pacto conveniens et aptum hospitium animæ rationali optimus artifex ædificaverit, et solum inter ea quæ cœlo subjecta sunt animalia, erectum hominem produxerit, per ipsam docens formam, ex cognatione superna nos vitam habere. Nam expertia rationis omnia deorsum ventrem versus se inclinant, hominibus autem solis a natura data et expedita contigit ad cœlum suspectio, ne sit voluptati deditus, neque deorsum per vitia vergat, sed ut erectus sit et ad superna spectanda moveatur. Deinde caput velut in colle corporis ponens, in eo pretiosas sensuum sedes collocavit. Cerebrum ne quidem implere calicem vacuum posse plerique putant, cui tamen sapientia et prudentia opificis est credita Dei, qui consilio et prudentia fabricavit universa. Quod autem maximum quiddam ad vitam emolumentum afferat cerebrum, evidenter si quid adversum accidat, ostendit. Nam si vulnere vel ruptura continens ipsum membrana lædatur, mox e vulnere sequitur præsens mors, ne quidem ad momentum temporis dolori resistente natura : quemadmodum in subterraneis structuris, aut in balneorum tectis, qui totum continet ædificii, unus est summus lapis, infixus ipsi tholo, quem cuneum opifices ædium appellant, quo perfracto vel revulso, illico concussum est totum. Laborant maxima luminaria sol et luna, cœlestes plagas intra diem et noctem percurrentia. Mens autem nostra in puncto, in momento oculi una cum inferis creatis ambit et ultramundana, cursu in ipsis indefesso discurrens, velutique latens latenter latentia circumspectans. Parvi et imbecilles videntur pili, verum et ipsi ad venustatem cuti capitis innati sunt, arcentes lenioribus ventis animalia munitiora calvis infesta, qui propterea semper manus suas ad arcendum ea movent. Quin etiam hiemis frigori et solis ardori pili resistunt, veluti nemus quoddam vel densa silva partem subjectam obumbrantes, et imbrem excipientes. Oculi excelsissimam speculam sortiti sunt, cumque duo tantum sint, nihilominus omnem cernunt mundi hujus ornatum, ita ut ipsis nihil rerum corporearum officiat, sed sub parvo superciliorum propugnaculo constituti, ex eminentia superiore directo extenduntur, et velut acubus aut subulis, nempe spinis minuta animalia excutiunt, et continuo palpebrarum motu pupillas conservant, ardorem solis quasi ventilatione qua-

dam mitigantes. Eadem cum sint tanquam a calentibus usurpata oculorum velamina deflectunt intemperantiæ lasciviæque mortem, de qua Jeremias inter divinos vates multa pericula perpessus contestans, ait: *Ascendit per fenestras mors*[41]. Non enim modo corpus intactum, sed et oculorum radii servandi sunt incorrupti, neque ipsis ullo modo permittendum, ut impudenter irruant, et in alienæ pulchritudinis formas involent, ne ab aspectu ad ipsum actum ruamus. Nam secundum Domini sermonem, *Qui inspexerit mulierem ad concupiscendum eam, jam adulterium cum ipsa commisit in corde suo*[42]. Quapropter virgines esse debent oculorum pupulæ, quæ idem cum virginibus nominis ornamentum sortitæ sunt. Sæpenumero enim quæ intra palpebras virgo erat pupilla, per ipsarum diductionem vagumque motum suum nutus et cogitatio scortationis facta est.

Exiguum quiddam inter omnia membra nostra est auris. Sed et istas exornat vicinum cymbalum, eisque solis inter creata cætera Dei mysteria creduntur. Estque auris tota in rotundum sinuoseque tornata, ne citius ingrediatur sermo, sed spatio longioris temporis imminutus, per ipsam excavationem prohibeat quominus ad imum materia mendacii penetret, sed una cum maledicentiæ stercoribus in partibus remaneat; nam virtutis quidem est in eo qui loquitur, non dicere falsa: in eo qui audit, probare quomodo quælibet dicta videantur, num quid affectus vel amici vel repugnantis admistum sit. Nam alter quidem non cernit acutum, alter autem prorsus non videt. Quod si alterutro horum defectuum ratio corrupta est, judicio mentis quod in nobis est puniri et a pravitate repurgari debet per veritatem, quæ tortoris officio fungatur. Hoc enim docens de divino et fortissimo athleta Jobo historia inquit: *Mens quidem et auris verba dijudicat; guttur autem escas gustat*[43]. Cum hoc autem consentiens divinorum ille carminum auctor Davides inquit: *Eum qui clanculum mentiebatur de proximo suo, persequebar*[44]. Ipse autem universitatis hujusce Deus, servorum obsignans verba, in Evangelio inquit: *Estote nummularii probi, dijudicantes a bono quod adulterinum est*. Non ut instar nummulariorum sonum explorando excipiamus, sed ut ponderantes pronuntiata illorum qui colloquuntur, et eventus factorum, ad justam potius propendeamus trutinam. Aurium enim et linguarum magnum quoddam periculum est: cum exiguum sit membrum lingua, mendacii et veritatis, vel potius salutis et perditionis est officina, *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis*[45], et: *Lingua mea loquetur justitiam*, inquit divinorum auctor carminum[46]; et idem rursus: *Linguis suis dolose agebant*[47]; et: *Lingua eorum sicut ser-*

ροῦσι, τὸν φλογμὸν τοῦ ἡλίου διαῤῥιπιζόμενοι. Τὰ δ' αὐτὰ οἷον θερῶσιν καταπετάσματα αὐτῶν ὑπάρχοντα, ἐκκλίνουσιν τὸν τῆς ἀκολασίας θάνατον· ὃν Ἱερεμίας ὁ τῶν προφητῶν πολυκίνδυνος μαρτυρόμενος, φησὶν, *Ἀνέβη θάνατος διὰ τῶν θυρίδων*. Οὐ μόνον γὰρ τὸ σῶμα ἀνέπαφον, ἀλλὰ καὶ τὰς βολὰς τῶν ὀφθαλμῶν δεῖ παρθενεύειν καὶ μηδαμῶς ἐπιτρέπειν αὐταῖς ἀναιδῶς ἐφορμᾷν καὶ παρίπτασθαι τοῖς ἀλλοτρίοις κάλλεσιν, ἵνα μὴ ἀπὸ τῆς θέας, ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ὁρμήσωμεν. Κατὰ γὰρ τὴν θεηγορίαν, *Ὁ ἐμβλέψας γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ*. Παρθενεύειν οὖν χρὴ τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν, ἰσωνυμίαν τῶν παρθένων τετιμημένας. Πολλάκις γὰρ ἡ ἐμπαρθενεύουσα τοῖς βλεφάροις κόρη, τῇ διαστολῇ αὐτῶν καὶ ἑαυτῆς περιστροφῇ, νεῦμα καὶ νόημα πορνείας τὸ ἄντικρυς ἐγένετο.

Κολοβὸν ἐκ πάντων ἡμῶν τῶν μελῶν τὸ οὖς κεχάλκευται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ διακοσμεῖ τὸ περικείμενον κύμβαλον, καὶ μόνον τῆς δημιουργίας θαῤῥεῖται τοῦ Θεοῦ μυστήρια, ἑλικοειδῶς ἐκτορνευθὲν δι' ὅλου, ὥστε μὴ θᾶττον εἰσδύνειν τὸν λόγον, ἀλλ' ἐν πλείονι χρόνῳ ἐλαττουμένου τῇ τορείᾳ ἐπὶ τὸ βάθος τὴν ὕλην τοῦ ψεύδους, ἅμα τῶν τῆς κατηγορίας σκυβάλων προσκαταλεῖψαι ταῖς ὄχθαις. Ἀρετῆς γὰρ τοῦ μὲν φράζοντος μὴ ψευδηγορεῖν, τοῦ δὲ ἀκούοντος δοκιμάζειν τὰ φάσματα, εἰ μηδὲν προσπαθείας πάθος ἐγκέκραται. Ἡ μὲν γὰρ οὐκ ὀξυωπεῖ, ἡ δὲ ὅλως οὐχ ὁρᾷ· εἰ δ' ὁποτέρας λώβῃ ὁ λόγος διέφθαρται, τῷ ἐν ἡμῖν κριτηρίῳ τῆς διανοίας τιμωρεῖν αὐτὸν καὶ ἀποξέειν τῆς κακίας, οἱονεὶ δημίῳ τῇ ἀληθείᾳ. Τοῦτο γὰρ παιδεύουσα ἡ κατὰ τὸν θεσπέσιον καὶ ἀνδρειότατον ἀγωνιστὴν Ἰὼβ ἱστορία φησίν· *Νοῦς μὲν καὶ οὖς ῥήματα διακρίνει, λάρυγξ δὲ σῖτα γεύεται*. Συμφώνως δὲ τούτῳ Δαβὶδ, ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, φησί· *Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον*. Ὁ δὲ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν οἰκετῶν ἐπισφραγίζων τὰ ῥήματα, ἐν Εὐαγγελίοις φησὶ, *Γίνεσθε τραπεζῖται* (93) *δόκιμοι, διακρίνοντες ἐκ τοῦ δοκίμου τὸ κίβδηλον*. Οὐχ ἵνα δίκην τῶν κολυβιστῶν κομπήσαντες τὸν ἦχον δεξώμεθα, ἀλλ' ἵνα σταθμίζοντες τὰς ἀποφάσεις τῶν προσδιαλεγομένων, καὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν πραττομένων, ἐπὶ τὴν δικαίαν μᾶλλον ῥέψωμεν πλάστιγγα. Ὤτων γὰρ καὶ γλωττῶν πολύς τις ὁ κίνδυνος, βραχὺ ὑπάρχουσα μέλος, ψεύδους καὶ ἀληθείας, ἢ μᾶλλον σωτηρίας καὶ ἀπωλείας τυγχάνουσα ἐργαστήριον. *Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου*, καὶ, *Ἡ γλῶσσά μου λαλήσει δικαιοσύνην*, φησὶν ὁ τῶν θείων μελῳδός. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, *Ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν*. Συμφώνως δὲ τῷ πατρὶ ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομών φησι, *Ζωὴ γὰρ καὶ*

[41] Jer. ix, 21. [42] Matth. v, 28. [43] Job xii, 11. [44] Psal. c, 5. [45] Psal. xliv, 2. [46] Psal. xxxiv, 32. [47] Psal. xiii, 3.

(93) *Γίνεσθε τραπεζ.* De hoc celebri dicto, nuspiam in sacris Litteris exstante, plura vide sis apud Cotelerium ad *Constit. Apost.* lib. ii, cap. 36, qui et illud inter alia multa observat, hunc Cæsarii locum ex Palladii *De vita Chrysostomi* cap. 4, scriptoris Cæsario recentioris, fuisse efflictum.

θάνατος ἐν χειρὶ γλώσσης· ὡσανεὶ ἀντὶ χειρὸς τὸν λόγον, ἀντὶ φασγάνου τὸν δόλον, φονέα παριστῶν, καὶ ἐν μιᾷ μερίδι τὸν ἀνδροφόνον καὶ τὸν δόλιον, τὸ Θεῖον ἐψηφίσατο, καθώς φησι διὰ τοῦ μεγάλου Δαβίδ, *Ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος*. Ὁ δὲ Θεῷ βδελυκτὸς πάντως καὶ τιμωρητός· ὡς ὁ παραῤῥιφεὶς σίδηρος ὑπὸ τοῦ ἰοῦ δαπανώμενος, καὶ ξύλον ἢ ἐσθὴς ῥυπαρὰ τυγχάνοντα καὶ βδελυκτὰ τῷ δεσπότῃ ὑπὸ τοῦ ἐγκειμένου αἴσχους καταφθείρεται· ἢ ὥσπερ οἶκος τῇ ἐγκαταλείψει τοῦ ἐνοικοῦντος ἐρημούμενος κατὰ μέρος φθείρεται· παραπλησίως μοι δοκεῖ καὶ βροτὸς Θεῷ βδελυκτὸς τῇ θείᾳ ἀποστροφῇ ὑπὸ τῶν ἐγκεκραμένων αὐτῷ κακῶν κακούμενος τιμωρεῖσθαι, τῆς ἀποφάσεως, τῆς, *Ἀπέλθετε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον*, καταλλήλως τῶν ἡμαρτημένων ἐμπεσούσης τοῖς ἀκουσομένοις. Τότε τοὺς μὲν οἱονεὶ ἄνθραξ ἐν ἀχύροις ἐμπεσὼν διασμήχει καὶ διαφλέγει αἰωνίως, μήτε φθείρουσα, μήτε φθειρομένη διὰ τὸ ἀφθάρτους ἡμᾶς ἐκ τάφων ἀνίστασθαι· τοὺς μὲν δικαίους ἐν ἀδείᾳ καὶ ἀναπαύσει, καὶ πάσῃ ἐξουσίᾳ μένειν ἀφθάρτους διαιωνίζοντας, τοὺς δὲ ἁμαρτήσαντας αἰωνίως τιμωρουμένους, μὴ φθείρεσθαι, ἀλλὰ περιεῖναι ἐν τοῖς ἀφωρισμένοις τόποις, ἀσχάλλοντας, ἀμηχανοῦντας, ἀδημονοῦντας, ἀλγοῦντας, ὀλοφυρομένους, τρυχομένους, κωκύοντας, δακνομένους, τιλλομένους, ἀλαλάζοντας, ἀραττομένους, μηδὲν λοιπὸν δυναμένους, τὸν νῦν καιρὸν τῆς μετανοίας παρωσαμένους, τοῖς δεομένοις τὰ ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ σπλάγχνα ἀποκλείσαντας. *Ἀνίλεως γὰρ ἡ κρίσις τῷ μὴ ποιήσαντι ἔλεος*, φησὶν ἡ θεία φωνή· τοῖς δὲ καὶ σκότος ἐν ἐξωτέροις ἐλαύνων τόποις ἡ τοῦ κριτοῦ ἀπόφασις γίνεται, τοὺς αἰτίους μαστιγοῦσα καὶ ἐξελαύνουσα· ὡς ἡ κατ' Αἴγυπτον ἱστορία παιδεύει· μιᾶς μὲν γινομένης τῆς θείας ἀποφάσεως, καταλλήλως δὲ τῇ προαιρέσει τῶν ἀκουόντων ἁρμοττομένης· Αἰγυπτίους μὲν ἐν τῷ Φαραὼ τιμωροῦσα, Ἰσραηλίτας δὲ τῷ Μωσεῖ διασώζουσα. Τοῖς μὲν γὰρ φοινίξας τὸν Νεῖλον αἷμα ἀπέδειξε πρὸς τιμωρίαν δίψους, τοῖς δὲ ὕδωρ ἄϊκτον φύσιν ἐφύλαξε, τοῖς μὲν τὸ ἡμερινὸν φάος εἰς σκότος ψηλαφητὸν μετέστησε, τοῖς δὲ ἐπὶ τοῖς ὅροις τὸ φῶς διεφύλαξε· τοῖς μὲν τὸ Ἐρυθραῖον πέλαγος πρὸς διάβασιν διεχέρσωσε, τοῖς δὲ αὐτὸ ἐπισυνάψασα, οἴχεσθαι ὑποβρυχίους φθαρέντας κατέλιπε. Παραπλησίως καὶ ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίων καμίνου, μιᾶς ἐνεργούσης ἀποφάσεως, οἱ μὲν τρεῖς Ἑβραῖοι παῖδες οἱονεὶ ἐν μέσῃ δρόσῳ τῇ φλογὶ διέσκαιρον ὑμνοῦντες, οἱ δὲ τῇ ὑποβολῇ τῆς ὕλης ὑποτρέφοντες καὶ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἐννέα πήχεις κορυφοῦντες τὴν φλόγα, ὑπ' αὐτῆς θᾶττον μέχρι κόνεως κατεφλέχθησαν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν χέρσον ἴσμεν τῷ θείῳ πειθομένην προστάγματι, διασχοῦσαν τὸν Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν πρὸς τιμωρίαν ἐνυποδέξασθαι, τοὺς δ' ἀναιτίους φέρειν κατὰ φύσιν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ. Οὕτω δὲ καὶ τὸν δύστηνον Κάϊν, ταῖς ἀκοαῖς ἐμπεσοῦσα ἡ θεία ἀπόφασις, τιμωρεῖται λέγουσα,

pentis, venenum aspidum sub labiis eorum [48]. Assentitur et patri divinarum rerum peritus Salomon his verbis : *Vita enim et mors in manu linguæ* [49] : quasi pro manu sermonem, pro gladio dolum, homicidam in medium producat Deus, in eodem loco ac numero homicidam et dolosum ponit, quemadmodum et magni Davidis ore dixit : *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus* [50]. Quem vero censet abominandum Deus, is plane supplicio multandus est. Quemadmodum et ferrum abjectum, a rubigine exesum, et lignum aut vestis quæ abominanda sunt domino suo, a sordibus quibus scatent, absumuntur ; aut, quemadmodum domus, quod inquilino sit destituta particulatim destruitur. Pari ratione mihi videtur et mortalis, qui abominationi est Deo ex aversione divina malis oppressus quibus inquinatus est puniri, cum in eos sententia lata fuerit illa qui audient : *Discedite a me, maledicti, in ignem æternum* [51], qui pro meritis eorum quæ admiserint peccatorum plectentur. Tum vero alios quidem tanquam in paleas incidens carbo perpurgat et exurit in perpetuum, neque corrumpens, neque corrupta, propterea quod ex sepulcris nos incorruptibiles exsurgemus. Justi autem in securitate ac requie, omni libertate donati permanent in perpetuum immortales. Qui vero se peccatis obstrinxerunt, dum suppliciis puniuntur æternis, nec corrumpuntur nec intereunt, sed in designatis locis super sortes permanent, mœrentes, in angustias redacti, tristes, dolentes, lamentantes, excruciati, lugentes, afflicti, ululantes, vexati, nihil deinceps agere valentes, qui præsens pœnitentiæ tempus rejecerunt, qui pauperibus facultates suas, sibi vero divinæ misericordiæ viscera occluserunt. *Judicium enim sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam*, inquit divina vox [52] : alios autem et tenebræ in exterioribus vexant locis, ex sententia quæ reos flagellat et exagitat, prout historia de Ægyptiis nos edocet [53], dum una quidem fertur a Deo sententia, sed ad propositum tamen ac meritum eorum qui audiunt accommodatur. Nam Ægyptios quidem in Pharaone castigat, Israelitas autem Moysi conservat incolumes, siquidem illis Nilum rubro colore perfusum in sanguinem vertit, ut siti punirentur, his vero integram aquæ naturam illibatamque servavit ; illis quidem lucem divinam in tenebras mutavit palpabiles, his vero intra limites suos lucem conservavit ; illis Erythræum mare ut transiri posset, in continentem convertit, his vero rursus coalescens illud objecit, ut in illud ingressi fluctibus immersi perierint. Pari ratione in fornace quoque Babylonica [54] cum una sententia operaretur, tres quidem Hebræi pueri tanquam in medio rore in flamma tripudiabant, et hymnos canebant ; at qui eam materia injecta fovebant, et ad altitudinem quadraginta novem cubitorum evehebant, confestim ab ipsa combusti atque in cineres sunt

[48] Psal. CXXXIX, 4. [49] Prov. XVIII, 21. [50] Psal. V, 7. [51] Matth. XXV, 41. [52] Jac. II, 13. [53] Exod. VII, 20. [54] Dan. III, 20.

redacti. Eodem pacto scimus terram divino parentem mandato diductam et hiantem Dathan et Abiron in pœnam absorptos excepisse [55]; cæteros autem innoxios more solito eodem loco, eadem die atque eadem hora sustentasse. Sic et miserum Cain sententia divina in ejus insidens aures punivit dicens : *Gemens et tremens eris super terram* [56], et statim res ipsa verba secuta est, eumque instabili tremore ac lugubri gemitu ex intimo corde atque unguibus ducto primum homicidam in mundo fratrisque percussorem punivit, nec tamen e medio sustulit, quamvis mori percuperet, et exclamaret : *Et erit, omnis qui invenerit me, occidet me.* Cui respondens pronuntiavit Deus : *Non sic : etenim signum posui super te, ne occidat te omnis qui te invenerit.*

Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αὖθις ἡ πεῖρα τῷ λόγῳ ἐπηκολούθησε, τιμωροῦσα μὲν κλόνῳ ἀστάτῳ καὶ στεναγμῷ θρηνώδει ἐκ καρδίας καὶ ὀνύχων, ἀνασπῶσα τὸν πρῶτον ἐν κόσμῳ φονέα ἀδελφοκτόνον Καῒν, οὐκ ἀναιροῦσα δὲ τοῦτον θανεῖν ἱμειρόμενον, καὶ βοῶντα, *Ἔσται, πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με*· πρὸς ὃν τὸ Θεῖον ἀποφαίνεται. *Οὐχ οὕτως· σημεῖον γὰρ ἐθέμην ἐπὶ σοὶ, τοῦ μὴ ἀνελεῖν σε πάντα τὸν εὑρίσκοντα.*

Timeamus igitur vindicem illum ignem tormentorum, et vermem, et tenebras, quæ ne sanctis quidem parcunt, quorum fuerit vita in sæculo contaminata. Sic enim per Ezechielem inquit Deus : *Transite, et percutite, et a sanctis meis incipite* [57]. *Si ergo justus vix salvatur, impius et peccator ubi parebit* [58] ? inquit divinarum rerum peritus Salomon [59], ut ab incuria nos eximat. Ne igitur curam nostri abjiciamus baptismo freti; nec propter sacrorum participationem mysteriorum leviori nos supplicio tunc puniendos arbitremur. Nihil enim nobis illic ea proderunt, quæ hic contumeliose tractavimus, ac temere præter dignitatem participavimus. *Qui enim manducat et bibit indigne Dei Verbi potiones, in judicium sibi manducat et bibit*, inquit sublimis Apostolus [60] ; et idem rursus : *Circumcisio quidem proderit, si legem observes ; si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est* [61], qui minime pro dignitate ipsius vixeris. Idemque rursus : *Non auditores legis, sed factores legis a Deo justificabuntur* [62]. Omnibus igitur, qui eruditione aliqua vel leviter tincti sint, manifestum est a circumcisione baptismum tanquam a figura fuisse adumbratum, ac legis loco veneranda nobis fidelibus Evangelia tradita esse, quod confirmans in Evangeliis Dominus, ait : *Amen dico vobis, non omnes qui dicunt mihi : Domine, Domine, intrabunt in regnum cælorum, sed qui faciunt voluntatem meam. Multi enim mihi dicent in illa die : Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, et morbos sanavimus ? et dicam illis : Nescio vos ; discedite a me, maledicti, operarii iniquitatis, in ignem æternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* [63].

Δείσωμεν τοίνυν πῦρ κολαστήριον, καὶ σκώληκα, καὶ σκότος, μηδὲ τῶν ἁγίων φειδόμενον μολυνομένων τῷ βίῳ. Φησὶ γὰρ διὰ τοῦ Ἰεζεκιὴλ ὁ Θεὸς, *Διέλθετε καὶ κόψατε, καὶ ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἄρξασθε. Εἰ οὖν ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἁμαρτωλὸς καὶ ἀσεβὴς ποῦ φανεῖται;* φησὶν ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομὼν τῆς ἀμελείας διεγείρων ἡμᾶς. Μὴ οὖν σφῶν ἀμελήσωμεν τῷ βαπτίσματι ἐπερειδόμενοι καὶ τῇ μετοχῇ τῶν θείων μυστηρίων, κουφοτέραν ἡμῖν οἰόμενοι τὴν κόλασιν ἐπάγεσθαι τότε. Οὐ γάρ τι ὀνήσει ἡμᾶς ἐκεῖ, ἐνταῦθα ὑβριζόμενα καὶ ἀδεῶς παρ' ἀξίαν μετεχόμενα. *Ὁ γὰρ ἀναξίως ἐσθίων καὶ πίνων τῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου κραμάτων, εἰς κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει, καὶ πίνει*, φησὶν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος. Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, *Περιτομὴ μὲν ὠφελεῖ ἐὰν νόμον πράσσῃς, εἰ δὲ νόμου παραβάτης ᾖς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονε*, μὴ ἐπαξίως αὐτῆς βιώσαντι. Καὶ πάλιν ὁ αὐτός· *Οὐχ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται παρὰ τοῦ Θεοῦ.* Πᾶσι δὲ τοῖς ὁπωσοῦν παιδείας μετειληφόσι δῆλον, ἀντίτυπον τῆς περιτομῆς ὑπάρχειν τὸ σωτήριον βάπτισμα· ὁμοίως δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ νόμου, τὰ σεπτὰ Εὐαγγέλια δεδόσθαι ἡμῖν τοῖς πιστοῖς· ἅπερ βεβαιῶν ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις, φησίν· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐχὶ πάντες οἱ λέγοντές μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημά μου. Πολλοὶ γὰρ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε, οὐχὶ τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ νόσους ἐθεραπεύσαμεν; καὶ ἐρῶ αὐτοῖς, Οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, ἐργάται τῆς ἀνομίας, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.*

Pares autem Christiani etiam plurimi fidelium mihi videntur esse, inter quos plane sit etiam Judas apostolus, qui et signa fecit, et infirmos sanavit, priusquam adversus Christum universorum Deum furiose debaccharetur. Sed et Simon ille qui a Petro et Paulo pulsus fuit, et plurimi Galatarum, qui postquam signa et prodigia et sanationes edidissent, ac vaticinandi dona consecuti fuissent, rursus sub errorem sunt reversi, pristinæ improbitati adhærentes, quibus scribens eximius ille terræ

Τοιούτους δὲ Χριστιανοὺς καὶ τὸ πλῆθος τῶν πιστῶν μοι δοκεῖ ὑπάρχειν, ἐν οἷς εἴη πάντως καὶ Ἰούδας ὁ ἀπόστολος, σημεῖα πεποιηκὼς καὶ ἀσθενοῦντας ἀκεσάμενος, πρὸ τοῦ ἐμπαροινῆσαι τῷ Θεῷ τῶν ὅλων Χριστῷ. Ἀλλὰ καὶ Σίμων ὁ ὑπὸ Πέτρου καὶ Παύλου τυμπανισθεὶς, καὶ πλεῖστοι Γαλατῶν οἱ μετὰ τὸ σημεῖα καὶ τέρατα καὶ ἰάσεις ἐνεργῆσαι καὶ προφητείας χαρισμάτων ἀξιωθῆναι, πάλιν ὑπὸ τὴν πλάνην ὑπονοστήσαντες καὶ τῇ πρώτῃ κακίᾳ συνθέμενοι, οἷς ἐπιστέλλων ὁ ὑψηλὸς τῆς ὑφ' ἡλίου καθηγητὴς, φησίν,

[55] Num. xxvi, 9. [56] Gen. iv, 12. [57] Ezech. ix, 6. [58] I Pet. iv, 18. [59] Prov. xi, 31. [60] I Cor. xi, 29. [61] Rom. ii, 25. [62] ibid. 13. [63] Matth. vii, 20-22; Luc. xiii, 27.

Ὦ Γαλάται ἀνόητοι, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανεν; Καλῶς ἐτρέχετε, τίς ὑμᾶς ἐνέκοψε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; Τοὺς τοιούτους, καθὼς προέφην, δοκεῖ μοι μηδὲν ἀπώνασθαι τοῦ βαπτίσματος εἰ καὶ φήσοιεν Χριστῷ κρίνοντι, *Κύριε, ἐν τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις ἐποιήσαμεν, καὶ δαιμόνια ἐξεβάλλομεν, καὶ νοσοῦντας ἐθεραπεύσαμεν*· οἷς τὴν πληκτικὴν καὶ δριμεῖαν καὶ κωκυτῶν πλήρη ἔδωκεν ἀπόφασιν Χριστὸς, ὁ τῷ ἐλέει αὐτοῦ πάντας ἡμᾶς ἐκείνης ἀπάγων, ὑπὸ τῶν ἀμώμων ἁγίων αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἐκλιπαρούμενος. *Ἀσεβεῖς γὰρ ἐν κρίσει οὐκ ἀναστήσονται*, φησὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός. Συμφώνως δὲ τούτῳ ὁ ὑψηλὸς τῶν προφητῶν Ἡσαΐας φησὶν, *Ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν Κυρίου*. Ἅπερ βεβαιῶν ὁ ἱερὸς Παῦλός φησιν· *Ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται*, ἀλλὰ τὴν παντελῆ τοῦ Θεοῦ ἐγκατάλειψιν αὐτῶν καὶ ἀποστροφὴν, καὶ τὴν εἰς ἀπεράντους αἰῶνας τιμωρίαν. Ταὐτὸ δὲ καὶ οἱ προφῆται δηλοῦσιν, οὐκ εἰς κρίσιν παραστήσεσθαι ἀνισταμένους ἀσεβεῖς, ἀλλ' εἰς κατάκρισιν αὖθις ἀπαχθήσεσθαι ἅμα τῷ ἡγεμόνι αὐτῶν διαβόλῳ. Οὐδὲ γὰρ οἱ τήμερον νόμοι τὸν πρόδηλον φονέα, ἢ μοιχὸν τῆς εἱρκτῆς ἐκφωνήσαντες, μακρηγορίᾳ κρίνουσιν ἐν ὄψει τῆς φρικτῆς ὁμηγύρεως, ἐκείνην δι' ἐκείνου σωφρονίζοντες. Ἑνὸς γὰρ μέλους τεμνομένου, ἢ καιομένου ἐν τῷ σώματι, τὸ ὅλον τῷ μέρει συγκραδαίνεται καὶ συναλγεῖ· καὶ ἑνὸς πολλάκις οἰκέτου αἰκιζομένου, πᾶσα τῶν οἰκετῶν ἡ φάλαγξ πτήσσουσα διόρθωσιν κατὰ διάνοιαν ὑπισχνεῖται, καὶ μὴ ψαύειν τῶν ἀπηγορευμένων· δι' ὧν ἐκεῖνος τοῖς ἀλγεινοῖς περιερρώγει θεηλάτῳ ὀργῇ ἐπὶ τὴν δίκην ἑλκόμενος. Τοῦτό μοι νόει οἰκονομεῖσθαι παρὰ Θεῷ ἐν μυριάνδρῳ πόλει, μιᾶς τιμωρουμένης οἰκίας, τῶν ἡμαρτημένων τὴν δίκην ἐνταῦθα ὑπέχουσαν, πρὸς νῆψιν καὶ διόρθωσιν τῶν λοιπῶν συναστεΐτων καὶ πασῶν πόλεων. *Ἀσεβῶν γὰρ καταπιπτόντων, δίκαιοι ἔμφοβοι γίνονται*, φησὶν ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομών.

Καὶ ὅτι οὐδὲν ὀνήσει ἐπὶ τῆς ἀκλινοῦς καὶ ἀδεκάστου κρίσεως τὸ ἅγιον βάπτισμα, τοὺς ἐνταῦθα αὐτὸ πολιτείᾳ κακίστῃ καθυβρίζοντας, καὶ ἀναξίως τῆς ἐπωνυμίας Χριστοῦ διάγοντας, ἐκ τοῦ ὑψηλοῦ Ἀποστόλου, λευκοτέρως τῶν ῥηθέντων νῦν παιδευόμεθα, διαῤῥήδην βοῶντος· *Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσι χωρὶς οἰκτιρμῶν ἀποθνήσκει. Πόσῳ μᾶλλον χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος;* Καταπατεῖ δὲ τοῦ Θεοῦ Παῖδα Λόγον Θεὸν, ὁ τὰ μυστικὰ αὐτοῦ κράματα ἀδεῶς χερσὶ πλεονεκτούσαις καὶ κατὰ τοῦ πέλας ἐπαιρομέναις δεχόμενος, ἴσα κοινῷ ἄρτῳ καὶ οἴνῳ τιθέμενος ἃ ἐν τοῖς πιστοῖς διανοίας ὄμμασιν ἐνθεωρεῖται Θεός. *Ζῶν γὰρ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος μέχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος, ἁρμῶν τε*

totius subjectæ soli doctor inquit: *O stulti Galatæ, quis vos fascinavit* [64]? *Currebatis bene, quis vos impedivit, ne crederetis veritati* [65]? Tales, quemadmodum antea dixi, mihi videntur nihil ex baptismo utilitatis habituri, etiamsi Christo judici dicturi sint: *Domine, nonne tuo nomine prodigia fecimus, et dæmonia ejecimus, et infirmos sanavimus?* quibus letale et terribile, et luctus plenum responsum jam dedit Christus, a quo per misericordiam suam nos omnes vindicet, per inculpatos sanctos suos pro nobis exoratus. *Impii enim in judicio non resurgent*, inquit Davides divinorum carminum auctor [66]. Cum hoc autem consentiens eximius inter vates Isaias inquit: *Auferatur impius, ne videat gloriam Domini* [67]. Quæ confirmans divus Paulus, ait: *Quicunque absque lege peccaverunt, etiam absque lege peribunt* [68], videlicet penitus eos deserente Deo et aversante ipsos, et supplicio nullis sæculorum terminis finiendo afficiente. Idem et prophetæ indicant, ad judicium non sistendos resurgentes impios, sed ad condemnationem illico abducendos una cum principe suo diabolo. Neque enim hujus etiam vitæ leges manifestum homicidam vel adulterum, postquam ex carcere arcessitus est, longa oratione damnant in conspectu formidabilis cœtus, quem ejus exemplo castigant. Cum enim unum membrum resecatur, aut uritur in corpore, totum cum parte concutitur et condolet. Et aliquoties uno cæso flagris famulo, tota famulorum cohors extimescens, emendationem sibi pollicetur in animo, et quod tangere nolit res interdictas, propter quas ille tam tristibus flagris undique conscissus sit, divinitus immissa ira ad judicium pertractus. Tale quid scias geri a Deo in populosa civitate, cum una familia supplicio afficitur, quæ delictorum pœnam luit, ad castigationem et correctionem cæterorum civium et civitatum omnium. *Impiis enim cadentibus, timor incutitur justis*, inquit divinarum rerum peritus ille Salomon.

Quod autem nihil in inevitabili et incorrupto illo judicio profuturum sit sacrum baptisma iis, qui hic illud per pessimam vivendi rationem contumelia affecerunt, et indigne cognomine Christi vixerunt, de eximio Apostolo dilucidius, quam ex iis quæ dicta sunt hactenus, discimus, diserte clamante: *Qui aspernatus fuerit legem Mosis, per duos tresve testes convictus absque ulla misericordia moritur: multo magis pejore dignus habebitur supplicio, qui Filium Dei conculcaverit et sanguinem testamenti ceu rem profanam habuerit* [69]. Conculcat autem Dei Filium et Verbum Dei, qui mystica ejus pocula intrepide manibus rapacibus et adversus proximum elevatis sumit, veluti communem panem et vinum reputans, quæ in fidelibus mentis oculis sunt ipse Deus. *Vivus enim est sermo Dei, et efficax, et penetrantior quovis gladio utrinque incidente, et pertingens usque ad divisionem animæ et corporis, com-*

[64] Galat. III, 1. [65] Galat. V, 7. [66] Psal. I, 5. [67] Isa. XXVI, 10, sec. LXX. [68] Rom. II, 12. [69] Hebr. X, 28, 29.

pagumque et medullarum, et discretor cogitationum et mentis conceptorum[70], quemadmodum ipse per Paulum inquit. Nam neutro modo perit, etiamsi partim clavis configatur, partim fluat. Nec item absumitur, cum perinde ut aer ab omnibus percipiatur, et nihilominus maneat Deus idem, haud imminutus. Verba autem Pauli Dominus obsignans, et pari cum incredulis supplicio afficiendos ostendens, qui nomine quidem Christiani, re vero mali sunt, et per temulentiam negligunt salutem suam, inquit in Evangelio : *Si dixerit in corde suo servus ille : Cunctatur dominus meus venire, simulque cœperit percutere conservos, et edere atque bibere cum conservis ebriis : Amen dico vobis, veniet dominus servi illius die quo non exspectat, et hora qua ignorat, et dissecabit eum, et ponet partem ipsius cum incredulis*[71]. Dissecari servum non corporaliter intelligamus, (nam imperitum hoc foret ac ridiculum) sed per spoliationem spiritualium donorum et baptismatis, et erga ipsum libertatis, dissecari a Domino damnandos intelligamus. Non enim fieri potest, ut qui Christo adhærent, ac veluti milites illius obsignati signaculo sunt et zona militiæ ipsius cincti, puniantur, nisi prius illis spoliati sint. Quemadmodum et præsentes hodie leges docent, reos milites non prius affici debere supplicio, quam illis zona sit adempta : quo significatur, symbolo militiæ ipsis ablato, more privatorum a carnifice puniri posse. Evidentiore vero similitudine utens, quid hæc divina dissectio sit, ostendam. Nam qui sublime solium Christi administrant pontifices, si in aliquo lapsu sit consecratorum quispiam in ipsorum cœtu, non prius ipsum pœnis subjiciunt, quam divinis a sacris eum removerint, et illorum privatus sit symbolis. Eo pacto spoliatum pro uno ex laicis habent. Per quam ademptionem indicatur dissectio de qua dictum est, et per connumerationem ejus cum gregariis et vilibus, portio cum incredulis declaratur. Id quod et Davides carminum ille divinorum auctor longe ante innuit, ita testificans : *Vota facite, et reddite Domino Deo vestro ; omnes in circuitu ejus dona afferant terribili et auferenti spiritus magnatum*[72].

Nolim vero quisquam arbitretur de animarum ablatione carmen illud accipiendum esse. Non enim gubernantium modo, sed et eorum qui gubernantur, et dominorum, et servorum, plane ipse indit et aufert animales spiritus. Nimirum dicitur de anima, imo de spiritualibus donis, et de baptismate. Magnates vero mihi videntur esse ac domini infidelium fideles, a Dei Verbo quod erat in principio, id consecuti, ut dominentur etiam ipsis dæmonibus. Nihil enim isti ab illis habebunt discriminis, eodem consensu adversantes Deo et Christianos oppugnantes. Quos ut imperio premant et proculcent, divinus ille Davides multo ante pre-

καὶ μυελῶν, καὶ διακριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν· καθὼς αὐτὸς διὰ Παύλου φησίν. Οὐθετέρου γὰρ ἐξεκρούσθη· τοῦ μὲν καθηλουμένου, τοῦ δὲ ῥέοντος, οὐδ᾽ αὖ πάλιν δαπανᾶται, κατὰ τὸν ἀέρα ὑπὸ πάντων μετεχόμενος, καὶ μένων ὁ αὐτὸς ἀμείωτος Θεός. Τὰ δὲ Παύλου ἐπισφραγίζων, καὶ ἴσα τῶν ἀπίστων δεικνὺς τιμωρήσασθαι τοὺς κλήσει μὲν Χριστιανοὺς, ἔργῳ δὲ πονηροὺς, καὶ παροινίᾳ τῆς σφῶν ἀμελούντων σωτηρίας. Ἐν Εὐαγγελίοις φησίν· *Ἐὰν δὲ εἴπῃ ἐν ἑαυτῷ ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, Χρονίζει ὁ κύριός μου τοῦ ἐλθεῖν, καὶ ἄρξεται τύπτειν τοὺς συνδούλους, ἐσθίειν τε καὶ πίνειν μετὰ τῶν συνδούλων μεθυόντων· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἥξει κύριος τοῦ δούλου ἐκείνου, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ θήσει τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων.* Διχοτομεῖσθαι τὸν οἰκέτην μὴ σωματικῶς νοήσωμεν (ἀμαθίας γὰρ τοῦτο καὶ γέλωτος), ἀλλὰ τῇ ἀφαιρέσει τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων καὶ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν παῤῥησίας, διχοτομεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου τοὺς κριθησομένους ἡμᾶς νοήσωμεν. Οὐ γὰρ οἷόν τε τοὺς Χριστῷ συνθεμένους καὶ οἷον στρατιώτας κατασημανθέντας τῇ ἐκείνου σφραγῖδι, καὶ τῇ ζώνῃ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς διειλημμένους τιμωρεῖσθαι, μὴ πρότερον ἐκείνων ἀποῤῥαγέντας, καθὼς καὶ οἱ τήμερον νόμοι παιδεύουσι τοὺς αἰτίους τῶν στρατιωτῶν μὴ πρότερον τιμωρεῖσθαι, πρὶν τῆς ζώνης ἀποῤῥαγῆναι, τῆς συμβόλου τῆς στρατιᾶς, καὶ τῇ ἐκείνης ἀφαιρέσει ἴσα τῶν ἰδιωτῶν καταξαίνεσθαι τῷ δημίῳ. Ἐναργεστέρᾳ δ᾽ εἰκόνι χρησάμενος παραστήσω τὴν θείαν διχοτομίαν. Οἱ γὰρ τὸν ὑψηλὸν τοῦ Χριστοῦ διέποντες θρόνον ἀρχιερεῖς, τοῦ θιάσου ἐν ὀλίσθῳ τινὸς τῶν ἱερωμένων γενομένου, οὐ πρότερον αὐτὸν εἰς τὰς δίκας διδόασι, πρὶν τῆς θείας ἀποῤῥῆξαι τελετῆς, τὰ ἐκείνης ἀφαιρούμενον σύμβολα· καὶ οὕτως καθαιρεθέντα ἕνα τῶν λαϊκῶν ἡγεῖσθαι. Δι᾽ ὧν τῆς ἀφαιρέσεως δηλοῦται ἡ ῥηθεῖσα διχοτομία, καὶ τῇ συγκαταλέξει τοῦ ἀγελαίου ἡ μετὰ τῶν ἀπίστων μερίς. Ὅπερ καὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς προῃνίξατο, διαμαρτυρόμενος οὕτως, *Εὔξασθε, καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν* (94)· *πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ οἴσουσι δῶρα τῷ φοβερῷ καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων.*

Μηδεὶς δὲ οἰέσθω περὶ ψυχῶν ἀφαιρέσεως ἔχειν τὴν μελῳδίαν (οὐκ ἀρχόντων γὰρ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀρχομένων καὶ δεσποτῶν καὶ οἰκετῶν, πάντως αὐτὸς ἐντίθησι καὶ ἀφαιρεῖται τὰ ψυχικὰ πνεύματα), ἀλλὰ πάντως περὶ τῶν ψυχικῶν, μᾶλλον καὶ πνευματικῶν χαρισμάτων καὶ τοῦ βαπτίσματος. Ἄρχοντες δέ μοι δοκοῦσι καὶ κύριοι τῶν ἀπίστων οἱ πιστοὶ, παρὰ τοῦ ἐν ἀρχῇ Λόγου Θεοῦ τὸ ἄρχειν κατ᾽ αὐτῶν καὶ δαιμόνων (95). Οὐδὲν γὰρ οὗτοι ἐκείνων διοίσουσιν, ὁμογνώμως Θεῷ ἀντικείμενοι καὶ Χριστιανοῖς πολεμοῦντες. Οἷς τὸ ἄρχειν καὶ πατεῖν αὐτοὺς ὁ θεοφόρος Δαβὶδ προεπευχόμενος ἀξιοῖ τὸ Θεῖον οὕτως· *Καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.*

[70] Hebr. IV, 12. [71] Luc. XII, 45, 46. [72] Psal. LXXV, 12, 13.

(94) *Τῷ Θ. ὑμῶν.* LXX ἡμῶν. Sed Vulg. *vestro*, quæ tamen subdit *affertis*.

(95) *Δαιμόνων.* Deest hic verbum δεξάμενοι aut εἰληφότες, vel quid simile.

Μνησθήσομαι τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Ἐπακούσας δὲ τοῦ προφήτου ὁ Θεὸς καὶ Λόγος, ἐξ ἐκείνων ἀνδρωθεὶς καὶ ἐκείνων κόσμῳ ἐπεφοίτησε· καὶ θεηγορῶν ἐν Εὐαγγελίοις φησὶ πρὸς ἡμᾶς, *Θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον,* καὶ, *Ἰδοὺ, δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ·* ἥτις ὑπάρχει πᾶσα αἵρεσις (96). Ἐν πάσῃ δὲ γενεᾷ καὶ γενεᾷ μνημονεύομεν τοῦ ὀνόματος Χριστοῦ ἄρχοντες τῶν ἐναντίων καὶ κύριοι ὑπ' ἐκείνου καταστάντες διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τοῦ ἐν αὐτῷ δοθέντος ἡμῖν ἁγίου Πνεύματος. Ἅπερ ἐναρέτως βιοῦντες γεραίρειν σπουδάσωμεν, μηδένα σπίλον ἢ μῶμον αὐτοῖς ἐξ ἀκαθάρτου πολιτείας προστρίβοντες, μήποτε κρίνων Ἰησοῦς διχοτομήσῃ ἡμᾶς, καὶ μετὰ τῶν ἀρχομένων ἀπίστων συναπολέσῃ, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ἀποῤῥήξας τοῦ πνευματικοῦ χαρίσματος καὶ βαπτίσματος. Οὐχ ὥς τινι δὲ τῶν μυθολόγων ἔδοξεν (96*), ἀκοὰς μὲν θέλγοντι, ψυχὰς δὲ οὐ τρέφοντι, πέρας ἕξει ἡ τῶν ἁμαρτωλῶν τιμωρία ἐκ τοῦ αἰώνιον μόνον φῆσαι τὸν Κύριον τὸ κολαστήριον πῦρ, καὶ οὐκ αἰώνιον αἰώνων. Οὐκ ἐπειδὴ γὰρ ὁ προφήτης φησὶν, *Εἰς τὸν αἰῶνα, Κύριε, ὁ Λόγος σου διαμένει ἐν τῷ οὐρανῷ,* παρὰ τοῦτο μέχρι τινὸς τὸν Θεὸν καὶ Λόγον ἐν τῷ οὐρανῷ ὑπάρχειν νοήσωμεν, μετὰ δὲ τὸν αἰῶνα ἐκφοιτᾷν τῶν οὐρανῶν. Καὶ πάλιν ὁ αὐτός φησι, *Καὶ ἡ ἀλήθεια Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.* Ἆρ' οὖν μετά τινα χρονικὴν πάροδον οὐκ ἔσται ἀληθινὸς ὁ Κύριος, κατὰ τὴν παροινίαν τοῦ τῆς ὀργῆς ἐπωνύμου; Αὐτὸς δ' ἐν Εὐαγγελίοις ὁ κριτής φησι τοῖς θείοις αὐτοῦ ἀποστόλοις, *Καὶ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.* Ἆρ' οὖν ἕως χρόνου συνέσεσθαι αὐτὸν τοῖς ἁγίοις ὑπονοήσωμεν, ἢ μᾶλλον ἀϊδίως καὶ ἀπεράντως; Πῶς δὲ οὐκ ἐσχάτης ὑπάρχει φρενητείας, πέρας τοῦ αἰῶνος ὑποτίθεσθαι, καὶ μέχρις ἐκείνου τιμωρηθέντα τὸν διάβολον ἅμα τῶν προσαπελασθέντων μοχθηρῶν ἀνθρώπων, ἐλευθεροῦσθαι τῶν ἀλγεινῶν μηκέτι κολαζομένους; Τὸ ἐξ ἀντιθέτου γὰρ πάντως δικαίοις συμβήσεται, μέχρι τινὸς αἰῶνος μακαρίως βιώσασι, καὶ ἐν ἀδείᾳ πάλιν θνήσκειν ἢ τι ὑπομένειν, περαιουμένου τοῦ κατ' αὐτοὺς αἰῶνος. Τοὺς μὲν γὰρ εἰς ζωὴν αἰώνιον, τοὺς δὲ εἰς κόλασιν αἰώνιον πορεύεσθαι ὁ κριτὴς ἀπεφήνατο. Ἀνάγκη οὖν περαιουμένης ἐκείνων τῆς κολάσεως περαιοῦσθαι καὶ τούτων τὴν ζωὴν, καθώς φασιν οἱ τῆς ὄντως ἐστερημένοι ζωῆς, τῶν ἐγκρατῶν τὰς χεῖρας ἐκλύοντες, εἰς πέρας κολάσεως αὐτοὺς μετεωρίζοντες.

cibus a Deo verbis hisce contendit : *Constitues ipsos principes super universam terram. Memor ero nominis tui in omni generatione et generatione* [73]. Exaudito autem vate, Deus Verbum deinceps homo factus vati similis in mundum venit, et sancte prædicans in Evangelio inquit ad nos : *Confidite, ego sum qui vici mundum* [74]. Item, *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem potestatem inimici* [75]; quæ quidem est omnis hæresis. In omni generatione et generatione memores sumus nominis Christi, principes adversariorum et Domini ab illo constituti per baptismum, et per Spiritum sanctum in baptismo nobis datum : quæ quidem duo, virtutis ex præscripto vivendo, honorare studeamus, nulla labe vel macula per impuram vivendi rationem ipsa aspergentes, ne quando judicans nos Jesus dissecet, et cum subjectis incredulis perdat æterno igni, ablato spirituali dono et baptismate. Non ut cuidam vano nugatori videtur, aures quidem mulcenti, sed non nutrienti animas, quod finem sit habiturum peccatorum supplicium, propterea quod simpliciter tantum æternum dixerit Dominus ignem supplicii, non æternum in æternitates. Non enim propterea quod inquit vates, *In æternum, Domine, Verbum tuum permanet in cœlo* [76] : ideo aliquousque Deum et Verbum in cœlo esse intelligamus, post sæculum autem cœlis egredi. Et iterum inquit idem : *Veritas Domini manet in æternum* [77]. Num igitur post aliquem temporis progressum non erit verax Dominus, secundum dementiam ejus, qui ab ira cognominatus est? Etiam ipse in Evangelio inquit ad sanctos suos apostolos : *Equidem vobiscum sum usque ad consummationem sæculi* [78]. Num igitur ad tempus modo cum suis sanctis ipsum fore suspicabimur? an potius æternum et absque fine? Quomodo vero non est extremæ insaniæ, terminum æternitatis constituere, et eo usque pœnis excruciatum diabolum una cum adjunctis sibi flagitiosis hominibus dicere deinceps a cruciatibus liberandum, nec amplius puniendum? Contrarium enim prorsus eveniet justis, postquam ad aliquod sæculum beate vixerint, ut in securitate rursus moriantur, vel aliquid patiantur, nempe peracto suo sæculo ; nam hos quidem in vitam æternam, illos autem ad æternum supplicium abituros judex pronuntiat. Necesse igitur est, ut peracto illorum supplicio, terminetur et horum vita, quemadmodum volunt homines vera vita privati, qui manus vinctorum solvunt, ac futurum supplicii finem prædicando animos eorum effecerunt.

Πολὺ δὲ τῶν περὶ τῆς γλώττης προκειμένων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου ἀποφοιτήσαντες, πάλιν ἐπ' αὐτὴν ὠκυποδήσωμεν. Ὤτων γὰρ καὶ γλωττῶν μέγας ὁ κίνδυνος. Διὸ καὶ ταύτην ὑπὸ δύο χειλέων φρουρεῖ-

Verum ab iis quæ orationi nostræ proposita erant, impetu quasi quodam sermonis nos abripiente digressi, ad eamdem celeri cursu redeamus. Aurium videlicet linguarumque magnum periculum

[73] Psal. XLIV, 17, 18. [74] Joan. XVI, 33. [75] Luc. X, 19. [76] Psal. CXVIII, 89. [77] Psal. CXVI, 2. [78] Matth. XXVIII, 20.

(96) *Αἵρεσις.* In vulgatis αἴνεσις, quæ sane lectio contextui repugnat. Emendatio debetur Cotel., *Mon.Eccl. Gr.* tom. II, p. 542.

(96*) *Ὥς τινι τῶν μυθολόγων ἔδοξεν.* Auctor hic Origenem carpit : quem paulo post manifestius indicat inquiens, τοῦ τῆς ὀργῆς ἐπωνύμου : ab ὀργῆς nimirum Ὠριγένης deducens. EDIT. PARIS.

est. Quapropter et linguam sub duobus labiis custodiri Deus sapienter instituit, intra dentium firmamentum ipsam constringens, ut tam accurata adhibita custodia a facili motu cohiberetur. Nam cum in humido sita sit, aliquando quidem maledicendo fœtorem movet, aliquando vero benedicendo scaturit hymnorum concentum offerens Deo. Cum Davide igitur canere debemus : *Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium munitum circum labia mea* [79]. Quippe cum tenera sit et volubilis, faciles habet in voce deflexiones, ab omni voce ipsa differens. Garrula enim est hirundo, et perpetuum strepit. Dulce vero quiddam turtur sonat, et solitudinis est amans. Cicada sonum exilem, veluti per fistulam edit; clangit voce grus, columba murmurat, ursa suspirat et vocem mollem habet; mugiens taurus instar tubæ; leo rugitu suo solitudinem concutit; allicit ad se vitulum mugiens juvenca; crocitantes clamores corvi populum perturbantes emittunt; carmen luctuosum bubonis est, nuptiale vero tibia sonat, mortiferum tuba, saltatorium lyra, tripudiatorium tympanum. Omnia vero in universum a dulcisona hominum voce superantur. Ubi enim in ipsis est nostræ linguæ significantia, vel perspicuitas, vel accuratus ille sonus, vel concinnitas, vel suavitas? Hirundines columbarum murmur gemebundum non intelligunt, neque grues anserum, neque noctua seleucidis, aut alcyonis, aut pavonis; neque reliqua animantia bruta voces alienigenas norunt, sed neque nos illas interpretari vel declarare possumus. Quis enim sciet quid leo significet rugiens, quid idem taurus mugiens, quid vero balantes inter hœdos oves? Omnia vero hominum facundiæ cognoscunt significantiam. Vocantibus enim pastoribus accedunt oves, minantibus autem rursus secedunt. Caprario clangente, hirci a frugibus resiliunt, et ex arvis declinant; similiter equus et mulus et asellus, quando ad dextram quidem, aut quando ad sinistram eundum est, humana lingua instruuntur. Canes autem ad latratum prosilientes, si inclamet herus, extimescunt, et illico ad quiescendum sedantur. Considera vero mihi et suem errantem, ac voce pastoris ab errore recurrentem. Aliquoties etiam canis capreæ insistens cursu, postquam longius a venatore recesserit, si fistulæ sibilum eminus audiverit, latratu vicissim respondet, invocans auxilium ejus a quo fuit emissus. Aspice vero et columbarum convolatus, quomodo fistulæ sibilo audito ejus qui eas possidet, instar nubis ad columbarias turres devolent. Omne item instrumentum musicum ad linguæ nostræ sonos percussione manus aptatur. Estque vere admirabile, quomodo cum tam parva sit atque tenera, duplicem tamen facultatem habeat, gustandi nimirum habitu, et discernendi tum natura tum disciplina, idque per sapientiam ejus qui ipsam creavit, ad omnem sufficiens sermonis motum et gustum. Qui vero per eam non peccat, *is vir*

[79] Psal. CXL, 3.

σθαι τὸ Θεῖον ἐσοφίσατο· ἐνδοτέρω τοῦ τῶν ὀδόντων ἐρείσματος αὐτὴν ἐναποθήσας, ἵν' ἀσφαλοῦς τοῦ φρουρίου τυγχάνοντος τῆς εὐκολίας σωφρονίζηται. Ἐν ὑγρῷ γὰρ κειμένη, ποτὲ μὲν λοιδοροῦσα κινεῖ δυσωδίαν, ποτὲ δὲ εὐλογοῦσα, πηγάζει ὑμνῳδίαν Θεῷ ἀναφέρουσα. Κατὰ Δαβὶδ τοίνυν τὸν θεσπέσιον ᾄδειν ὀφείλομεν, *Θοῦ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου*· ἁπαλὴ γὰρ οὖσα καὶ εὔστροφος ῥᾴους ἔχει τὰς ἐκτροπὰς τῇ φωνῇ, πάσης φωνῆς διαφέρουσα. Λάλος μὲν γὰρ ἡ χελιδὼν καὶ ἀείφθογγος, γλυκόφωνος δὲ ἡ τρυγὼν καὶ φιλέρημος, ὁ τέττιξ συριγγόφωνος βραχὺς, κλαγγόφωνος ὁ γέρανος, ἡ περιστερὰ γογγύστρια, ἡ ἄρκτος στεναρὰ ἐκδεδυκῶσα καὶ ὕπουλος· μυκαρὸς ὁ ταῦρος κατὰ σάλπιγγα· ὁ λέων βρυκτικὸς διασείων τὴν ἔρημον· ἕλκει πρὸς ἑαυτὴν τὸν μόσχον μυκωμένη δάμαλις· κραυγὰς οἱ κόρακες δημοθορύβους ἀφιᾶσιν· μέλος γοερὸν τῷ νυκτικόρακι πέφυκεν· γαμικὸν δὲ ἠχεῖ ὁ αὐλὸς, φονικὸν ἡ σάλπιγξ, ὀρχηστικὸν ἡ πήκτις, χορευτικὸν δὲ καὶ τὸ τύμπανον. Πάντα δὲ ὁμοῦ τῆς βροτῶν ἡδυφωνίας λείπεται. Ποῦ γὰρ ἐν αὐτοῖς τῆς ἡμετέρας γλώττης τὸ εὔσημον, ἢ τρανὸν, ἢ εὐμελὲς, ἢ εὔρυθμον καὶ ἥδυτατον; Αἱ χελιδόνες τῶν περιστερῶν τὸν γογγυσμὸν οὐκ ἴσασιν, οὐδὲ γέρανοι τῶν χηνῶν, οὐδὲ γλαύκη τῆς σελευκίδος, ἢ ἀλκύονος ἢ ταῶνος, οὐδὲ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων τὰς ἀλλογενεῖς φωνὰς ἐπίστανται, ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ἐκείνας ἑρμηνεύειν ἢ σαφηνίζειν πεφύκαμεν. Τίς γὰρ εἴσεται τί μὲν ὁ λέων σημαίνει βρυχώμενος, τί δὲ ὁ ταῦρος μυκώμενος; τί δὲ βληχόμενα μεταξὺ τῶν ἐρίφων τὰ πρόβατα; Πάντα δὲ τῆς βροτῶν εὐγλωττίας ἐπιγινώσκει τὸ εὔσημον. Καλούντων γὰρ τῶν ποιμένων, ἐγγίζει τὰ πρόβατα, ἀπειλούντων δὲ, αὖθις ὑποχωρεῖ. Τοῦ αἰπόλου ἐπικλαγγάζοντος οἱ τράγοι τῶν καρπῶν ἀφαλῶνται, καὶ τῶν ἀρουρῶν ἐκκλίνουσιν. Ὡσαύτως δὲ ἵππος καὶ ἡμίονος καὶ βοῦς καὶ ὑποζύγιον, πότε μὲν δεξιὰ, πότε δὲ εὐώνυμα ὀφείλει πορεύεσθαι, τῇ βροτῶν γλώττῃ παιδεύεται. Κύνες δὲ πρὸς ὑλακὴν ἐξαλλόμενοι τῇ ἐπακοῇ τοῦ ἠχοῦντος πτήσαντες, θᾶττον πρὸς ἠρεμίαν κομίζονται. Θέα δέ μοι καὶ σῦν πλανωμένην, τῇ δὲ φωνῇ τοῦ νέμοντος τῆς πλάνης ἐπαναθέουσαν. Κύων δὲ πολλάκις δορκάδι ἐπιθέων καὶ πόῤῥω τοῦ θηρολέκτου συναπεφοίτησε· τὸν δὲ συριγμὸν ἐπακούσας, ὑλακῇ ἀνταπεκρίνατο, ἐπιβοώμενος βοήθειαν παρὰ τοῦ ἐπαποστείλαντος. Ἄθρει δὴ καὶ τῶν περιστερῶν τὰ συμπτήματα, πῶς τοῦ συριγμοῦ ἐπαΐουσαι τοῦ ἠχοῦντος νεφηδὸν ἐπὶ τὰς βάῤῥεις καθίπτανται. Πᾶν δὲ μουσικὸν ὄργανον πρὸς τὰ τῆς γλώττης ἡμῶν ἀπηχήματα τῇ πληγῇ τῆς χειρὸς εὐθύνεται. Καὶ ὄντως θαυμαστὸν, πῶς ἡ βραχεῖα καὶ ἁπαλὴ διττῆς ἐνεργείας ὑπάρχει, γευστικὴ ἕξεως καὶ διακριτικὴ φύσεώς τε καὶ παιδείας, τῇ σοφίᾳ τοῦ δημιουργήσαντος, πρὸς πᾶσαν ἀρκοῦσα λόγου κίνησίν τε καὶ γεῦσιν. Ὁ δὲ ἐν αὐτῇ μὴ ἁμαρτάνων, *οὗτος ἀνὴρ μέγας, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα*, φησὶν ἐπιστέλλων τῇ ὑφ' ἡλίῳ ὁ θεῖος Ἰάκωβος. Ὀδόντες καὶ ὁμοῦ συνεργοῦντες ἐκείνῃ πρὸς

διάλεκτον, ἰσχυρὰν αὐτῇ παρεχόμενοι πρὸς τὸν λόγον τὴν ἀντίῤῥησιν, οἱονεὶ πλήκτρου χορδαῖς κιννύρης προσκρουομένης αὐτῆς. Ὁμοῦ δὲ καὶ τροφῆς ὑπηρέται πεφύκασιν, οἱ μὲν τέμνοντες, οἱ δὲ λεπτύνοντες. Τομῆς μὲν οἱ ἔμπροσθεν, μύλοι δὲ οἱ ἐνδότεροι, διὰ τὸ ἀπολεπτύνειν καὶ λεαίνειν τὰ προσαγόμενα καταλλήλως καλούμενοι. Ἡ δὲ ῥὶς ταῖς παρειαῖς μεσιτεύουσα, ἐφέλκεται μὲν καὶ ἀντιδίδωσι τὸν ἀέρα, ἐξοχετεύουσα καὶ τὸν ἐκ τῶν κρανίων ἰχῶρα, τὸ εὐῶδες ἐπισπωμένη, τὸ δ' ἐναντίον μυσαττομένη· ἰούλοις δὲ τὰς παρειὰς σκιάζουσα, ἡνίκα τὴν μειρακοειδῆ καὶ ἄστατον ἡλικίαν τῇ καθεστώσῃ ἀμείψωμεν, τὰ πρὸς τὸ ζῆν περισκοποῦντες· δηλούσης, οἶμαι, τῆς φύσεως μέχρι τότε μόνον αὐξάνεσθαι, καὶ τῶν πόνων ἐκεῖθεν ἅπτεσθαι.

magnus est, qui potest quasi freno cohibere etiam totum corpus [80], inquit scribens ad quoslibet sub sole divus ille Jacobus. Dentes quidem una cum illa cooperantur ad sermonis scitam pronuntiationem, firmam illi præbentes ad sermonem exprimendum repercussionem, veluti si plectrum chordis citharæ allidatur. Simul autem et cibi ministri sunt; alii quidem incidentes, alii vero attenuantes. Atque incisionis quidem priores sunt, molares autem interiores, sic appellati apto vocabulo, quod extenuent et comminuant ingesta. Nasus autem inter genas medium tenens, attrahit et reddit aera, derivans ex capite liquorem, et bonum quidem odorem attrahens, contrarium autem rejiciens. Prima vero barba genas tegit, quando puerilem et infirmam ætatem cum robusta permutamus, ad ea quæ ad vitæ necessitatem pertinent, animum adjicientes, innuente (ut arbitror) natura, eo tantum usque hominem crescere, et inde labores capessere.

Εὔκαιρον τοίνυν συμμελῳδεῖν ἡμᾶς τῷ Δαβὶδ, *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας*· ἐν οὕτω βραχείᾳ τῇ κεφαλῇ πάσας ἡμῖν τὰς τιμιωτέρας αἰσθήσεις ἐνθέμενος, ὅρασιν, ἀκοὴν, γεῦσιν, ὄσφρησιν, ἐγγὺς ἀλλήλων ὁμόρους δομήσας, μηδετέρας αὐτῶν ἐπισκοτούσας τῇ ἐνεργείᾳ τῆς γείτονος. Οὐδ' αὖ πάλιν πρὸς ταύταις ἡμῖν ὑπάρχουσι, πλὴν τῆς διὰ τῶν χειρῶν ἁφῆς. Εὐ . . . . . ρος ὁ αὐχὴν καὶ σύμμετρος, ἀλλὰ δι' αὐτὸν οὐρανόπτης ὁ ἄνθρωπος· ἡ εἰκὼν ὁ ὀρθὸς πρόσωπος· οἷον στύλῳ κεφαλῇ ἐπερηρεισμένη· κεφαλὴ καταλλήλως τῇ συνεργείᾳ τοῦ αὐχένος κλινομένη καὶ ἀνανεύουσα. Πέντε δεξιᾷ χειρὶ, τοσοῦτοι δὲ καὶ τῇ λαιᾷ ὑπάρχοντες δάκτυλοι· ἐν αὐτοῖς δὲ τὴν χέρσον τέμνομεν, τὰ ὄρη μεταλλεύομεν, τὰς κρήνας ἀντλοῦμεν, ποταμοὺς μεταρυθμίζομεν. Δι' αὐτῶν καλωδίοις καὶ ξύλοις ποντοποροῦμεν τὴν ἄβυσσον, καταλλήλως τοῦ πνεύματος τὰ ἱστία τῆς νηὸς ἀνέλκομεν, καὶ τοὺς οἴακας ἰθύνομεν, θῆρας ἀνημέρους ζωγροῦμεν καὶ τιθασσεύομεν, κήτη σαγηνεύομεν βουνοῖς καὶ ὄρεσι μεγέθει παραπλήσια, καὶ ὄψει φοβερά· τὸν ἀέρα τρυγῶμεν, τοῖς καλάμοις τοῦ ἰξοῦ τὰ ἀερόβια χειρούμενοι. Τὸ δὲ πῦρ οὕτως μὲν σφοδρὸν τὴν ὁρμὴν, φοβερὸν δὲ τὴν ἁφὴν, λυμαντικόν τε καὶ βίαιον τὴν κίνησιν τῷ ἡμετέρῳ σκοπῷ ὑπουργεῖν βιαζόμεθα, καὶ τῇ ἑκάστου γνώμῃ συμμεταβάλλεσθαι. Ἐν αὐτοῖς δὲ καὶ πόλεις ἐγείρομεν, καὶ ἐπάλξεσι καὶ τειχίοις περιβάλλομεν, σφενδόναις καὶ τόξοις καὶ ἑτέροις ἀμυντηρίοις αὐτὰς καθοπλίζοντες. Βραχὺ μὲν καὶ περιφερὲς καὶ ἀδιάρθρωτον τὸ τῆς καρδίας ὑπάρχει ὄργανον· ἐν αὐτῷ δὲ καὶ τῷ ἐγκεφάλῳ, περὶ Θεοῦ, ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων, οὐρανοῦ, γῆς, θαλάττης καὶ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως βουλευόμεθα· οἱονεὶ ταμείου ἢ φρουρίου ὑπάρχοντος τῆς ζωτικῆς ἐν ἡμῖν αἰτίας καὶ ῥώμης τοῦ περικαρδίου πνεύματος. Ἐπεὶ οὖν κρήνην τινὰ καὶ ἀρχὴν τῆς ἡμετέρας ζωῆς μετὰ Θεὸν τὴν καρδίαν ἡμῖν ἔδοξεν ὑπάρχειν, ἀφ' ἧς αὐλοειδεῖς πόροι πολυειδῶς, ἕτερος δι' ἑτέρου διαφυόμενοι ὅλῳ τῷ σώματι, τὸ θερμὸν καὶ πυρῶδες διαχέουσι πνεῦμα· ἐπειδὴ πάντως καὶ τροφήν ἔδει τινὰ τῷ θερμῷ συμ-

Tempestivum proinde, ut cum Davide canamus: *Quam valde magnifica sunt opera tua! omnia in sapientia fecisti* [81]: in capite usque adeo parvo omnes præstantiores sensus nostros collocans, visum, auditum, gustum, olfactum, prope inter se confines ædificans, utque neuter illorum operatione sua vicino sibi officiat. Neque item præter hos alii nobis sunt, præter tactum manus. Agilis cervix est et proportione congruens, per quam et cœlum versus spectat homo, imago illa erectæ faciei, veluti columnæ innitente capite, quod conveniente quadam ratione per cooperationem cervicis sese vel demittit, vel sursum levat. Quinque dexteræ manui totidemque sinistræ digiti sunt, quibus et terram secamus, e montibus metalla effodimus, fontes haurimus, flumina dirigimus. Per ipsos funibus et lignis navigamus abyssum, ex opposito flatus vela navis subducimus et gubernaculum dirigimus. Indomitas feras capimus vivas et cicuramus, cetos ipsos capimus, colles et montes magnitudine æquantes, et aspectu terribiles. Aera per eosdem quasi vindemiamus, calamis visci viventes in aere volucres capientes. Ignem etiam adeo vehementem impetu, terribilem tactu, populabundum et violentum motu, nostro proposito servire cogimus, et ad uniuscujusque voluntatem se accommodare. Per hos et civitates exstruimus, et propugnaculis murisque communimus, fundis et arcubus et aliis ad defendendum idoneis armis instruimus. Parvum quidem, et rotundum articuloque carens cordis est organum, in ipso tamen et cerebro, de Deo, angelis et archangelis, cœlo, terra, mari, et de omni in universum creatura deliberamus, veluti promus aut custos vitalis in nobis causæ et roboris sit spiritus, qui circa cor est. Cor quidem certe fontem aliquem et principium nostræ vitæ post Deum esse putamus; a quo meatus fistulis consimiles multipliciter alius per alium ductus, universo corpori calidum et igneum spiritum diffundunt. Quia autem omnino et nutrimentum aliquod oportuit adesse calori a na-

[80] Jac. III, 2. [81] Psal. CIII, 24.

tura (non enim per semetipsum manet ignis qui nobis inest, nisi vicissim nutriatur): ideo et sanguinis fistulæ, velut ex aliquo fonte ab hepate promanantes, calidum illum spiritum per totum corpus comitantur, ne alterum altero destitutum, naturam vitio accidente corrumpat.

Quoniam vero solum omnis indigentiæ expers est divinum illud Numen, egestas autem mortalis aliunde assumptis indiget ad sui constitutionem: idcirco cum sanguinis fons sit hepar, nutrimenti subsidium ei necessarium est. Quod enim per id nobis ingestum est, sanguinis ex hepate scaturiginem reddit. Quemadmodum in monte nix, proprio humore fontes ad montis radices auget, per profundum sensim proprium humorem ad inferiores venas deprimens. Spiritus autem cordi per proximum infertur viscus, quod pulmonis quidem viscus appellatur, aeris autem receptaculum est, per insertam arteriam ad os pertingentem externum spiritum respirando attrahens. Atque hujus in medio cor involutum, semper movetur, consimiliter ut est ignis natura, quale quid in officinis ærariis videas, ex adjacente pulmone spiritum ad se trahens, impletisque per diductionem sui cavitatibus, calorem suum arteriis vicinis præbens, perpetuo motu efflat, partim extrinsecus aliquid per sui diductionem in proprias concavitates attrahens, partim ex se per compressionem in arterias excernens, ac velut in fornace per calorem naturalem colliquationem quamdam et coctionem efficiens, tanquam ex aliquo fusorio vase ad cæteros meatus materiem transfundit. Postquam autem crassum a tenui discrevit, quidquid crassius est in intestina repellit, tenuia vero et a sordibus secreta ad portas hepatis defert. Ebulliens autem illud calore, humidum intus deponit, et quod igni cognatum est, in sanguinem rubeo infectum colore mutat. Quæ autem vim mediam quamdam habent, ea per quamdam misturam temperaturamque unita corpori, nutriunt atque conservant per evaporationes cerebrum, a quo rursum purius ac subtilius attenuata digestaque illa exhalatio, sublinit continentem cerebrum membranam, quæ superne ad inferiora instar fistulæ sese spargens, per conjunctas ordine sibi spinæ vertebras, semetipsam et contentam in se medullam perducens, in verenda desinit, estque omnibus ossium et compagum commissuris musculorumque principiis, veluti gubernatrix quædam, indens singulis motum atque quietem.

Sed ad propositum revertamur. Quoniam quam maxime præcipuum et necessarium vitæ nostræ membrum cor est, ideo præ omnibus nostris organis cum primis ipsum communivit Opifex, robustioribus circumquaque munitionibus ipso in tuto collocato, et septo circumdato; retro quidem dorso et humerorum scapulis, ab utroque vero latere costarum situ et complexu, ne medium facile aliquid patiatur, effecit. Ab anteriore autem parte

παρεῖναι παρὰ τῆς φύσεως (οὐ γὰρ πέφυκε τὸ παρ' ἡμῖν πῦρ μένειν ἀφ' ἑαυτοῦ μὴ διὰ τοῦ καταλλήλου τρεφόμενον)· διὸ καὶ τοῦ αἵματος ὀχετοὶ, καθάπερ ἐκ κρήνης τινὸς τοῦ ἥπατος ἀφορμισθέντες τῷ θερμῷ πνεύματι, δι' ὅλου τοῦ σώματος συμπαροδεύουσιν, ὡς ἂν μὴ μονωθὲν τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον διαφθείρῃ τὴν φύσιν πάθος γενόμενον.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἀπροσδεὲς τὸ Θεῖον, ἡ δὲ πτωχεία βροτῶν τῶν ἔξωθεν ἐπεισάκτων δεῖται πρὸς σύστασιν· εἰ γὰρ πηγὴ τοῦ αἵματος ὑπάρχει τὸ ἧπαρ, ἡ τῆς τροφῆς χορηγία ἀναγκαία καθέστηκεν. Τὸ γὰρ ἐπεισαγόμενον ἡμῖν διὰ ταύτης, τὸ αἷμα βρύειν ἐκ τοῦ ἥπατος δίδωσι. Καθάπερ ἡ ἐπὶ τοῦ ὄρους χιὼν διὰ τῆς οἰκείας ἰκμάδος τὰς ὑπὸ τὴν ὑπώρειαν αὔξουσα κρήνας, διὰ τοῦ βάθους τὸ οἰκεῖον ὑγρὸν λεληθότως ἐπὶ τὰς κάτω φλέβας συνθλίβουσα. Τὸ δὲ ἐγκάρδιον πνεῦμα διὰ τοῦ γείτονος εἰσάγεται σπλάγχνου, πνεύμονος μὲν προσαγορευομένου, δοχείου δὲ ὑπάρχοντος τοῦ ἀέρος, διὰ τῆς ἐγκειμένης ἀρτηρίας τῆς ἐπὶ τὸ στόμα διηκούσης, τὸ ἔξωθεν πνεῦμα ταῖς ἀναπνοαῖς ἐφελκόμενον. Ὧ μέσως ἡ καρδία ἐνειλημμένη ἀεικίνητος, παραπλησίως τῆς τοῦ πυρὸς φύσεως, οἷόν τι δράκης ἐν τοῖς χαλκείοις, ἐφ' οἷς ἕλκει τὸ πρὸς ἑαυτὴν ἐκ τοῦ παρακειμένου πνεύματος πληρουμένη τῇ διαστολῇ τὰς κοιλότητας, καὶ τὸ πυρῶδες ἑαυτῆς ἐκπορίζουσα ταῖς ἐχομέναις ἀρτηρίαις· ἀεικινήτως ἐκπνεῖ, τὸ μὲν ἔξωθεν διαστελλομένη εἰς τὰς οἰκείας κοιλότητας ἕλκει, τὸ δὲ παρ' ἑαυτῆς διὰ τῆς συμπτύξεως ταῖς ἀρτηρίαις ἐκκρίνει· ὥσπερ δὲ ἐν χωνευτηρίῳ διὰ τῆς φυσικῆς θερμότητος σύντηξίν τινα καὶ πέψιν τῆς ὕλης ποιουμένη, οἱονεὶ ἐκ χοάνης τινὸς πρὸς τοὺς ἐφεξῆς πόρους μεταχεῖ. Τὸ παχὺ δὲ τοῦ λεπτοῦ διακρίνασα τὴν ὕλην τοῖς ἐντέροις ἀπώσατο, τὸ λεπτὸν καὶ εἰλικρινὲς ἐπὶ τὰς πύλας τοῦ ἥπατος ἔδωκεν. Ἀναζέουσα δὲ τῷ θερμῷ τὸ ὑγρὸν ἐναποτίθεται, αὐτὸ τὸ συγγενὲς τοῦ πυρὸς εἰς αἷμα τὸ ὑγρὸν καταφοινίξασα, τὰ δὲ παρ' ἑτέρας δυνάμεως διά τινος μίξεώς τε καὶ συγκράσεως ἑνωθέντα τῷ σώματι διὰ τοῦ αἵματος, ὑποτρέφει τε καὶ συνίστησι διὰ τῶν ἀτμῶν τὸν ἐγκέφαλον, ἀφ' οὗ πάλιν ἐπὶ τὸ καθαρώτερον ἐκλεπτυνομένη ἡ ἀπ' ἐκείνου ἀνάδοσις, ὑπαλείφει τὸν περιεκτικὸν τοῦ ἐγκεφάλου ὑμένα, ὃς ἄνωθεν ἐπὶ τὸ βάθος αὐλοειδῶς διήκων, διὰ τῶν καθεξῆς σφονδύλων ἑαυτόν τε καὶ τὸν ἐγκείμενον μυελὸν διεξάγων, διὰ τῆς νύσσης συναπολήγει ἐπὶ τὰ αἰδοῖα, πάσαις ὀστέων καὶ ἁρμονιῶν συμβολαῖς, καὶ μυῶν ἀρχαῖς οἷός τις ἡνίοχος αὐταῖς ἐνδιδοὺς τῆς καθ' ἕκαστον κινήσεώς τε καὶ στάσεως.

Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανήξωμεν. Ὅτι τὸ κυριώτατον καὶ ἀναγκαῖον ἡμῶν τῆς ζωῆς ἡ καρδία ὑπάρχει· διὸ καὶ παρὰ πάντα ἡμῶν τὰ ὄργανα, μᾶλλον αὐτὴν ὁ Δημιουργὸς κατησφαλίσατο ταῖς ἐν κύκλῳ τῶν στεῤῥοτέρων περιοχαῖς ὀχυρώσας αὐτὴν καὶ περιφράξας· κατόπιν μὲν τῇ νύσσῃ καὶ ταῖς ὠμοπλάταις· καθ' ἑκάτερον δὲ πλάγιον, τῇ τῶν πλευρῶν θέσει περιπτύξας, δυσπαθὲς τὸ μέσον ἀπειργάσατο. Ἐν δὲ τοῖς ἔμπροσθεν τὸ στέρνον καὶ τὴν συζυγίαν

τῆς κλειδὸς προεστήσατο· πάντοθεν αὐτῇ τὸ ἀσφαλὲς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν διοχλούντων φυλάξας. Ἰδίως δὲ καὶ περὶ τοῦ πνεύμονος φύσεως διὰ βραχέων φήσωμεν. Τῷ θώρακι τοίνυν οὗτος ἐνηρτημένος, γομφώδης ὑπάρχει καὶ μαλακὸς καὶ πολὺ ἀραιός τε καὶ εἰδεχθής· πάσας δὲ τὰς ἑαυτοῦ κυκλότητας συνανεστομωμένας ἔχων πρὸς τὸν πυθμένα τῆς ἀρτηρίας, συναγόμενος μὲν καὶ συμπέπτων τὸ ἐναπολειφθὲν τοῖς κόλποις πνεῦμα, ἀνάγκῃ ἐκπιέζων προσεῖτο. Ὑποχωρῶν δὲ καὶ ἀνοιγόμενος ἐπισπᾶται τῇ βίᾳ πρὸς τὸ κινούμενον διὰ τῆς ὁλκῆς τὸν ἀέρα, καὶ τῇ συνεχεῖ κινήσει τῇ καρδίᾳ περιδονούμενος, τὸ φλογῶδες αὐτῆς καὶ διάπυρον τῷ ῥιπισμῷ διακρούεται. Οἷον γὰρ φλὸξ μὴ διαπνέουσα ὑπὸ τοῦ οἰκείου καπνοῦ σβέννυται, καὶ τὸ ζῶον μὴ διαπνέον τῷ πνεύμονι τὸ περικάρδιον ἑαυτοῦ πῦρ. Διὸ περιδονούμενος τῇ καρδίᾳ καὶ πραείαις αὔραις κολακεύων, εὐθαλὲς καὶ ἐῤῥωμένον τὸ ζῶον δείκνυσιν. Ἐν αὐτῇ γὰρ καὶ μόνῃ τὸ ζωτικὸν αἴτιον ἱδρύσθαι μοι δοκεῖ. Τὸ δὲ ἧπαρ καὶ αὐτὸ θερμὸν ὑπάρχον πρὸς τὴν τῶν ἐγκρινομένων πέψιν τε καὶ ἐξαιμάτωσιν τῷ δεξιῷ ἐνήρτηται μέρει· οὗ καταψυχθέντος, ἀλλοίωσις μὲν τῷ προσώπῳ αὖθις ἐπιγίνεται, σπασμὸς δὲ καὶ ἀδυναμία κατὰ μέρος. Τῷ δὲ εὐωνύμῳ ὁ σπλὴν ἐμπέφυκεν ἅμα τε ὑφέλκων καὶ διακρίνων τὸ ὑλῶδες τοῦ αἵματος· καταγλυκαινόμενος δὲ κορυφοῦται ἅμα καὶ πυροῦται ἐκβαίνων τοὺς ἑαυτοῦ ὅρους, καὶ διατειχίζων τὰς πέψεις, πολύσαρκον μὲν φαίνεσθαι ποιεῖ, ὠχρίαν δὲ καὶ ἀδυναμίαν κατὰ μέρος ἐπάγει. Ἐντέρων δὲ ἑλιγμοὶ καὶ συμπλοκαὶ περὶ τὴν γαστέρα· ὅπως τῇ σκολιᾷ περιαγωγῇ χρόνῳ παρακατέχεσθαι τὴν τροφὴν τοῖς σπλάγχνοις· ὡς ἂν μὴ δι' εὐθύτητα τοῦ πόρου, ῥᾳδίως καὶ αὖθις ἐκκρινομένης ἀνακινοίη τὸ ζῶον πρὸς ὄρεξιν, μηδέποτε ἀπαγόμενον τῆς τοιαύτης ἀσχολίας, κατὰ τὴν τῶν ἀλόγων φύσιν. Ὑμενώδεις δὲ οἴκους τῇ φορᾷ τῶν ὑγρῶν, ὁ Δημιουργὸς ὑπετεχνήσατο διὰ τῶν ἀοράτων πόρων, κατὰ μέρος ἐπισπωμένων τὸ ὑγρὸν, ὅπως μὴ τῇ ἀθρόᾳ ἐξυδατώσει καὶ ἀναξηρασίᾳ δίψει ἐνεδρευθῆναι τὸ ζῶον, ἀλλὰ κατὰ μέρος ἐξοικονομεῖσθαι τὸ ἀρυσθὲν μέχρι καιροῦ τινος. Σκέλη δὲ ἡμῖν διηρθρωμένα στροφαῖς καὶ τόρμοις συμβεβλημένα, οἱονεὶ στύλοι ἀχθοφόροι, τὸ ὅλον ἐπερεισμένοι σῶμα· ἐπικεφαλίδα μὲν τὸ γόνυ ἔχοντες, βάσιν δὲ τὸν ἀστράγαλον, εὐσταλῆ καὶ ἕτοιμα πρὸς πᾶσαν ὑπάρχοντα κίνησιν, προσευχήν τε καὶ ποτνίασιν, δρόμον τε καὶ ἅλματα. Οἱ δὲ πόδες ἡμῖν τυλώτεροι παντὸς τοῦ ὑπερφερομένου σώματος κατεσκευάσθησαν, τῇ χέρσῳ διὰ παντὸς κρούεσθαι μέλλοντες, οἱονεὶ ὀγκίνοις πρὸς διάβασιν τοῖς δακτύλοις συνεργούμενοι· οὓς κρυμῷ ἢ λώβῃ τινὶ ἀποβάλλοντες, μογιβαδεῖς γινόμεθα.

pectus et clavis juncturam præposuit, undique adhibita custodia, qua ab externis perturbationibus tutum redderetur. Peculiariter autem et de pulmonis natura paucis disseramus. Est hic pectori apte conjunctus, recurvus et mollis, et admodum rarus et specie parum elegans; omnesque circuitus suos veluti per ostia quædam exeuntes habens ad arteriæ fundum, cogens et constringens in finibus spiritum relictum, quem necessario comprimens emittit. Cum rursus autem explicat semet ac aperitur, violenter aera attrahit ad id quod movetur, et assiduo motu circum cor agitatus, inflammationem et fervorem ejus ventilatione sua propellit. Quemadmodum enim flamma respiratione carens proprio fumo exstinguitur, ita et animal non perflans pulmone ignem cordis emoritur. Igitur cum pulmo circum cor agitatur, et levibus auris ipsum demulcet, vegetum et robustum animal efficit. In ipso enim, et quidem solo vitalis causa mihi videtur sita esse. Jecur autem et ipsum calidum, ad eorum quæ ingeruntur, concoctionem et sanguinis effectionem, in dextra cordi adjunctum est parte: quo nimium refrigerato, in facie fit illico quædam mutatio accedente paulatim spasmo et debilitate. Sinistræ vero parti splen inest, sanguinem subtrahens, et discernens id quod crassius est a sanguine; qui si dulcior fiat, inflatur et incenditur, terminos suos transgrediens et obstruens meatus, carnosum quidem hominem apparere facit, pallorem tamen, et paulatim debilitatem secum affert. Præterea intestinorum convolutiones et nexus circa ventrem sunt, ut tortuoso ductu, temporis aliquo spatio detineatur in visceribus cibus, ne propter meatus rectitudinem facile et illico egestus, excitet animal ad appetitum, a tali occupatione nunquam abducendum secundum naturam brutorum. Domicilia item ex membranis facta ad humorum gestationem Opifex condidit, quæ per subtilissimos et aspectum fugientes meatus paulatim attrahunt humorem, ne subita exundatione et exsiccatione sitis insidietur animali, sed paulatim certa dispensatione quod haustum est, ad aliquod tempus retentum expellatur. Ad hæc crura nobis sunt articulis commissa, vertebris et juncturarum cavitatibus conjuncta, quasi columnæ ad ferenda onera, quibus toto corpore innitimur. Atque his columnis capituli loco est genu, basis vero talus: suntque crura expedita et prompta ad omnem motum, adorationem et venerationem, cursum et saltus. Etiam pedes nobis callosiores omni alio superimposito corpore facti sunt, qui terram semper pulsaturi essent, ad incessum a digitis velut uncis adjuti, quos frigore vel alia jactura amittentes, ad gradiendum tardi efficimur.

Τίς δὲ παραστήσει λόγος τὴν ἐντὸς ἡμῶν τοῦ Δημιουργοῦ σοφίαν καὶ δύναμιν; τάς τε συντρήσεις καὶ ὑμενώδεις σύριγγας, τὰς τῶν ἰνῶν περιπλοκὰς, καὶ νεύρων τόνους καὶ ὀστέων στεῤῥότητα, καὶ ὁδοὺς καὶ τρίβους τινὰς ἀφανῶς διοικονομούσας τὰ ἐγκρινόμενα, διὰ μιᾶς συμπνοίας τοῦ σώματος, ὁλκῆς πνευμα-

Quænam autem exprimet oratio declaratam in membris nostris interioribus Opificis sapientiam et potestatem? meatus et membraneas cavernas, venarum complexiones, nervorum intensiones, ossium firmitatem, vias atque semitas quasdam latenter distribuentes quæ ingeruntur, idque per solam

quasi conspirationem membrorum totius corporis, item attractiones spiritus, aquæductus sanguinis, domicilium caloris, sedem frigoris, alia denique de quibus medicina commentata est, quorum explicationem iis relinquam qui medicinam studiose didicerunt.

Sancti viri, Gregorii Nysseni locus ex capite quo tradit, unam et eamdem exsistendi causam esse tam animæ quam corporis (97).

Quemadmodum de tritico dicimus, omnem potestate in spica formam ejus esse, herbam, calamum, medias juncturas, fructum, aristas, et nihil horum ratione naturæ vel prius esse, vel deinceps naturæ seminis accedere, sed ordine naturali ea quæ recensuimus, prodire : sic et humanam sationem comparatam esse dicimus, ita ut in ortus ejus principio simul ipsa naturæ vis seratur, quæ deinceps explicetur, et pateflat per naturalem seriem, primo quidem Dei voluntate fundamento quasi jacto, deinde generationis causis accedentibus. Quemadmodum enim in eo quod ad producendum hominem in officina naturæ deponitur, membra singula corporis cerni nequeunt ante factam formationem : ita neque animæ proprietates in eodem animadverti possunt, priusquam progrediantur in actum. Et quemadmodum impositum illud ex insita sibi vi facultateque in articulos et viscera formatur, sic et de anima intelligitur. Nam si forma hominis, qui producendus est, in eo potestate est, latet autem propter obscuritatem, ita rerum serie poscente : etiam anima in eo est, licet nunc quidem non appareat; apparebit autem una cum corporali incremento promovens. Quandoquidem autem vis quædam ex animato et vivente ad conceptionem egeritur, non putabis inanimum esse quod in vitam prodit; et quemadmodum illud quod in eo corporeum est, non carnem dicimus, nec ossa, nec pilos et cætera, sed vi et potestate horum unumquodque esse : ita et de eo quod ad animam pertinet, nondum vim rationalem, non affectus moventem neque appetentem, et cætera quæ ad animam pertinent in illo dicimus esse, sed cum corporis opificio etiam animæ operationes augeri. Præcedit autem in hac prima ejus structura, augescens nutriensque facultas sola. Neque enim plus capit suscipientis exiguitas. Deinde in eo qui in lucem prodiit, sentiendi beneficium viget, et in adultiore rationalis elucet facultas, non tota tamen confestim, sed cum organi perfectione crescit, quantum subjecti facultas ejus est capax. Constat igitur anima non carere, quod a vivente avulsum corpore ad animalis naturam impositum est in officina naturæ.

Sciendum autem, quod si quidem hoc pacto se res habet, talem e viro fluxionem tum demum fieri, cum Deus hominem generari voluerit. Sin autem, inutiliter effluere, tametsi extraneorum quispiam hoc fortassis absurdum dicet. Volunt enim

τος, ὑδραγωγίας αἵματος, οἴκησιν τοῦ θερμοῦ, ἑστίασιν τοῦ ψυχροῦ, καὶ ὅσα ἰατρικῇ πεφιλοσόφηται· ὧν τὸν λόγον καταλείψω τοῖς περὶ αὐτὴν ἐσχολακόσιν.

Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Νύσσης, ἐκ τοῦ ὅτι μία καὶ ἡ αὐτὴ αἰτία τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ὑπάρξεως.

Ὥσπερ ἐν τῷ σίτῳ φαμὲν ἅπαν εἶναι τῇ δυνάμει τὸ κατὰ τὸν στάχυν εἶδος, τὸν χόρτον, τὴν καλάμην, τὰς διὰ μέσου ζώνας, τὸν καρπὸν, τοὺς ἀθέρας, καὶ οὐδὲν τούτων ἐν τῷ τῆς φύσεως λόγῳ προϋπάρχειν, ἢ προσγίνεσθαι τῇ φύσει τοῦ σπέρματος· ἀλλὰ τάξει φυσικῇ τὰ εἰρημένα φανεροῦσθαι· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνθρωπίνης σπορᾶς, φαμὲν ἐν τῇ τῆς συστάσεως ἀφορμῇ, συνεσπαρμένην τὴν τῆς φύσεως δύναμιν· ἐξαπλοῦσθαι δὲ καὶ φανεροῦσθαι διὰ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας, κατὰ μὲν τὸ α' Θεοῦ βουλήματι καταβληθεῖσαν, κατὰ δὲ τὸ β' ἐν ταῖς τῆς γενέσεως ἀφορμαῖς συνισταμένην. Ὡς γὰρ οὐκ ἔστι τὴν καταδιανθρώπησιν ἰδεῖν ἐν τῷ πρὸς σύλληψιν τοῦ σώματος ἐντιθεμένῳ, πρὸ τῆς διαπλάσεως· οὕτως οὐδὲ τὰς τῆς ψυχῆς ἰδιότητας ἐν τῷ αὐτῷ δυνατόν ἐστι κατανοῆσαι, πρὶν προελθεῖν εἰς ἐνέργειαν. Καὶ ὥσπερ τὸ ἐντεθὲν ἐκεῖνο ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ δυνάμεως πρὸς ἄρθρα καὶ σπλάγχνα σχηματίζεται· οὕτω καὶ περὶ ψυχῆς νοεῖται. Εἰ γὰρ καὶ τὸ εἶδος τοῦ μέλλοντος συνίστασθαι ἀνθρώπου, ἐν ἐκείνῃ ἐστὶ τῇ δυνάμει, λανθάνει δὲ διὰ τὸ πρὸς τῆς ἀκολουθίας ἄδηλον, καὶ ἡ ψυχή ἐστιν ἐν ἐκείνῳ καὶ μὴ φαινομένη. Φανήσεται δὲ τῇ σωματικῇ αὐξήσει συμπροϊοῦσα. Ἐπεὶ δὲ ἐξ ἐμψύχου καὶ ζῶντος ἡ πρὸς τὴν σύλληψιν ἐκκρίνεται δύναμις, οὐ τὸ ἄψυχον εἶναι τὸ εἰς ζωὴν προϊέμενον, καὶ ὥσπερ κατὰ τὸ σωματικὸν αὐτοῦ, οὐ σάρκα φαμὲν αὐτὸ καὶ ὀστέα, καὶ τρίχας καὶ τὰ λοιπὰ, ἀλλὰ τῇ δυνάμει ἕκαστον τοῦ εἶναι· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ ψυχικοῦ, οὔπω τὸ λογικὸν, οὐ τὸ θυμικὸν, οὐδὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ περὶ ψυχὴν ἐν ἐκείνῳ εἶναι, ἀλλὰ τῇ τοῦ σώματος κατασκευῇ, καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας συναυξάνεσθαι. Προηγεῖται δὲ ἐν πρώτῃ κατασκευῇ ἡ αὐξητική τε καὶ θρεπτικὴ μόνη δύναμις. Οὐ γὰρ χωρεῖ πλέον ἡ τοῦ δεχομένου βραχύτης. Εἶτα προελθόντι εἰς φῶς, ἡ αἰσθητικὴ χάρις ἐπανθεῖ, ἀνδρωθέντι δὲ ἡ λογικὴ διαλάμπει δύναμις· οὐ πᾶσα δὲ ἀθρόως, ἀλλὰ τῇ τοῦ ὀργάνου τελειώσει συναύξουσα, ὅσον χωρεῖ τοῦ ὑποκειμένου ἡ δύναμις. Δῆλον οὖν ὡς οὐκ ἄψυχον τὸ ἐκ τοῦ ζῶντος ἀποσπασθὲν σώματος, πρὸς τὴν τοῦ ζώου φύσιν ἐνετέθη τῷ ἐργαστηρίῳ τῆς φύσεως.

(97*) Ἰστέον δὲ, εἰ οὕτως ἔχει, τότε τοιαύτη γίνεται ἡ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἔκροια, ὅτε ὁ Θεὸς θελήσει γενέσθαι ἄνθρωπον· εἰ δὲ μὴ, ἔστι κωφή· εἰ καὶ ἔξω τοῦτο εἰκότως λαλεῖ τις τῶν ἔξω, συμβάλλεσθαι τὸ θῆλυ πρὸς ζωογονίαν τῷ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἐκ-

(97) Cap. 29 libri *De hominis opificio*, quoad sensum.

(97*) *Ἰστέον, κ. τ. λ.* Hæc Cæsarii non sunt, uti nec Nysseni, sed alterius, ad sententiam Nysseni quædam adjicientis. EDIT. PARIS.

ῥέοντι, ὡς ποιητικῷ αἰτίῳ, καθάπερ τινὰ ὕλην παρεχόμενον τὴν τῶν καταμηνίων παισὶν ὑγρασίαν, οἷάπερ τινὰ χαλκὸν τῷ ἀνδριαντοποιῷ. Οὐδὲν γὰρ προΐεται ἡ γυνὴ σπέρμα, ἀλλ' ἄχρηστόν τι ὑγρὸν συμβεβηκὸς τοῖς τόποις. Ἔστι δὲ τὸ τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα οἷον δημιουργὸν καὶ ἀρχὴν κινήσεως ἐμποιοῦν, ὥσπερ ἐπὶ τῆς πιτύας ὁρῶμεν τῆς συναγούσης τὸ γάλα. Οὕτω καὶ τὸ σπέρμα πεσὸν εἰς τὴν ὑγρὰν μίσγεται τῷ καθαρωτέρῳ τῆς θηλείας περιττώματι. Τὸ δὲ συστὰν ἐν τῇ μήτρᾳ λέγει καὶ ψυχῆς μετέχειν, οὐ τελείας δὲ, ἀλλὰ τῆς θρεπτικῆς. Καθάπερ γὰρ τὰ φυτὰ ἐν τῇ γῇ, οὕτω ζῆν καὶ τὸ ἔμβρυον, ῥίζῃ χρώμενον τῷ ὀμφαλῷ ἐκ τῆς μήτρας τὴν ὁλκὴν τῆς τροφῆς ποιεῖσθαι. Ἐξιὸν δὲ καὶ τὴν αἰσθητικὴν ἐπικτᾶται, καὶ αὖξον συναύξεται αὐτῷ καὶ ἡ λογικὴ καὶ νοερὰ ἐνέργεια τῆς ψυχῆς. Ἔστι γὰρ ἐν τῷ σπέρματι ψυχῆς τι μόριον τὸ λεγόμενον ζωτικὸν θερμὸν, ἀναλογοῦν τῇ θερμότητι τοῦ ἡλίου· ἐπειδὴ ἐκείνη ζωτικὴν ἔχουσα δύναμιν ζωογονεῖ. Διατυποῦται δὲ πρῶτον ἡ καρδία, ἥτις καὶ τελευτὴν φθείρεται. Ὡσαύτως καὶ τὰ λοιπὰ ἐντόσθια πρὸ τῶν ἐκτὸς διαρθροῦται, καὶ μᾶλλον τὰ ἄνω τοῦ διαζώματος. Ἐσχημάτισται δὲ ἐν τῇ μήτρᾳ ὁ ἄνθρωπος, τὴν μὲν ῥῖνα μέσον τῶν γονάτων ἔχων, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπὶ τοῖς γόνασιν. Ἐνισχύειν δὲ τὸ ἔμβρυον ἄρχεται, ὅτε ἡ ἀνακοπὴ τῶν καταμηνίων ἐπὶ τοὺς μαστοὺς εἰς γάλα μεταβάλλεται. Ἵστανται αὐτίκα ταῖς γυναιξὶν αἱ ναυτίαι καὶ οἱ ἔμετοι· ἄῤῥεν δὲ γίνεται, εἰ πεπεμμένον ἐστὶ τὸ τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα. Ὅθεν οἱ νέοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὡς ἐπιπολὺ θηλυγόνοι· τὸν δὲ πλεονασμὸν ἢ τὴν λεῖψιν γίνεσθαι ἔν τισι μορίοις παρὰ τὴν τῆς ὕλης ἔλλειψιν ἢ πλεονασμόν· τὴν δὲ τοῦ σπέρματος ἔκκρισιν ἐκ τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν γίνεσθαι τόπων, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ κοιλαίνεσθαι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν πλεῖστα συνουσιαζόντων. Συγκινεῖται δὲ τῇ διανοίᾳ ἡ μήτρα, ὡς καὶ τὸ τοῦ ἄῤῥενος αἰδοῖον· ποτὲ δὲ καὶ ἀπροαιρέτως· δίδυμα δὲ γίνεται κατὰ σχίσιν τοῦ σπέρματος ἐν τῇ μήτρᾳ· εἰ μὲν πεπεμμένον, ἄῤῥενα δύο, εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον. Γίνονται δὲ καὶ κατ' ἐπισύλληψιν· ὅθεν πολλάκις καὶ ἄρσεν καὶ θῆλυ γίνεται. Τρόφιμον δὲ γάλα, τὸ παχὺ καὶ κιῤῥόν· καὶ δῆλον ἐκ τῶν τυρῶν. Δι' ἑπτὰ μηνῶν γυνὴ πολλάκις, ὡς ἐπιπολὺ δὲ ἐννέα, πολλάκις δὲ ι', προσλαβοῦσα, καὶ ἐκ τοῦ ια' μόλις ποτέ. Ἢ ζῇ, ἢ τέξει τὸν καλούμενον μύλον, ὅς ἐστι σὰρξ σκληρὰ, ἢ κινδυνεύσει. Περὶ τὰ δεκατέσσαρα ἔτη μεταβάλλουσι τὰς ἕξεις οἱ ἄῤῥενες καὶ αἱ θήλειαι· ἐξ εὐεκτῶν κακοεκτοι γινόμενοι, καὶ τοὐναντίον. Τότε καὶ ταῖς θηλείαις τὰ κατὰ μῆνας ἄρχεται, τοῖς δὲ ἄῤῥεσι τὸ σπέρμα, καὶ ἡ φωνὴ βαρύνεται· οἱ μαστοὶ δὲ καὶ τὰ αἰδοῖα αὔξονται· δύσχρους δὲ ἡ γυνὴ ἐὰν θῆλυ κυῆσαι μέλλῃ.

illi conferre aliquid feminam ad vitalem procreationem ad id quod a viro excernitur, tanquam si causæ efficienti aliquam materiam præbeat, videlicet menstruorum aliquam humorum partem, veluti quoddam æs statuario. Nullum enim semen emittit mulier, sed inutilem quemdam humorem in locis muliebribus exsistentem. Est autem maris semen quasi opifex, et principium motus efficit, quemadmodum in coagulo videmus, quod lac cogit. Sic enim et semen in ventrem incidens, miscetur cum purissima feminæ superfluitate. Quod autem in matrice exsistit, etiam dicunt animæ particeps esse, non illius quidem perfectæ, sed nutrientis. Quemadmodum enim plantas in terra, ita et fetum vivere, radice utentem umbilico, per quem ex matrice attractio cibi fiat. In lucem autem egressus, etiam sentientem animam consequitur, crescensque cum corpore crescente augescit et rationalis ac intellectilis illa facultas animæ. Est enim in semine animæ particula quædam, quæ vitalis calor dicitur, conformis calori solis: si quidem ille vitalem vim habet, et vitalem fetum generat. Formatur autem primum cor, quod et postremum interit. Similiter et reliqua interna ante externa disponuntur, et cum primis ea quæ sunt supra cincturam. Formatus autem in matrice homo, nasum quidem medium inter genua habet, oculos vero supra genua. Robustior autem fieri fetus incipit, quando inhibita menstrua in uberibus in lac mutantur. Quo quidem tempore mox finem in mulieribus habent nauseæ, et vomitus. Generatur autem mas, si percoctum est maris semen, unde juvenes et senes plerumque femellas procreant. Abundantiam autem vel defectum fieri volunt in quibusdam partibus, propter materiæ defectum aut abundantiam. Seminis autem egestionem ex locis circa caput fieri manifestum ex eo est, quod eorum oculi cavantur, qui multum coeunt. Movetur etiam cum mente cogitationeque matrix, quemadmodum et veretrum viri. Aliquando item sponte gemelli generantur, per divisionem seminis in matrice: ac si quidem id percoctum fuerit, duo masculi: sin minus, diversum. Præterea per superfetationem generantur, unde aliquoties et masculus et femella simul nascuntur. Plurimum vero nutrit lac spissum et fulvum, ut ex caseis constat. Mulier fetum gestat ad menses septem aliquando, plerumque ad novem, sæpenumero ad decem postquam concepit, vix autem post undecimum. Fetus in lucem editus aut vivit, aut pariet mulier quod mola vocatur, quæ est caro dura, aut periclitabitur. Circa annum decimum quartum mutant corporis habitus tam mares quam femellæ; et ex bene affectis male dispositi fiunt, vel e diverso. Tunc et femellis menstrua incipiunt, maribus vero semen, et vox fit gravior. Ubera item et verenda crescunt. Pallet denique mulier, quæ femellam paritura est.

Τοῦ αὐτοῦ Γρηγορίου τοῦ Νύσσης.

Ἡ δὲ τοῦ νοῦ πρὸς τὸ σῶμα κοινωνία ἄφραστόν τε καὶ ἀκατανόητον τὴν συνάφειαν ἔχει· οὔτε ἐντὸς

Ex eodem Gregorio Nysseno.

Mentis autem ad corpus communio ineffabilem et incomprehensibilem intellectu conjunctionem habet,

quæ neque intus est (98) (neque enim miscetur corpori quod incorporeum est) : neque circumfusa est (non enim circumscribitur incorporeum a corporibus) : sed modo quodam incredibili et intelligentiam nostram superante mens appropinquans et applicata naturæ, et in ipsa, et circa ipsam exsistit, sic tamen ut explicari vel cogitatione comprehendi modus nequeat, nisi quod in statu suo recte affecta natura, etiam mens efficax est ; si vero vitium aliquod circa illam contingat, claudicat eatenus etiam motus intellectus.

Operæ pretium est scire, cujus rei gratia e terra nascentium germina in ortu rerum præcedant, post quæ producta sunt animantia bruta, et post illa demum homo. Non solum quod herba quidem animalibus est utilis, et propter hominem exsistit pecorum copia, tanquam illi ministratura, sed quod hic eam quæ de anima est, philosophiam nobis tradat Moses. Explicari autem oratione talis rerum distinctio potest : Res universæ partim intellectiles sunt, partim corporeæ. Omittantur autem nunc intellectiles. Corporeæ partim efficacitatis vitalis participes sunt, partim expertes omnino vitæ. Rursus vitale corpus partim quidem sensile, partim vero sensus est expers. Rursus sensile, aliud quidem rationale, aliud autem rationis est expers. A minoribus igitur ad id quod perfectum est, natura progreditur. Ideoque post inanimam materiam, quasi gradus quosdam formæ animatorum, naturalem hanc vitam exstitisse dicit legislator, in naturalium germinatione præexsistentem, utpote vim nutrientem et augescentem, sicque deinde subjicit, et sentiendi facultatem, quæ in animalibus est, etiam ejus participem quæ ante ipsam fuit. Siquidem quæ per carnem vivunt, etiam absque intellectili natura esse possunt. Rationale autem exsistere non potest, nisi cum sentiente commistum sit. Ideo postremus factus est homo. Ex omni enim specie animarum temperatum est animal rationale ; nutritur enim secundum speciem animæ quæ est in plantis; augescenti vero facultati sentiens a natura adjuncta est ; in sentiente demum intellectilis naturæ efficacitas elucet. Unde etiam proprie rationalis anima et intellectilis dicitur, quæ per omnia sese didit. Nam in rationali etiam reliqua comprehendit, cum in sentiente vegetativa sit, quæ vegetativa tantum in rebus crassis exsistit. Verum et ista propter vitalem efficaciam abusive animæ vocantur.

Sciendum quod quæ facta sunt ad id simpliciter ut vivamus, sunt cerebrum, cor et pulmo, hepar et venter. Horum enim aliquo læso, necessario moritur animal. Oculi autem, manus et pedes, ad id ut bene vivamus, facta sunt. His enim læsis, vivit quidem animal, non autem bene. Alia denique ad propagationem posteritatis pertinent.

Postremus post creationem a Deo productus est homo. Non quod velut vilis inter postrema abjectus sit, sed par erat principem ante subditos non

οὖσα (οὐ γὰρ ἐγκρατεῖται σώματι τὸ ἀσώματον), οὔτε ἐκτὸς περιέχουσα (οὐ γὰρ περιέχεται τὸ ἀσώματον ὑπὸ σωμάτων), ἀλλὰ κατά τινα τρόπον ἀμήχανόν τε καὶ ἀνεπινόητον ἐγγίζων ὁ νοῦς τῇ φύσει καὶ προσαπτόμενος, καὶ ἐν αὐτῇ καὶ περὶ αὐτὴν θεωρεῖται, ἀλλ' ὡς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οὐδὲ νοῆσαι, πλὴν ὅτι κατὰ τὸν ἴδιον αὐτῆς εἱρμὸν εὐοδουμένης τῆς φύσεως, καὶ ὁ νοῦς ἐνεργὴς γίνεται· εἰ πλημμέλημα περὶ ταύτην συμπέσοι, σκάζει κατ' ἐκεῖνο καὶ τῆς διανοίας ἡ κίνησις.

Εἰδέναι χρὴ τίνος χάριν ἐπὶ γῆς ἡ βλάστη τῶν ἐπὶ γῆς φυομένων προηγεῖται, ἐπιγίνεται δὲ τὰ ἄλογα τῶν ζώων, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἄνθρωπος. Οὐ μόνον ὅτι ἡ μὲν πόα χρήσιμος τοῖς ζώοις, διὰ δὲ τὸν ἄνθρωπον τὰ βοτὰ, ὡς ὑπηρετεῖν μέλλοντα· ἀλλ' ὅτι τὴν περὶ ψυχῆς φιλοσοφίαν ὁ Μωσῆς παραδίδωσιν. Ἔστι δὲ ἡ τοῦ λόγου διαίρεσις τοιαύτη· Τῶν ὄντων, τὸ μὲν νοητὸν, τὸ δὲ σωματικόν ἐστιν. Ἔστωσαν δὲ νῦν τὰ περὶ τοῦ νοητοῦ. Τοῦ δὲ σωματικοῦ, τὸ μὲν μετέχει ζωτικῆς ἐνεργείας, τὸ δὲ ἀμοιρεῖ καθόλου ζωῆς. Πάλιν τοῦ ζωτικοῦ σώματος, τὸ μὲν αἰσθητὸν, τὸ δὲ ἀναίσθητον· καὶ τοῦ αἰσθητικοῦ, τὸ μὲν λογικὸν, τὸ δὲ ἄλογον. Ἀπὸ τῶν μικροτέρων ἐπὶ τὸ τέλειον ἡ φύσις ποιεῖται τὴν ἄνοδον. Διὰ τοῦτο μετὰ τὴν ἄψυχον ὕλην, οἷον ὑπόβαθρά τινα τῆς τῶν ἀψύχων ἰδέας τὴν φυσικὴν ταύτην ζωὴν συστῆναι λέγει ὁ νομοθέτης, ἐν τῇ τῶν φυτῶν βλάστῃ προϋποστᾶσαν, ἥν τε τὴν θρεπτικὴν καὶ αὐξητικὴν, εἶθ' οὕτως ἐπάγει καὶ τὴν ἐν τοῖς ζώοις αἰσθητικὴν, μετέχουσαν καὶ τῆς πρὸ αὐτῆς. Ἐπειδὴ τὰ διὰ σαρκὸς ζῶντα καὶ δίχα τῆς νοερᾶς φύσεως δύναται εἶναι· τὸ δὲ λογικὸν οὐ δύναται, εἰ μὴ τῷ αἰσθητικῷ συγκραθείη. Διὰ τοῦτο τελευταῖος ὁ ἄνθρωπος. Διὰ πάσης γὰρ ἰδέας τῶν ὁμωνύμως λεγομένων ψυχῶν ἀνακιρνᾶται τὸ λογικὸν ζῶον. Τρέφεται καὶ κατὰ τὸ φυτικὸν τῆς ψυχῆς εἶδος. Τῇ δὲ αὐξητικῇ δυνάμει ἡ αἰσθητικὴ προσφύει· εἶτα τῇ αἰσθητικῇ ἡ τῆς νοερᾶς οὐσίας διέλαμψεν ἐνέργεια. Ὅθεν καὶ κυρίως λογικὴ ψυχὴ καὶ νοερὰ λέγεται, ἡ διὰ πάντων διήκουσα. Ἐν μὲν γὰρ τῷ λογικῷ καὶ τὰ λοιπὰ περιέλαβεν, ἐν δὲ τῷ αἰσθητικῷ καὶ τὸ φυτικὸν πάντως ἐστὶ, τὸ δὲ φυτικὸν περὶ τὸ ὑλικὸν θε. . . . . πλὴν καὶ ταῦτα διὰ τὴν ζωτικὴν ἐνέργειαν, καταχρηστικῶς D ψυχαὶ ὀνομάζονται.

Ἰστέον ὅτι τὰ γεγονότα πρὸς τὸ ἁπλῶς ζῆν ἡμᾶς, εἰσὶν, ἐγκέφαλος, καρδία καὶ πνεύμων, ἧπαρ καὶ γαστήρ. Καί τινος γὰρ τούτων παθόντος, ἐξ ἀνάγκης τὸ ζῶον τελευτᾷ· ὀφθαλμοὶ δὲ καὶ χεῖρες καὶ πόδες πρὸς τὸ εὖ ζῆν ἡμᾶς γεγόνασι. Τούτων γὰρ παθόντων, ζῇ μὲν τὸ ζῶον, οὐ καλῶς δέ. Ἄλλα δὲ πρὸς διαδοχὴν τῶν ἐπιγινομένων εἰσί.

Τελευταῖος μετὰ τὴν κτίσιν ἐκ Θεοῦ παρήχθη ὁ ἄνθρωπος. Οὐχ ὡς ἀπόβλητος ἐν ἐσχάτοις ἀποῤῥιφεὶς· ἀλλ' εἰκὸς ἦν τὸν ἄρχοντα πρὸ τῶν ἀρχομέ-

(98) Ex libro *De hominis opificio* passim, sed omnia commista et aliis verbis expressa. Vide capp. 29, 8, 30, 2, 7, etc.

νῶν μὴ ἀναφανῆναι· μηδὲ πρὸ τὴν πανδαισίαν εὐτρεπισθῆναι, εἰσοικισθῆναι τὸν δαιτυμόνα.

Τιμιωτέρα δὲ πάσης φαινομένης τῆς κτίσεως ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις. Ἡ μὲν γὰρ κτίσις ὑπὸ Θεοῦ ἀποσχεδιάσθη, ὁμοῦ τῷ προστάγματι συστᾶσα· ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, [βουλῆς] βουλὴ προηγεῖται, καὶ πάντα περὶ αὐτοῦ προδιασκοπεῖται ὁ λόγος· εἶπε γὰρ ὁ Θεός, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*, καὶ τὰ ἑξῆς τὰ περὶ αὐτοῦ· ὡς πρὸ τῆς γενέσεως τὴν ἀξίαν αὐτὸν λαβεῖν. Διὸ καὶ ὕλην τῆς αὐτοῦ συστάσεως προητοίμασε καὶ πρὸς ποῖον ἀρχέτυπον τὴν ὁμοιότητα ἕξει, διενοήσατο. Τὴν ἀνθρωπίνην οὖν φύσιν ὁ ἀριστότεχνος Θεός, οἷόν τι ὄργανον εἰς βασιλείας.... ἐπιτήδειον, ἐδημιούργησε, τοῖς τε κατὰ ψυχὴν προτερήμασι, καὶ αὐτῷ τῷ τοῦ σώματος σχήματι. Ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τὸ βασιλικὸν δείκνυσιν, ἀδέσποτος οὖσα, καὶ αὐτεξούσιος, ὡς εἰκὼν Θεοῦ κοινωνοῦσα τῷ ἀρχετύπῳ, ἀντὶ βασιλικῶν ἀμφίων τὴν λαμπρότητα ἐνδεδυμένη τῶν ἀρετῶν, καὶ τῆς ἰδιωτικῆς ταπεινότητος μὴ μετέχουσα.

Μία δὲ δύναμις ἀντιληπτικὴ τῶν πραγμάτων αὐτὸς ὁ τῷ ἀνθρώπῳ ἐγκείμενος νοῦς· ὁ δι' ἑκάστου τῶν αἰσθητηρίων διεξιών, καὶ τῶν ὄντων ἐπιδρασσόμενος, οἷόν τις χαρακτὴρ τῆς τοῦ Θεοῦ μιᾶς οὐσίας, τῶν ποικίλων ποιημάτων ἐνεργητικός. Ἐπιστομιζέσθωσαν οἱ λέγοντες ἀνόμοιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν, ἢ τὸ ἅγιον Πνεῦμα κατὰ τὴν οὐσίαν· ὁ γάρ, *Ποιήσωμεν*, εἰπών, καὶ διὰ τῆς πληθυντικῆς σημασίας, τὴν ἁγίαν Τριάδα δηλώσας, οὐκ ἂν τῆς εἰκόνος μοναδικῶς ἐμνημόνευσεν, εἴπερ ἀνομοίως εἶχε πρὸς τὸ ἀρχέτυπον· ἀδύνατον γὰρ μίαν εἰκόνα διαφόροις ὁμοιωθῆναι μορφαῖς· εἰ γὰρ διάφοροι ἦσαν αἱ φύσεις, διαφόρους καὶ τὰς εἰκόνας ἀνεστήσαντο.

Γυμνὸς δὲ τῶν ἐκ τῆς φύσεως ὅπλων καὶ προκαλυμμάτων ὁ ἄνθρωπος, οὐ κέρασι καθωπλισμένος, οὐκ ὀνύχων ἀκμαῖς, οὐκ ὀδοῦσιν, ἢ κέντρῳ ἰώδει, ἢ τριχῶν περιβολῇ, ἢ πτερωτός, οὐ ταχύπους, οὐδὲ πολύσαρκος· καὶ ταῦτα μέλλων ἄρχειν, οἰκείοις αὐτὸν ὅπλοις πεφράχθαι ἐχρῆν· ἀλλὰ εἰκότως· εἰ γὰρ οὕτως εἶχε, θηριώδης τις ἂν ἦν καὶ δυσάντητος, καὶ τὴν κατὰ ἄλλων παρεῖδεν ἀρχήν, τῆς συνεργείας ἐκείνων μὴ δεόμενος. Νῦν δὲ τὸ δοκοῦν ἐπιδεὲς τῆς φύσεως, ἀφορμὴ πρὸς τὸ κρατεῖν τῶν ὑποχειρίων ἐστί. Διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῦ ὁ βοῦς ὑπὸ ζυγὸν εἰσήχθη, ὁ ἵππος ἐπεδαμάσθη, ἡ ἐπιστασία τῶν προβάτων διὰ τὰς ἐξ αὐτῶν προσαγωγάς, τὰ ἀχθοφόρα ζῶα ὑπέζευκται. Ὁ κύων διὰ τῆς τῶν ὀδόντων λαβῆς, τὸ καταγωνίζεσθαί τινα, παρέσχε τῶν ζώων· κεράτων καὶ ὀνύχων ἰσχυρότερος ἐπινενόηται ὁ σίδηρος. Ὑπηρετοῦσι δὲ καὶ τὰ ὄρνεα, καὶ τὸ πτίλον αὐτῶν· καὶ ἐκ δερμάτων τῶν ζώων τὸ εὔτριπτον τῶν ποδῶν ἡμῶν διετηρήθη.

Τὸ δὲ ὄρθιον σχῆμα τοῦ ἀνθρώπου, καὶ αἱ χεῖρες τῆς ἀξίας δεικνύουσι τὴν διαφοράν, τῶν ἄλλων ζώων ὑποκυπτόντων, πόδας ἐχόντων κατὰ ἔμπροσθεν

[81] Gen. I, 26.

prodire, neque antequam omnigenis refertum epulis convivium appararetur, introduci convivatorem.

Pretiosior autem est humana natura omni creatura quæ oculis cernitur. Nam cætera quidem creata a Deo quasi ex tempore facta sunt, simul cum mandato exhibita : in hominis autem structura consultatio præcedit, omniaque de eo prius considerat ratio : dixit enim Deus : *Faciamus hominem secundum imaginem* [81], et quæ de eo sequuntur ; ut etiam ante ortum suum homo dignitatem suam obtineret. Ideo et materiem de qua conderetur, præparavit, et ad quale exemplar similitudinem habiturus esset, perpendit. Humanam igitur naturam optimus artifex Deus velut organum ad regni administrationem idoneum fabricavit, et animæ privilegiis et forma corporis donavit. Siquidem anima regalem majestatem ostendit, nullius dominio subjecta, et propriæ potestatis, tanquam imago Dei, communia cum archetypo quædam habens, pro regalibus palliis induta splendore virtutum, et cum plebeia vilitate nihil participans.

Porro una perceptrix rerum facultas homini est insita, nimirum mens, quæ per singulas sensuum sedes discurrens et res omnes apprehendens, ac velut exemplum et imago unicæ substantiæ divinæ, variarum operationum effectrix est. Sileant qui dicunt inæqualem Patri Filium, vel Spiritum sanctum secundum substantiam : nam qui dixit, *Faciamus*, idque plurali significatione, sanctam Trinitatem manifeste ostendit ; neque imaginis singulari numero mentionem fecisset, si ad archetypum inæqualis fuisset : nequit enim fieri ut imago una diversis formis respondeat ; nam si diversæ fuissent naturæ, diversas etiam imagines condidissent.

Nudus autem, et a naturæ armis ac munitionibus destitutus est homo, non cornibus armatus, non unguium acie, non dentibus aut aculeo venenato, nullo pilorum operimento, non alatus, non pedibus celer, neque carnosus : at vero illum qui imperaturus erat, propriis armis oportebat esse instructum ; verum non abs re aliter res habet. Si enim sic comparatus foret, ferinus aliquis et occursu terribilis esset, aliorumque negligeret imperium, illorum adjutrice opera non indigens. Nunc autem id quod videtur deesse naturæ, occasio est ad capessendum in subjecta imperium. Ideo ab ipso bos jugo subactus est, equus domitus, ovium cura habita propter proventus qui ex ipsis percipiuntur, animalia denique bajulandis oneribus idonea jugo subacta sunt. Canis ad quædam animalia dentium apprehensione obtinenda datus est : cornibus et unguibus fortius quiddam excogitatum est ferrum. Inserviunt item aves et pennæ ipsarum ; et ex animalium pellibus consuto calceo pedum nostrorum teneritati consulitur.

Recta etiam hominis facies, et manus dignitatis præstantiam ostendunt præ cæteris animalibus deorsum spectantibus, quæ pedes habent etiam ad

anteriora membra, propterea quod fulcro illa indigerent. Cooperantur autem manus ad omnem necessitatem tam bello quam pace, et in usu sermonis et in scribendis litteris. Adaptamus enim voces etiam per ipsarum figuram, ita ut proprium quiddam rationalis naturæ manus sint. Quod si manibus homo careret, ad similitudinem quadrupedum, ad id utique comparata facies esset propter cibi necessitatem, ut ad cibum extenderetur, simul exiles forent nares; unde necessario consequeretur, ut peregrinam quoque vocem haberet.

Organicum autem ad rationis usum paratum est corpus. Quandoquidem enim intellectilis quædam et incorporea res mens est, tali opus habuit opificio, ut per aliquam artificiosam rationem motum suum manifestaret, instar plectri vocales partes tangens. Duplex autem est hujus organi effectus, alius quidem soni, alius vero auditus. Et ille quidem semper aliquid emittit, auditus autem perpetuo recipit. Estque dignum admiratione, quomodo confusio nulla fiat per eos qui per ipsum ingeruntur sermones et cogitationes. Id quod etiam in oculorum efficacitate locum habet. Nam per hos mens ea quæ sunt extra corpus apprehendit: unumquodlibet autem eorum quæ intro recipiuntur, mens examinans, convenientibus cognitionis locis reponit, aliquoties ex diversis sensuum sedibus unam cognitionem excitans, rursusque ex uno aliquo sensu varia percipiens; nam si quis audiverit nomen mellis, idque viderit, olfeceritque et tetigerit atque gustaverit, rem unam per universas sensuum facultates cognovit. Varias vero voces per unicum auditum percipit, et per visum diversi generis res considerat, videlicet album et nigrum, et fuscum.

Aliud vero quiddam quam sensus mens est: si enim idem esset, cum uno aliquo ipsorum haberet cognationem, cum simplex sit; nunc autem in varios sensus sparsa est, et per unum quemlibet efficaciter agit, in unitate varium quiddam exsistens, et in varietate unum. Ideo cognitionem effugit ejus natura, et ea ipsa re quod cognosci nequeat, incomprehensibilem illam naturam ejus repræsentat, qui eam secundum imaginem propriam fecit.

Et quandoquidem velut instrumentum quoddam musicum corpus factum est; quemadmodum canendi peritus vitiato instrumento suam artem demonstrare nequit: ita et mens per universum organum vagando, per consentaneas sibi efficacitates unumquodlibet membrorum attingens, in iis quidem qui naturaliter affecti sunt, proprium effectum habet, in infirmis autem inefficax est: non enim partem quidem attingit, partem vero deserit.

Quemadmodum item mens ornatur pulchritudine primi exemplaris divini, veluti ejus charactere exaltata: sic et natura a mente administrata ornatur, continuturque rursus ab hac crassities nostræ substantiæ, circa quam cernitur natura. Ut autem mens virorum deformitate obscurata divinam pulchritudinem non admittit, nisi repurgata fuerit: ita quo-

κῶλα, διὰ δὲ τὸ δεῖσθαι τοῦ ὑπερείδοντος. Συνεργοῦσι δὲ αἱ χεῖρες κατὰ πᾶσαν χρείαν ἐπὶ πόλεμον καὶ εἰρήνην, καὶ τῇ τοῦ λόγου χρείᾳ, καὶ ἐν τοῖς γράμμασιν. Ἐναρμόζομεν γὰρ τὰς φωνὰς καὶ διὰ τοῦ χαρακτῆρος αὐτῶν, ὥστε καὶ ἴδιον τῆς λογικῆς φύσεως αἱ χεῖρές εἰσιν. Εἰ δὲ ἠμοίρει τῶν χειρῶν ὁ ἄνθρωπος, καθ' ὁμοιότητα τῶν τετραπόδων κατεσκευάσθη ἂν τὸ πρόσωπον διὰ τὴν τῆς τροφῆς χρείαν, ὡς προμήκη τὴν μορφὴν εἶναι, καὶ τοὺς μυκτῆρας ἀπολεπτύνεσθαι· ὡς ἐπάναγκες εἶναι καὶ τὴν φωνὴν ἀλλόκοτον ἔχειν.

Ὀργανικὸν δὲ κατεσκευάσθη τὸ σῶμα πρὸς τὴν τοῦ λόγου χρείαν. Ἐπεὶ νοερόν τι χρῆμα, καὶ ἀσώματόν ἐστιν ὁ νοῦς, τῆς τοιαύτης ἐδεήθη κατασκευῆς, ἵνα διά τινος ἐπινοίας τὴν κίνησιν αὐτοῦ φανεροῖ, πλήκτρου δίκην τῶν φωνητικῶν μορίων ἁπτόμενος. Διπλῆ δὲ περὶ τὸ ὄργανον ἡ ἐνέργεια· ἡ μὲν ἠχητική, ἡ δὲ ἀκουστική· ἡ μὲν ἀεί τι προΐεται, ἡ δὲ ἀκοὴ δεχομένη διηνεκῶς, καὶ θαῦμα πῶς σύγχυσις οὐ γίνεται ἐπὶ τοῖς δι' αὐτῆς εἰσαγομένοις λόγοις τε καὶ νοήμασι. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ὄψεων ἐνεργείας γίνεται. Καὶ διὰ τούτων γὰρ ὁ νοῦς τῶν ἔξω τοῦ σώματος ἐπιδράσσεται· ἕκαστον δὲ τῶν εἰσαγομένων ὁ νοῦς ἐξετάζων τοῖς καταλλήλοις τῆς γνώσεως τόποις ἐναποτίθεται, πολλάκις ἐκ διαφόρων αἰσθητηρίων μίαν γνῶσιν συνεγείρων· πάλιν δ' ἐκ μιᾶς τῶν αἰσθήσεων ποικίλα καταλαμβάνων· ἀκούσας γάρ τις τοῦ ὀνόματος τοῦ μέλιτος, καὶ ἰδὼν αὐτὸ, καὶ ὀσφρανθεὶς, καὶ ἀψάμενος, καὶ γευσάμενος, ἓν πρᾶγμα δι' ὅλων τῶν αἰσθητηρίων ἐγνώρισε. Ποικίλας δὲ φωνὰς διὰ μιᾶς τῆς ἀκοῆς ἐπέγνω· καὶ διὰ τῆς ὁράσεως ἑτερογενῶν θεωρίας κατέλαβε, λευκοῦ τε καὶ μέλανος, καὶ φαιοῦ.

Ἄλλο δὲ παρὰ τὰς αἰσθήσεις ἐστὶν ὁ νοῦς· εἰ γὰρ ταὐτὸν ἦν τῇ αἰσθήσει, πρὸς μίαν αὐτῶν ἔχοι ἂν οἰκειότητα, ἁπλοῦς ὤν· νῦν δὲ εἰς τὴν αἰσθητικὴν πολυμέρειαν διασπειρόμενος, καὶ δι' ἑκάστης ἐνεργῶν, ἐν μονότητι τὸ ποικίλον, ἐν ποικιλίᾳ τὸ ἕν· διὸ καὶ διαφεύγει τὴν γνῶσιν ἡ φύσις αὐτοῦ· καὶ τῷ κατ' αὐτὸν ἀγνώστῳ, τὴν ἀκατάληπτον φύσιν τοῦ κατ' εἰκόνα οἰκείαν ποιήσαντος αὐτὸν παριστῶν.

Ἐπεὶ δὲ ὥς τι μουσικὸν ὄργανον τὸ σῶμα δεδημιούργηται· ὡς ἀδυνατεῖ ὁ μελῳδεῖν ἐπιστάμενος, δεῖξαι τὴν τέχνην εἰς τὴν τοῦ ὀργάνου ἀχρηστίαν· οὕτω καὶ ὁ νοῦς διήκων δι' ὅλου τοῦ ὀργάνου ταῖς νοητικαῖς ἐνεργείαις, ἑκάστου τῶν μελῶν προσαπτόμενος, ἐπὶ τῶν μὲν κατὰ φύσιν διακειμένων τὸ οἰκεῖον ἐνήργησεν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀσθενούντων ἠπράκτησεν· οὐ γὰρ μέρους ἅπτεται, μέρους δὲ ἀφίσταται.

Ὥσπερ δὲ κατακοσμεῖται ὁ νοῦς τῇ ὁμοιώσει τοῦ πρωτοτύπου θείου κάλλους, οἷόν τι κάτοπτρον τῷ ἐμφαινομένῳ χαρακτῆρι μορφούμενον· οὕτω καὶ ἡ φύσις ὑπὸ τοῦ νοὸς οἰκονομουμένη κοσμεῖται· συνέχεται δὲ πάλιν ὑπ' αὐτῆς τὸ ὑλικὸν τῆς ὑποστάσεως, περὶ ἣν θεωρεῖται ἡ φύσις. Ὥσπερ δὲ ὁ νοῦς ὑπὸ τῆς ἀμορφίας τῶν παθῶν ζοφωθεὶς, ἄδεκτος γίνεται τοῦ

θείου κάλλους, εἰ μὴ ἐκκαθαρθῇ· οὕτω καὶ ἡ ἐν τῇ ὑποστάσει νοουμένη φύσις κατά τι παθοῦσα, τὴν τοῦ νοὸς ἐνέργειαν οὐ δύναται δέξασθαι, εἰ μὴ εἰς τὴν προτέραν ἐπανέλθῃ ὑγίειαν.

Δείκνυται δὲ καὶ ἐκ τούτου, ὅτι ὁ νοῦς τῆς φύσεως ἔχεται. Συνεστώσης μὲν γὰρ, καὶ ἐγρηγορυίας, ἐνεργεῖ καὶ κινεῖται· παρεθείσης δὲ τῷ ὕπνῳ μένει ἀκίνητος· τὰς δὲ καθ' ὕπνον φαντασίας, ἰνδάλματά τινα τῆς κατὰ τὸν νοῦν ἐνεργείας οἰόμεθα· ἐν ἀτόποις γὰρ καὶ ἀμηχάνοις πολλάκις εἶναί τις δοκεῖ· ὅπερ οὐκ ἂν ἐγένετο ἐν ἐγρηγόρσει· γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἠθῶν καταστάσεώς τισιν, καὶ ἄλλα μὲν τοῦ ἀνδρείου, ἄλλα δὲ τοῦ δειλοῦ τὰ φαντάσματα· ἄλλα τοῦ ἀκολάστου, καὶ ἄλλα τοῦ σώφρονος, τοῦ μεταδοτικοῦ τε καὶ ἀπλήστου· παραμένει γὰρ τῷ μνημονικῷ τῆς ψυχῆς τῶν ἐφημερίων ἐπιτηδευμάτων τὰ ἀπηχήματα· πολλάκις δὲ καὶ πρὸς τὰς ποιὰς σωμάτων διαθέσεις ὄνειροι γίνονται· οὕτω γὰρ ὁ διψώδης ἐν πηγαῖς εἶναι δοκεῖ, καὶ εὐωχίαις ὁ τροφῆς προσδεόμενος· καὶ ἁπλῶς πολύτροπος ἡ τῶν ὀνείρων ὄψις ἐστὶ, ματαία δέ· ὁ γὰρ νοῦς τῇ ἀπραξίᾳ τῶν αἰσθήσεων διὰ τοῦ ὕπνου συγκαλυφθεὶς, οὔτε ἐκλάμπειν δι' αὐτῶν δύναται, οὔτε παντελῶς κατασβέννυται. Εἰ δὲ καὶ ὁ τῆς Αἰγύπτου Φαραὼ, καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ δι' ἐνυπνίων εἰς τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν ὁδηγοῦνται, δι' ἕτερον ᾠκονομήθη τοῦτο παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἵνα φανερωθῇ ἡ κεκρυμμένη τῶν ἁγίων σοφία.

Ἰστέον δὲ ὅτι τοῦ νοητοῦ πρὸς τὸ σωματικὸν κοινωνία ἄφραστον καὶ ἀνεπινόητον τὴν συνάφειαν ἔχει. Καὶ τοῦτο προεγράφη.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΑ'.

Καλῶς πάνυ τῶν περὶ ἀνθρώπου διευκρινηθέντων ἡμῖν, ποῦ σοι δοκεῖ ὑπάρχειν ὁ παράδεισος; ἐν οὐρανῷ, ἢ ἐπὶ γῆς; Οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν λέγουσιν ὑπάρχειν ἐπουράνιον νοητὸν, οἱ δὲ ἐπίγειον αἰσθητόν.

Ἀπόκρισις.

Ἐμοὶ αἰσθητὸς δοκεῖ ὑπάρχειν, καὶ ἐπὶ γῆς· σαφῶς καὶ φανερῶς διαῤῥήδην τοῦτο βοώσης τῆς θείας Γραφῆς.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΒ'.

Τί οὖν βούλεται Παῦλος λέγων, *Οἶδα ἄνθρωπον, πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων, εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν· καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἀκηκοότα ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι;* ἐξ ὧν δηλοῦται ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχειν τὸν παράδεισον· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἁρπαγέντα εἰς τρίτον οὐρανὸν, κἀκεῖθεν καταβάντα εἰς τὸν παράδεισον· ἀλλ' ἐν τῇ ἁρπαγῇ ἀμφοτέρων ἐμνήσθη.

Ἀπόκρισις.

Ἀλλ' οὐκ ἐν μιᾷ συντομίᾳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν παράδεισον συναπεφήνατο. *Εἶδον* γὰρ, φησὶν, *ἄνθρωπον ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ*, καὶ πά-

que natura alicui vitiositati obnoxia, mentis operationem suscipere non potest, nisi ad pristinam redierit sanitatem.

Præterea ostenditur per hoc, quod a natura pendet mens. Cum enim illa consistit et excitata est, etiam hæc efficax est et movetur: composita autem somno, manet immobilis. Porro res imaginarias quæ per somnum fiunt, simulacra quædam ejus quæ est in mente operationis, esse putamus; in locis enim insolitis et perplexis aliquoties aliquis sibi videtur esse, quod in vigilante neutiquam accideret. Accidunt autem hæc aliquibus et a morum constitutione, suntque alia fortis, alia meticulosi phantasmata, alia intemperantis, alia sobrii, præterea et liberalis, et ejus qui insatiabilis est; remanent enim in animæ reminiscente sede diurnorum exercitiorum quasi sonitus relicti: aliquoties etiam secundum corporearum qualitatum dispositiones insomnia fiunt. Sic enim sitibundus ad fontes esse sibi videtur; et in conviviis, qui cibi indigus est. Denique multiplex somniorum species est, sed vana; nam mens cessante sensuum actu per somnum contecta, neque per ipsos elucere potest, neque prorsus exstinguitur. Quod autem rex Ægypti Pharao, et Nabuchodonosor per insomnia ad eorum cognitionem ducuntur, quæ futura erant, id propter aliud a Deo dispensatum est, ut manifestaretur abscondita sanctorum sapientia.

Sciendum vero, ejus quod est intellectile ad corpoream communionem, ineffabilem et intellectu incomprehensibilem conjunctionem habere. Atque hoc etiam in præmissis scriptum est.

INTERROGATIO CXLI.

Quando percommode nobis exposuisti ea quæ ad hominem pertinent: ubi tibi videtur esse paradisus, an in cœlo, vel terra? Nam alii quidem ipsum dicunt esse cœlestem et intellectilem, alii vero terrestrem ac sensilem.

Responsio.

Mihi sensilis esse videtur, et in terra; luculente ac manifeste diserteque id tradentibus Litteris sacris.

INTERROGATIO CXLII.

Quid igitur sibi vult Paulus, dicens: *Novi hominem, ante annos quatuordecim, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus novit; et novi hujusmodi hominem raptum in paradisum, et audisse arcana verba, quæ fas non sit homini loqui* [83]? Quibus indicatur in cœlis esse paradisum. Non enim dixit, se raptum in tertium usque cœlum, et inde descendisse in paradisum; sed in raptu utrorumque meminit.

Responsio.

At non uno compendio cœlum et paradisum simul definivit. *Novi* enim, inquit, *hominem raptum, usque in tertium cœlum*, et denuo, *In paradi-*

[83] II Cor. xii, 2-4.

sum. Necessario igitur vestra contra vos usurpanda mihi vox est, sicque deinde ad articuli quæstionem redeundum: dicitis enim ipsum non dixisse, quod descenderit, sed quod raptus fuerit in paradisum; et inde abstulerit, ut apparet, clarissimorum patrum doctrinas. Quandoquidem enim non dixit se ascendisse in paradisum, sed eo raptum esse, annon ascendit? Si vero ascendit cum raperetur, constat quod et descenderit in paradiso raptus. Inquit enim, *Et novi hujusmodi hominem raptum in paradisum.*

λιν, *Εἰς τὸν παράδεισον.* Ἀνάγκη οὖν τῇ ὑμετέρᾳ καθ' ὑμῶν χρήσασθαι φωνῇ, εἶθ' οὕτως ἐπὶ τὴν ζήτησιν τοῦ ἄρθρου φοιτῆσαι· φατὲ γὰρ μὴ εἰρηκέναι αὐτὸν, καταβάντα, ἀλλ' ἁρπαγέντα εἰς τὸν παράδεισον, ἐκ τούτου ἀποσειόμενον, ὡς ἔοικε, τὰς τῶν ἀοιδίμων πατρῶν παιδείας. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔφη ἀναβάντα, ἀλλ' ἁρπαγέντα, παρὰ τοῦτο ἄρ' οὐκ ἀναβέβηκεν; Εἰ δὲ ἀναβέβηκεν ἁρπαγεὶς, δηλονότι καὶ καταβέβηκεν ἐν παραδείσῳ ἁρπαγείς. *Καὶ οἶδα* γὰρ, φησὶ, *τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα εἰς τὸν παράδεισον.*

INTERROGATIO CXLIII.

Sed quia supra nos cœlum cernitur, constat ipsum ascensu usum esse, ut supra ipsum esset, ubi et paradisum intelligimus.

Responsio.

Cur igitur non utrumque complexus, inquit, *Et novi hujusmodi hominem raptum in cœlum et paradisum?* sed interjecto articulo loca distinxit, dicens: *Et novi hujusmodi hominem raptum in tertium usque cœlum, et rursus, raptum in paradisum.* Illud autem, *et rursus*, ad alium aliquem locum transfert: ad similitudinem montis declivi campo circumdati, in quo si quis esse velit, per ingressum in campum facile in eum perveniet; si vero primo conscendere montem voluerit, et ex eo in campum venire, omnino necessarium est ut ab excelso deveniat in planum. Consimiliter puto divum Apostolum primum quidem cœlos ingressum, inde in paradisum devolasse deinde. Fide autem dignus ante Paulum testis rerum divinarum peritus ille Solomo, sensilem super terram paradisum indicans: *Descendit*, inquit, *frater meus in hortum suum* [84], simul Domini significans divinum in carnem adventum, et Pauli in ipso præmonstrans descensum ex cœlis, postquam supra ipsos a terra raptus esset. Frater autem Solomonis et Pauli secundum carnem est Christus, qui in hortum suum descendit. Et rursus alia ratione ipsorum frater, quod ambo Synagogæ alumni facti, circumcisionis cultrum sub jugo legis tolerarunt.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΓ'.

Ἀλλ' ὑπεράνω ἡμῶν ὁρώμενος οὐρανὸς, δηλοῖ ἀναβάσει αὐτὸν χρησάμενον, ὑπεράνω αὐτοῦ γενέσθαι, ἔνθα καὶ τὸν παράδεισον νοοῦμεν.

Ἀπόκρισις.

Διὰ τί οὖν μὴ συνελὼν ἔφη, *Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ παράδεισον;* ἀλλὰ τῇ μεσεμβολῇ τοῦ ἄρθρου, τὰ χωρία διέστησε, φάσκων, *Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ· καὶ πάλιν, ἁρπαγέντα εἰς παράδεισον·* τὸ δὲ, *καὶ πάλιν*, ἐφ' ἕτερον τόπον τινὰ μεθίστησιν· κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ πρανεῖ πεδίῳ κυκλουμένου ὄρους, ἐν ᾧ τις γενέσθαι ἀγάμενος, διὰ τῆς ἐπὶ τοῦ πεδίου πορείας, εὐμαρῶς τούτῳ ἐπιφοιτᾷ· εἰ δὲ βουληθείη πρῶτον ἐπιβῆναι τῷ ὄρει, ἐξ αὐτοῦ δὲ τῷ πεδίῳ, πᾶσα ἀνάγκη ἐκ τοῦ ὑψηλοῦ ἐπὶ τὸ πρανὲς αὐτὸν παραγενέσθαι. Παραπλησίως δοκῶ τὸν ἱερὸν Ἀπόστολον, πρῶτον μὲν τοῖς οὐρανοῖς ἐπιφοιτήσαντα, ἐκεῖθεν εἰς τὸν παράδεισον καταπτῆναι. Ἀξιόπιστος δὲ πρὸ Παύλου μάρτυς ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομὼν, αἰσθητὸν καὶ ἐπὶ γῆς δηλῶν τὸν παράδεισον· *Κατέβη* γὰρ, φησὶν, *ὁ ἀδελφιδός μου εἰς τὸν κῆπον αὐτοῦ*, ὁμοῦ τὴν τοῦ Κυρίου σημαίνων θεανδρικὴν ἐπιφοίτησιν, καὶ τὴν Παύλου ἐν αὐτῷ προφαίνων κατάβασιν ἐξ οὐρανῶν, μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς γῆς ὑπὲρ αὐτῶν ἁρπαγήν· ἀδελφὸς δὲ Σολομῶντος καὶ Παύλου κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς, ὁ εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ καταβάς. Καὶ πάλιν ἕτερος ἀδελφὸς αὐτῶν, ἄμφω τῆς συναγωγῆς ὑπότιτθοι γενόμενοι, καὶ τῆς περιτομῆς τὸ σιδήριον καρτερήσαντες, καὶ τῷ ζυγῷ τοῦ νόμου.

INTERROGATIO CXLIII*.

Quid igitur? Num Servatorem Christum non in cœlis, sed in terra putas, animam, dum crucifigeretur, apud Deum deponere, dicentem: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum* [85]? Et ad latronem, *Hodie mecum eris in paradiso* [86]? Si igitur in cœlo est Deus et Pater Christi, omnino illic et paradisus erit, in quem Christus se promisit introducturum latronem secum crucifixum.

Responsio.

Blasphemum et extremæ dementiæ mihi videtur esse, in cœlo vel paradiso tantum, et non ubique divinum Numen esse arbitrari: in omnibus enim exsistens, omnia quoque complectitur, cœlestia, terrestria, subterranea: proinde et in orcum ingre-

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΓ'*.

Τί οὖν; Σωτῆρα Χριστὸν οὐκ ἐν οὐρανοῖς, ἀλλ' ἐπὶ γῆς νομίζεις τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σταυροῦσθαι παρατίθεσθαι, λέγοντα, *Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παρατίθημι τὸ πνεῦμά μου·* καὶ πρὸς τὸν λῃστὴν, *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ;* Εἰ οὖν ἐν οὐρανῷ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ, ἐκεῖ πάντως καὶ ὁ παράδεισος, ἐν ᾧ τὸν λῃστὴν εἰσάγειν ὁ Χριστὸς ἐπηγγείλατο συσταυρούμενον αὐτῷ.

Ἀπόκρισις.

Βλάσφημον, καὶ πάσης ἀνοίας μοι δοκεῖ, ἐν οὐρανῷ ἢ παραδείσῳ μόνον, καὶ μὴ πάντῃ τὸ Θεῖον οἴεσθαι· ἐν πᾶσι γὰρ ὑπάρχον, καὶ πάντων ἐστὶ περιεκτικὸν οὐρανίων τε καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων· ὥστε οὖν καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ φοιτήσασαν τὴν τοῦ

[84] Cant. VI, 1, sec. LXX. [85] Luc. XXIII, 46 [86] ibid. 43.

Θεοῦ καὶ Λόγου σαρκωθέντος ψυχὴν, ἐν ταῖς πατρῴαις χερσὶν αὐτὴν ὑπάρχειν φαμέν· ἐν παραδείσῳ δὲ γινόμενον Χριστὸν τῇ θεότητι, καὶ τοῦ λῃστοῦ τὴν ψυχὴν συνεπαγόμενον· καὶ οὕτως ταῖς τοῦ Γεννήτορος παλάμαις ἐνδιαιτᾶσθαι αὐτὸν ὁμολογοῦμεν. *Ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις*, φησὶ Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδός· καὶ πάλιν, *Ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς*· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, *Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει*. Εἰ δὲ ὁ οὐρανὸς πάντων ἐστὶν ὑπέρτερος, ᾅδης δὲ τῶν ὅλων βαθύτερος, ἐν τούτοις δὲ τὸ Θεῖον ὑπάρχει, ἅμα τε καὶ πάντα περιέχειν βοῶσιν οἱ θεσπέσιοι, δηλονότι καὶ ὁ Χριστὸς τῇ θεότητι πάντῃ συμπαρὼν τῷ Πατρὶ, ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ παρατίθεται τὴν ψυχήν. Εἰ γὰρ *ψυχαὶ δικαίων ἐν χειρὶ Κυρίου*, καθώς φησιν ὁ Προφήτης, πολλῷ μᾶλλον τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου· παρ' οὗ ἐπίγειον καὶ αἰσθητὸν ὑπάρχειν τὸν παράδεισον παιδευόμεθα· οὐ γάρ φησι τῷ ἐπὶ ξύλου συναπῃωρημένῳ λῃστῇ, *Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ*; Ἀντεισάγει τοίνυν ἐν παραδείσῳ ὁ τὸν λῃστὴν Ἀδὰμ ἐξορίσας, τὸν δυσμενῆ λῃστὴν ἐλεήσας.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΔ'.

Τί οὖν βούλεται Ἡσαΐας, ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ λέγων, *Ἐπὶ τῶν χειρῶν μου ἐζωγράφησά σου τὰ τείχη*; ὅπερ νοοῦμεν περὶ τοῦ παραδείσου λέγεσθαι. Καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ τοῦτο δηλῶν γράφει, *Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶν μήτηρ ἡμῶν*· ἥντινα οὐκ ἄλλην δοκοῦμεν, ἢ τὸν παράδεισον.

Ἀπόκρισις.

Συνηγορεῖν μᾶλλον ἢ κατηγορεῖν μοι ἐοίκατε, ἀντὶ παραδείσου φυτοκόμου καὶ φρουροπώρου πόλιν καὶ τείχη μοι παράγοντες. Τίς δὲ καὶ ὁμωνυμία παραδείσου καὶ Ἱερουσαλὴμ, ἢ οὐρανοῦ καὶ τῆς Ἐδὲμ, ἐν ᾗ τὸν παράδεισον Μωσῆς ὑπὸ Θεοῦ γενόμενον δηλοῖ, φάσκων, *Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς*· οὐχὶ δὲ ἐν οὐρανῷ κατὰ ἀνατολάς· *Καὶ πηγὴ*, φησὶν, *ἀναβαίνει ἐξ Ἐδὲμ ποτίζειν τὸν παράδεισον*· οὐχὶ δὲ καταβαίνει ἐξ οὐρανοῦ· *Καὶ ποταμὸς ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ*, οὐχὶ δὲ κάτεισιν ἐξ οὐρανῶν· *Οὗτος*, φησὶ, *μερίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχὰς*, οὐχὶ δὲ καταρρεῖ εἰς ἀρχὰς τέσσαρας; Ποῦ δὲ ἐν οὐρανῷ συκαῖ, φοίνικες, καὶ ῥοαὶ, καὶ τὰ λοιπὰ, οἷς παράδεισος πυκάζεται, καὶ θάλλειν πέφυκε; Ποῦ δὲ ἐν οὐρανοῖς κρήνη καὶ ποταμοὶ, καὶ φυτὸν παραβάσεως; Ἄκουε τοίνυν τοῦ συγγραφέως τοὺς ἐκ μιᾶς κρήνης ἀποῤῥέοντας τέσσαρας ποταμοὺς προσαγορεύοντος, καὶ οἱονεὶ δακτυλοδεικτοῦντος αὐτοὺς τῇ προσηγορίᾳ. *Καὶ ὄνομα τῷ ἑνὶ Φεισσών. Οὗτος δὲ τὴν Αἰθιοπίαν*, φησὶ, *καὶ τὴν Ἰνδικὴν παροδεύων, Γάγγης παρ' αὐτῶν προσαγορεύεται*· παρὰ δὲ Ἕλλησιν Ἴστρος καὶ Ἰνδὸς ποταμός· παρὰ δὲ Ἰλλυριοῖς καὶ Ῥιπιανοῖς τοῖς παροικοῖς τοῦ Ἴστρου, Δανούβης· παρὰ δὲ Γότθοις Δουναῦτις· πᾶσαν δὲ τὴν γῆν Εὐϊλὰτ κυκλῶν, τὴν δευτέραν Αἰ-

dicentem Dei et Verbi incarnati carnem in paternis manibus esse dicimus. In paradiso autem fuisse Christum divinitate, et una latronis animam adduxisse, sicque in Genitoris manibus ipsum fuisse confitemur. *Deus* enim *noster in cœlo, et in terra, et in mari, et in omnibus abyssis* [87], inquit Davides divinorum ille carminum auctor : et rursus : *Quoniam in manu ejus sunt fines terræ* [88] ; et iterum inquit idem : *Si in cœlum ascendero, tu illic es; si descendero in orcum, tu ades* [89]. Quod si cœlum omnium est summum, orcus autem omnium infimus, et in iis Numen est, simulque ipsum omnia continere clamant viri divini : constat, quod et Christus divinitate ubique præsens Patri, nihilominus in manibus ejus deposuerit animam. Si enim *animæ justorum in manu Domini* [90], quemadmodum inquit Propheta, multo magis Dei et Verbi, de quo terrestrem et sensilem esse paradisum docemur ; non enim inquit ad latronem in ligno secum suspensum, *Hodie mecum eris in paradiso?* Reducit igitur in paradisum qui latronem Adamum in exsilium egerat, inimicum latronem, cujus misertus erat.

INTERROGATIO CXLIV.

Quid igitur sibi vult Isaias, in persona Dei dicens : *In manibus meis depinxi muros tuos* [91] ? Id quod de paradiso dici intelligimus. Sed et Apostolus idem his verbis indicat, *Quæ sursum est, Hierosolyma, libera est, quæ est mater nostra* [92]. Eam vero nullam putamus aliam, quam paradisum.

Responsio.

Patrocinari potius quam adversari mihi videmini pro paradiso arboribus consito et poma custodiente, civitatem et muros mihi adducentes. Est autem etiam æquivocatio paradisi et Hierosolymæ, vel cœli et Edem, ubi paradisum a Deo factum Moses indicat, dicens : *Et plantavit Deus paradisum in Edem ad orientem* [93] : non autem in cœlo ad orientem. *Et fons*, inquit, *ascendit ex Edem ad irrigandum paradisum* [94] : non autem, descendit ex cœlo. *Et fluvius egreditur ex Edem* [95], non autem, descendit ex cœlis. *Hic*, inquit, *dividitur in quatuor principia* [96], non autem, deorsum fluit in quatuor capita. Ubi autem in cœlo sunt fici, palmæ, mala punica, cætera quæ paradisus plurima continet, et quibus floret naturaliter? Ubi vero in cœlo fons et flumina et arbor transgressionis? Audi igitur historiæ auctorem ex uno fonte quatuor flumina effluentia pronuntiantem, et ea quasi digito demonstrantem per ipsam appellationem. *Et uni nomen Phison* [97]. *Hic vero Æthiopiam*, inquit, *et Indiam prætertabens, Ganges ab ipsis appellatur* [98]. Apud Græcos autem Ister et Indus fluvius dicitur. Apud Illyrios autem et Ripianos accolas fluminis, Danubis ; apud Gothos vero Dunautis. Omnem vero terram Evilat circumiens, secundam videlicet Æthiopiam et partes Ely-

[87] Psal. CXXXIV, 6. [88] Psal. XCIV, 4. [89] Psal. CXXXVIII, 8. [90] Sap. III, 1. [91] Isa. XLIX, 16. [92] Gal. IV, 26. [93] Gen. II, 8. [94] ibid. 6. [95] ibid. 10. [96] ibid. [97] ibid. 11. [98] ibid. 13.

mæorum, percurrensque primam Æthiopiam, sic deinde rursus effusus ad austrum et occidentem intra Gadira, in celebrem illum effunditur Oceanum.

INTERROGATIO CXLV.

Ne sermoni finem hic imponas, benigne Pater, sed secundi fluminis impetum sermone describens, perfecte nos exhilara.

Responsio.

Secundus Gehon est, qui apud Ægyptios Nilus appellatur, totam inundans leniter et irrigans quotannis Ægyptum: navibus autem transitum per vela præbens, arationis opera fieri permittit, et aquatilia se terrestribus aggregare, quorum alia quidem herbis vescuntur, alia vero vescuntur carnibus: maximam autem prælerlabens Æthiopiam, per minorem fluit, perque Anumetam, et Blemmyam, et Auxumetam, et partes Thebaidis et Ægypti, sic deinde in mare effunditur. Jeremias inter alios vates multa expertus certamina a reditu in Ægyptum inhibens furiosum Israelem, diserte clamat: *Quid tibi cum Ægypto, ut turbatam bibas aquam* [99]? Hoc est, aquam Nili turbulentam.

INTERROGATIO CXLVI.

Quæsumus ne graveris propter temporis brevitatem etiam ea paucis edisserere quæ ad tertium fluvium pertinent, unde oriatur, et ubi desinat.

Responsio.

Qui post secundum ex eadem scaturigine procedit, Tigris a divina appellatur Scriptura [1], manans quidem recta versus Syros, pertransiensque partes Orientis, ad immensum spatium terram subit, rursusque emergit in Armenia, dividiturque in regione Assyriorum.

INTERROGATIO CXLVII.

Ut solitum hoc de oratione tua gaudium percipiamus, etiam quartum nobis flumen describere velis.

Responsio.

Ex eodem utero exundans quartus est Euphrates [2] ille celebris, qui etiam Indicos quosdam paradisi fructus foliaque amne suo trahens, ad nos transvehit. Qui similiter, ut alter, ex eadem scaturigine fluens, subterraneus aliquousque labitur, et redundat juxta Armeniam, unde manat per Babylonem. A navigantibus autem quilibet horum transitur immensa ferentibus onera navibus, post subterraneam refusionem ad ulteriora, tanquam ad paradisum per occultos illos meatus contendere volentibus. Verum ad loca inaccessa pervenire frustra conati, per adversi fluminis navigationem, vel littora legendo itinere terrestri saltem indagare aditum ad ipsum tentarunt. Ex quibus Ægyptii quidam aquæ potores et seminibus vescentes, neque crasso victu nostro ab incunabulis utentes, diversorum seminum commeatu comparato, et multis impletis navibus, expeditum potum ex eo

[99] Jerem. II, 18. [1] Gen. II, 14. [2] ibid.

θιοπίαν καὶ τὰ μέρη τῶν Ἐλυμαίων, καὶ διαθέων τὴν πρώτην Αἰθιοπίαν, εἶθ' οὕτως ἐκρέων ἐπὶ τὰ νότια καὶ τὴν ἑσπέραν ἔσωθεν Γαδείρων, εἰς τὸν διαβόητον ἐκκρίνεται Ὠκεανόν.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΕ'.

Μὴ ἐνταῦθα παύσῃ τοῦ λέγειν, φιλότεκνε Πάτερ, ἀλλὰ καὶ τοῦ δευτέρου ἡμῖν ποταμοῦ τὴν ὁρμὴν τῷ λόγῳ διαγράφων, τελείως εὔφραινε.

Ἀπόκρισις.

Δεύτερος Γεὼν ὑπάρχει, ὁ παρ' Αἰγυπτίοις Νεῖλος προσαγορευόμενος, πᾶσαν ἐπικλύζων πρᾶος καὶ ἀῤῥεύων κατ' ἔτος τὴν Αἴγυπτον· ναυσὶ δὲ πορούμενος μεταξὺ τῶν ἀρμένων, τοῖς ἀρότροις ἐπιτρέπει ἐργάζεσθαι, καὶ τὰ ἔνυδρα τοῖς χερσαίοις συναγελάζεσθαι, τὰ μὲν ποιηβοροῦντα, τὰ δὲ κρεηβοροῦντα· τὴν δὲ μεγίστην ἐπιθέων Αἰθιοπίαν, διαῤῥεῖ τὴν ἐλάσσονα, Ἀνουμήτην τε καὶ Βλεμμύαν, καὶ Αὐξουμήτην, καὶ τὰ μέρη τῆς Θηβαΐδος καὶ Αἰγύπτου, εἶθ' οὕτως εἰς τὴν θάλασσαν ταύτην ἐκκρίνεται. Ἱερεμίας ὁ τῶν προφητῶν πολύαθλος τῆς ἐπ' Αἴγυπτον παλινδρομίας εἴργων τὸν φρενόλυσσον Ἰσραὴλ, διαῤῥήδην βοᾷ, *Τί σοὶ καὶ τῇ Αἰγύπτῳ τοῦ πιεῖν ὕδωρ τεθολωμένον;* Τοῦ Νείλου ὕδωρ θολόν.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜϚ'.

Δεόμεθά σου μὴ ὀκνῆσαι διὰ βραχὺ τῆς ὥρας, ἀλλὰ δι' ἐπιτόμου εἰπεῖν καὶ τὰ περὶ τοῦ τρίτου ῥεύματος, πόθεν ἄρχεται, καὶ ποῦ καταλείπει.

Ἀπόκρισις.

Ὁ μετὰ τὸν δεύτερον τῆς αὐτῆς ὑδροχόης προερχόμενος, Τίγρις ὑπὸ τῆς θείας προσαγορεύεται Γραφῆς, πορευόμενος μὲν κατ' ἐναντίας Συρίων, διαφοιτῶν δὲ τὰ μέρη τῆς Ἑῴας, δύνει ὑπὸ τὴν χέρσον ἐπάπειρον, καὶ ἀναπαφλάζει πάλιν κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, διατεμνόμενος ἐν τῇ τῶν Ἀσσυρίων χώρᾳ.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΖ'.

Πλείως ἡμᾶς εὐφραίνων τῷ λόγῳ, καὶ τοῦ τετάρτου ἡμῖν τὴν ῥώμην εἰπεῖν καταξίωσον.

Ἀπόκρισις.

Ὁ τῆς αὐτῆς νηδύος ἐκκυμαινόμενος τέταρτος ὑπάρχει Εὐφράτης ὁ διαβόητος· ὁ καὶ Ἰνδικάς τινας τῆς τοῦ παραδείσου φθινοπωρείας καὶ φυλλοροῆς τῷ ῥείθρῳ ἐπισυρόμενος, καὶ διακομίζων ἡμῖν ὁμοίως τῷ ὁμοκρήνῳ ἐφ' ἱκανὸν ὑπόγειος καθιστάμενος, ἀναβλύζων πάλιν κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, ἐκεῖθεν διαβλύζει τὴν Βαβυλῶνα. Ναυσιπορεῖται δὲ τούτων ἕκαστος μυριοφόροις ὁλκάσιν, μετὰ τὴν ὑπόγειον χέωσιν εἰς τὰ ἐπέκεινα· οἷον ἐπὶ τὸν παράδεισον τῇ καταδύσει ἀποσφάλλοντες· καὶ ἀνεπίβατα ποιοῦντες, τοῖς διὰ τοῦ ἀνάπλου, ἢ τῆς τῶν ἠϊόνων παραδρομῆς διὰ χέρσου ἰχνεύειν πειρωμένοις τὴν ἐπ' αὐτὸν πορείαν. Ἐξ ὧν τινες τῆς Αἰγύπτου ὑδροπόται καὶ σπερμοβόροι ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς παχείας διαίτης ἐκ σπαργάνων ὑπάρχοντες, ἐπισιτισάμενοι σπερμάτων διαφορὰς, καὶ πληρώσαντες ἱκανὰς τῶν νηῶν, τὸ δὲ φέρον αὐτοὺς ῥεῖθρον ἕτοιμον πότον ἔχοντες, τῷ αὐτῷ καὶ τὰ ὄσπρια δεύοντες· καὶ πρὸς ἐδωδὴν ἐξευμαρί-

ζοντες αὐτοῖς, διὰ τοῦ παραθέοντος Γεὼν, Νείλου δὲ παρ' αὐτοῖς προσαγορευομένου ἀναπλέοντες, ἐπειρῶντο τῷ ῥείθρῳ χειραγωγούμενοι εὑρίσκειν τὸν μετὰ τὸν Ἀδὰμ πᾶσιν ἀθέατον παράδεισον· ἐπὶ μήκιστον δὲ ἀνανηξάμενοι χρόνον, καὶ ἔξω τῆς οἰκουμένης γενόμενοι, καὶ ἐν ἀμηχάνοις τῷ πυρὶ τοῦ ἡλίου κατεφλέγοντο, καὶ τοῦ ῥεύματος ἐκεῖθεν παφλάζοντος, οὐδ' ἄκροις τοῖς δακτύλοις ἢ χείλεσι ψαύειν λοιπὸν τοῦ πότου δυνάμενοι, ἐπὶ τὴν ὅθεν ἀπενήξαντο τοὺς οἴακας ἰθύνοντες, τῇ ἐνεγκαμένῃ εἰσεκομίσθησαν· μηδ' ὁτιοῦν τῶν σιτηρῶν ἐπαγόμενοι, τῷ μακρῷ ἐνδαπανηθέντων χρόνῳ, ὥς τινες Αἰγυπτίων ἱστόρησαν. Οἱ δὲ ἀστοχήσαντες πλωτῆρες τοῦ μακαρίου θεάματος, ἐναργῶς τὰ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος ἐπαιδεύθησαν· *Βαθύτερά σου μὴ ἐρεύνα, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ἐξέταζε· ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ.* Εἰ δὲ κατὰ Ὠριγένην τὸν ἀνοσιώτατον, οὐκ ἐπὶ γῆς ὁ παράδεισος, πῶς εἰς τὴν ἱστορίαν ἐκείνου Αἴγυπτος πέπομφε; πῶς δὲ καὶ Μωϋσῆς ὁ τῶν θείων πρῶτος συγγραφεὺς φησιν, *Καὶ κατέβη Κύριος εἰς τὸν παράδεισον*, οὐχὶ δὲ, Ἀνέβη; *Καὶ εἰσήγαγε Κύριος τὸν Ἀδὰμ εἰς τὸν παράδεισον*, οὐχὶ δὲ, Ἀνήγαγεν; Εἰ δὲ οὐκ ἐπὶ γῆς ὁ παράδεισος, κατὰ τὸν μυθολόγον, οὐδὲ ἡ κρήνη τετραχῶς διαιρουμένη, πόθεν οὖν πρόκειται Γεὼν, Φεισσὼν, Τίγρις, Εὐφράτης. Ποῦ δὲ ἐν οὐρανοῖς συκῆ, ἢ σταφυλὴ, οἷς παραβάντες περιεστείλαντο; Εἰ δὲ οὐκ αἰσθητὸν, καὶ παρ' ἡμῖν τὸ χωρίον, οὐδὲ συκῆ πάντως· εἰ δ' οὐχ ὑπάρχει τὸ φυτὸν, οὐ βεβρώκασιν οἱ προπάτορες· εἰ δὲ οὐκ ἔδοντο, οὐ παρέβησαν, οὐδ' ὑπάρχει ὁ Ἀδὰμ, οὐδὲ ἐξ ἐκείνου ἡ Εὔα, οὐδὲ ἐξ ἀμφοῖν ἡμεῖς, οὐδ' ἕτερος καθ' ἡμᾶς.

quod ipsos portabat, flumine habentes, eodemque et legumina madefacientes, et sibi ad cibum emollientes, per prætercurrentem Geonem, apud ipsos autem Nilum appellatum, navigantes, tentarunt fluminis ductu invenire post Adamum nemini visum paradisum. Postquam autem tempore longissimo navigarunt, et extra habitabilem orbem delati sunt, in difficilibus locis igne solis adurebantur, flumineque illic toto fervente, cum ne quidem summis digitis aut labiis illud amplius attingere possent, ad eam unde navigio venerant terram gubernacula dirigentes, in patriam delati sunt, non reportantes quidquam commeatus, omnibus longo temporis spatio absumptis, ut aliqui Ægyptiorum tradiderunt. Cæterum hi nautæ qui a beato illo spectaculo aberrarunt, clarissime sapientis illius Salomonis verba didicerunt: *Profundiora te ne scruteris, et sublimiora te ne inquiras: quæ tibi mandata sunt, illa cogita*[3]. Quod si secundum Origenem illum impium non est in terra paradisus, quamobrem suos homines ad illum inspiciendum Ægyptus ablegavit? Quomodo item Moses primus ille scriptor rerum divinarum inquit: *Et descendit Dominus in paradisum:* non autem, ascendit? *Et introduxit Dominus Adamum in paradisum*[4]: non autem, subvexit? Præterea, si non est in terra paradisus, ut vaniloquus ille nugatur, neque fons ille quadripartito divisus, unde diffunditur Geon, Phison, Tigris, Euphrates. Ubi autem in cœlis ficus, aut uva, quorum consutis foliis homines illi primi post lapsum sese tegebant? Jam si neque sensilis est, neque apud nos ea regio: ne quidem omnino in ea ficus erat. Si non erat arbor in ea, non etiam comederunt primi parentes: quod si non comederunt, neque transgressi sunt: nec exstitit Adamus, neque ex illo Eva, neque ex ambobus nos, neque alius post nos.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΗʹ.

Τί οὖν; τὸν διάβολον οὐ νομίζεις τοῦ οὐρανοῦ ἐκπεπτωκέναι; Ὥσπερ γὰρ ἐπ' ἐκείνου, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου λέγομεν, τὴν ἔκπτωσιν δηλονότι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

Ἀπόκρισις.

Ἀναμφιβόλως φαμὲν τῶν ὑπερκοσμίων κατεῤῥωγέναι τὸν ἀρχέκακον δαίμονα, τοῦ θεωροῦ τῶν Χερουβὶμ Ἰεζεκιὴλ (98*) αὐτὸν ἀποδυρομένου, καὶ φάσκοντος, *Πῶς ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος;* Συμφώνως δὲ τῷ οἰκέτῃ ἐν Εὐαγγελίοις φησὶν ὁ Κύριος, *Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν πεσόντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*· ἐπὶ δὲ τοῦ Ἀδὰμ, οὐδέπου τῆς θείας Πυκτῆς τοῦτο κείμενον εὑρεθήσεται. Εἰ γὰρ καὶ ἡ συνήθειά φησι τὸ *ἐξέπεσε* περὶ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ μετὰ τὴν ἔκπτωσίν φησι τοῦ Ἀδὰμ, οὐ μέντοι πρόκεινται οἱ οὐρανοὶ τῇ ἐκπτώσει, καθὼς ἐπὶ τοῦ Βελιάλ. *Ἔκπτωσιν* δέ φαμεν καὶ τὸ ἐκ πλούτου καὶ περιφανείας εἰς πτωχείαν ἐλάσαι, καὶ τὴν ἐξ ἀρετῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπονόστησιν, καὶ τὴν ἐκ παρθενίας ἐπὶ λαγνείαν ἀφορμὴν, καὶ τὴν λῆξιν τοῦ σώματος. Ἆρ' οὖν τῶν οὐρανῶν ἐκπεπτώκασιν οὗτοι; Οὐδαμῶς.

INTERROGATIO CXLVIII.

Quid igitur? an diabolum non putas excidisse cœlo? Quemadmodum enim de illo, sic et de homine dicimus, lapsum videlicet ex cœlis.

Responsio.

Procul dubio dicimus ex ultramundanis præcipitatum auctorem illum mali dæmonem, spectatore cheruborum Ezechielo ipsum deplorante, atque dicente: *Quomodo excidit cœlo Lucifer*[5]? Consentiens autem cum servo in Evangelio Dominus, inquit: *Videbam Satanam veluti fulgur de cœlo cadentem*[6]. De Adamo autem hoc nusquam in divinis Litteris positum invenietur. Quanquam enim consuetudo verbum *excidendi* usurpet de homine, itemque vocabulum lapsus de Adamo: non tamen præpositum est cœli nomen ante casum, quemadmodum de Belialo. Et verbo *excidere* utimur etiam, cum ex divitiis et splendore ad paupertatem quis devenit, vel a virtute ad vitia redit, vel ex virginitate ad scortationem ruit, vel cum corpus interit. Num igitur ex cœlis exciderunt illi? Nequaquam: enim-

[3] Eccli. III, 22. [4] Gen. II, 15. [5] Isa. XIV, 12. [6] Luc. X, 18.

(98*) Ἰεζεκιήλ. Memoriæ lapsu Ezechielem pro Isaia citavit auctor.

vero utendum existimo divinarum Litterarum subsidio, et ex sacro scriptore Moyse demonstrationes praeferendas. Inquit autem is: *Et posuit Deus hominem, ut coleret et custodiret paradisum* [7]. A quonam, quæso, ipsum custodire debet, siquidem in cœlis angeli ignorant furari? Ursus vero poma devorans, aut sus, aut singularis in cœlis non sunt, nec erinaceus ille, qui gramine vescitur; nec item vulpes apum alveare perfodiens, ipsarumque sonos perturbans, aut favos devorans; non leo crudivorus, non rapax lupus, non aquila vel gryphus, non aliud quid eorum quæ sunt apud nos, in cœlis est, quæ vel solam increpationem Adami extimescentia, tangere vel accedere paradisum verebantur. Omnia enim ad ipsius intremiscebant vocem ante transgressionem. De transgresso autem inquit: *Et ejecit ipsos ex paradiso* [8], non autem dejecit: *Et collocavit ipsos*, inquit, non infra, sed *e regione paradisi. Et posuit cherubos, et flammeum gladium versatilem ad custodiendum*, non ascensum, sed *ingressum ad lignum vitæ* [9]. Versatilem autem ipsum inquit, ad feriendum eminus ad id accedentia, sive animantia bruta, sive dæmonia: quemadmodum facere solent agrorum custodes, clamore tam volatiles quam quadrupedes bestias arcentes a vineis et ficetis, agitatione autem gladii qui in manibus est, illiusque fulgore homines eminus venientes ad direptionem frugum, perterrent. Aliquoties item fundæ agitatione jacto lapide, eminus advenientem prædonem metu percellunt.

μῶς· ἀλλὰ δεῖν ᾠήθην τῇ θείᾳ Γραφῇ βοηθῷ χρήσασθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἱερογράφου Μωϋσέως ἀποδείξεις παρέχεσθαι. Φησὶ γοῦν· *Καὶ ἔθετο ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν τὸν παράδεισον*. Ἀπὸ τίνος οὖν ἄρα φυλάσσειν αὐτὸν ὀφείλει, εἴπερ ἐν οὐρανοῖς ἄγγελοι κλέπτειν οὐκ ἴσασιν; Ἄρκτος δὲ ὀπωροβόρος, ἢ ὗς, ἢ μονιὸς, ἐν οὐρανοῖς οὐχ ὑπάρχει· οὐδὲ χοιρόγρυλλος ποηφάγος· οὐδὲ ἀλώπηξ τοὺς σίμβλους τῶν μελιττῶν διορύττων, καὶ τοὺς βόμβους αὐτῶν διαλύων, ἢ κατεσθίων τὰ κηρία· οὐ λέων αἱμοβόρος, οὐ λύκος ἅρπαξ, οὐκ ἀετὸς, ἢ γρύψ· οὐχ ἕτερόν τι τῶν παρ' ἡμῖν ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· ἃ καὶ μόνην τὴν ἐπιτίμησιν τοῦ Ἀδὰμ φρίττοντα, ψαύειν ἢ παρεμβαλεῖν τῷ παραδείσῳ ἐδεδοίκει. Πάντα γὰρ αὐτοῦ ἔτρεμον τὴν φωνὴν πρὸ τῆς παραβάσεως· παραβάντα δέ φησι· *Καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς τοῦ παραδείσου*, οὐχὶ δὲ, Κατέβαλε· *Καὶ κατῴκισεν αὐτοὺς*, φησὶν, οὐχ ὑποκάτω, ἀλλ' *ἀπέναντι τοῦ παραδείσου· καὶ ἔθετο τὰ Χερουβὶμ, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην, φυλάσσειν*, οὐ τὴν ἄνοδον, ἀλλὰ *τὴν εἴσοδον τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς*. Στρεφομένην δὲ αὐτήν φησι, πρὸς τὴν πόῤῥωθεν κατάπληξιν τῶν ἐπαυτομολούντων ἢ ἀλόγων, ἤτοι δαιμόνων· οἷόν τι δρᾷν εἰώθασιν οἱ ἀγρόται, τῇ μὲν βοῇ τὰ πτηνά τε καὶ τετράποδα εἴργοντες τῶν ἀμπελώνων καὶ σικυηράτων· τῇ δὲ περιστροφῇ τοῦ ἐν χερσὶ φασγάνου, καὶ τῇ ἐκεῖθεν ἀστραπῇ βροτοὺς ἔτι πόῤῥωθεν ἥκοντας ἐπὶ λῃστείαν τῶν καρπῶν κατέπληξε· πολλάκις δὲ καὶ σφενδόνης περιστροφῇ τῷ ἐκεῖθεν βληθέντι λίθῳ, πόῤῥωθεν τὸν ἐπήλυδα συλώτην κατεπτόησεν.

INTERROGATIO CXLIX.

Quid tibi videntur esse pelliceæ tunicæ, quibus post lapsum Adamum et Evam Dominus induit? Audivimus enim quemdam præclare dicentem, quod homo mens rationalis fuerit, et animal incorporeum rationale. Postquam autem peccavit, per inobedientiam erga Deum exhibitam, separatam esse mortuamque mentem, et animam ideo vocatam esse, quod frigefactus calor mentis amplius remanere non potuerit, et ministrare supernis, sed hoc corpus induisse, quod pelliceam tunicam vocat Scriptura, ad supplicium circumdatam ei qui peccaverat, ut ei veluti carcer et pœna sit. Ideo et Deum rogarunt sancti, ut morerentur et liberarentur ab hoc supplicio. Davides quidem dicit: *Educ ex carcere animam meam* [10]. Paulus autem: *Miser ego homo, quis me eripiet ex corpore mortis hujus* [11]? Jobus denique incessanter mortem optabat, non amplius ferens in corpore pelliceæ tunicæ supplicium.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΜΘ'.

Τί σοι δοκοῦσιν οἱ δερμάτινοι χιτῶνες, οὓς μετὰ τὴν ἔκπτωσιν, τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν ὁ Κύριος ἐνέδυσε; Ἀκηκόαμεν γάρ τινος καλῶς λέγοντος, ὅτι νοῦς λογικὸς ὑπάρχων ὁ ἄνθρωπος, καὶ ζῶον ἀσώματον λογικὸν, μετὰ δὲ τὸ ἁμαρτεῖν παρακούσαντα Θεῷ ἀφορισθῆναι τὸν ἀποψυχθέντα νοῦν, καὶ ψυχὴν διὰ τοῦτο κληθῆναι, διὰ τὸ ψυγὲν τὸ θερμὸν τοῦ νοῦ μηκέτι δύνασθαι παραμένειν, καὶ συλλειτουργεῖν τοῖς ἄνω· ἀλλ' ἐνδυθῆναι τὸ σῶμα τοῦτο, ὅπερ δερμάτινον χιτῶνα λέγει ἡ Γραφὴ, πρὸς τιμωρίαν περιτεθέντα τῷ ἁμαρτάνοντι, καὶ ὥσπερ κόλασιν αὐτοῦ καὶ φυλακὴν ὑπάρχοντα· διὸ καὶ ἐδέοντο τοῦ Θεοῦ οἱ ἅγιοι ἀποθανεῖν καὶ ῥυσθῆναι τῆς τιμωρίας· ὁ μὲν Δαβὶδ λέγων, *Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὴν ψυχήν μου*· ὁ δὲ Παῦλος, *Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου*; ὁ δὲ Ἰὼβ ἀπαύστως τὸν θάνατον ηὔχετο, μηκέτι φέρων τὴν ἐν τῷ σώματι τοῦ δερματίνου χιτῶνος κόλασιν.

Responsio.

Illud jam ante suspicans in præcedentibus dixi, vos idem sentire cum venenatis pestiferisque Origenis dogmatibus, quæ simpliciores decipiunt. Neque enim in cœlo peccantes animæ condemnatæ sunt, ut in corpore punirentur, non amplius valentes obire ultramundani ministerii sacrum officium. Nam si ad correctionem et castigationem istis corporibus

Ἀπόκρισις.

Ἤδη ἀνωτέρω αἰσθόμενος ἔφην, ὑμᾶς τὰ Ὠριγένους φρονεῖν δηλητήρια καὶ φθοροποιὰ δόγματα, τοὺς ἁπλουστέρους σκελίζοντα. Οὐ γὰρ κατ' οὐρανὸν ἁμαρτοῦσαι ψυχαὶ ἐν σώματι κατεκρίθησαν τιμωρεῖσθαι, μηκέτι δυνάμεναι συμπεριπολεῖν τῇ ὑπερκοσμίῳ τελευτῇ. Εἰ γὰρ πρὸς διόρθωσιν καὶ νῆψιν τοῖς σώμασι τούτοις κατεκλείσθησαν, πῶς ἐν τούτῳ βαρυτέρως

[7] Gen. II, 15. [8] Gen. III, 24. [9] ibid. sec. LXX. [10] Psal. CXLI, 8. [11] Rom. VII, 24.

ἁμαρτάνουσιν; Ὁ δὲ ἐν φρουρίῳ τιμωρούμενος δηλονότι καὶ βουλόμενος ἁμαρτεῖν, οὐχ οἷός τε ὑπάρχει· διὰ τί δὲ ἄρα καὶ τοὺς δαίμονας ἅμα τῷ διαβόλῳ νοῦς ὑπάρχοντας καὶ ἀσωμάτους, ἁμαρτήσαντας καὶ τῶν οὐρανῶν καταῤῥαγέντας, μὴ ἐν σώμασι καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς πρὸς νῆψιν καὶ διόρθωσιν κατησφαλίσατο; Ἆρα δὲ καὶ Μωσῆς τῷ λαῷ ἐπευχόμενος, χιλιοπλασίους καὶ ἀναριθμήτους γενέσθαι ὡς τὴν ψάμμον τῆς θαλάττης, ἐβούλετο τοσαύτας νοερὰς δυνάμεις κατ' οὐρανὸν ἁμαρτούσας καταβληθῆναι πρὸς σώματα, εἰς προσθήκην τῶν ἐπιγείων; Καὶ Ἄννα δὲ ἡ θεόφρων περὶ παιδοποιίας ἐκλιπαροῦσα τὸ Θεῖον, ἆρα ἐδεῖτο νοερὰν καὶ ἀσώματον δύναμιν τῶν οὐρανῶν ἐκπεσεῖν, ἵν' ἐκείνη γεννήσῃ βροτόν; Ἢ αὖ πάλιν Δαβὶδ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, τοῖς ἐναρέτοις ἐπευχόμενος τὸ, *Καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου*, ἆρα ἱμείρετο τῇ ἐκπτώσει τῶν ὑπερκοσμίων δυνάμεων τοῦ δικαίου τὸ γένος πληθύνεσθαι; Εἰ δ' ἁμαρτούσας κατ' οὐρανὸν ψυχὰς πρὸς τιμωρίαν τοῖς ἡμετέροις συνέδησε σώμασι, διὰ τί καὶ τὰς μηδὲν ἁμαρτούσας παραπλησίως ἐκείναις κατέκρινεν, ἐν σώμασιν αὐτὰς τιμωρούμενος κατ' ἐκείνας; Ἰδοὺ γὰρ αὐτὸς μαρτυρεῖ περὶ τοῦ μεγάλου Ἰὼβ, πρὸ τοῦ καὶ τῆς κατὰ διαβόλου ἀνδρείας, φάσκων, *Οὐκ ἔστι τῶν ἐπὶ γῆς ἄνθρωπος κατὰ τὸν θεράποντά μου Ἰὼβ, δίκαιος, καὶ ἀληθινὸς, ἄμεμπτος, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος.*

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝ'.

Ἀλλ' ἰδοὺ τί εἶπας εἰρηκέναι τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος τῶν ἐπὶ γῆς· ὅπερ δηλοῦντός ἐστιν ὑπάρχειν ἑτέρους ἀνθρώπους νοητοὺς ἐν οὐρανῷ, ἐξ ὧν ἁμαρτήσας Ἰὼβ, σώματι πρὸς τιμωρίαν συνεδέθη· καὶ δι' ἀρετῆς ἀποκαθαρθεὶς, πρὸ τῆς πληγῆς μαρτυρεῖται ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δικαιότερος ὑπάρχειν τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων, οὐ μέντοι τῶν ἐν οὐρανοῖς.

Ἀπόκρισις.

Ὄψις καὶ ἁφὴ ἀκοῆς πιστοτέρα μοι δοκεῖ· ἐάσωμεν τοίνυν τὰ εἰκῇ καὶ ἀναποδείκτως ἀκουόμενα, καὶ μᾶλλον ψηλαφήσωμεν τὰ ὁρώμενα. Οὐ γὰρ οἷός τε εἶ ἀποδεῖξαι ἐκ τῆς περὶ τοῦ Ἰὼβ θείας φωνῆς, ἑτέρους παρὰ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχειν ἀνθρώπους νοητούς· ἄθρει δὴ οὖν, καὶ ψηλάφησον τὰ ὑπ' ἐμοῦ σοι ἐναργῶς παρὰ τῆς θείας φωνῆς παραδιδόμενα. Ἐπεὶ γὰρ ἐν τοῖς παρῳχηκόσι χρόνοις, πρῶτος δικαίων ὑπῆρξεν Ἄβελ, μετ' ἐκεῖνον Σὴθ, εἶτα Ἐνὼχ, Νῶε, εἶτα Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· οὗτοι δὲ πάντες κοιμηθέντες, ὑπὸ γῆν ἐτύγχανον, μόνου κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους τῶν ἐπὶ γῆς βροτῶν δικαίου τοῦ Ἰὼβ τυγχάνοντος· ὡς καὶ τοῦ Λὼτ ἐν τῇ πενταπόλει Σοδόμων, μόνου ἐναρέτως βιοῦντος, δικαίως τὸν ἐκείνων ἐκφυγεῖν θάνατον. Τῶν οὖν προκοιμηθέντων δικαίων ὑπὸ γῆν τυγχανόντων, μόνος τῶν ἐπὶ γῆς δίκαιος ὑπῆρχεν Ἰώβ. Ὅτι δὲ οὐχ ἁμαρτὼν κατ' οὐρανοὺς καὶ κατάκριτος, σώματι συναφθεὶς, ἐπὶ δικαιοσύνην ἤλασε, τοῖς μετ' ἐκεῖνον παιδευόμεθα. Ποίαν γὰρ ἐπιδειξάμενος ἀρετὴν

inclusæ sunt, quomodo in hoc gravius peccant? Qui vero in custodia punitur, constat quod etiamsi velit peccare, non possit. Cur autem non et dæmones una cum diabolo, cum sint mentes et incorporei, postquam peccaverunt et ex cœlis præcipitati sunt, non in corpore, quemadmodum nos, etiam ipsos ad sobrietatem et correctionem confirmavit? Num vero etiam Moses populo superveniens, ut essent infiniti et innumerabiles, velut arena maris, volebat tot intellectiles potestates in cœlo peccantes ad corpora dejici, in augmentum eorum qui erant in terris? Et Anna religiosa femina pro fecunditate Numen exorans, num rogabat ut intellectilis et incorporea potestas ex cœlis caderet, quo ipsa hominem generaret? Aut Davides divinorum ille carminum auctor, pro piis illud votum faciens: *Et videas filios filiorum tuorum* [12], num cupiebat per lapsum ultramundanarum potestatum justi genus multiplicari? Quod si animas quæ in cœlo peccaverunt, ad supplicium nostris colligavit corporibus, cur etiam eas quæ non peccaverunt, consimiliter cum illis condemnavit, in corporibus ipsas puniens quemadmodum et illas? Ecce enim quomodo ipse testatur de magno Jobo, ante ostensam adversus diabolum fortitudinem: *Non est in terra quisquam homo similis servo meo Jobo, qui justus est et verax, inculpatus, pius, abstinens ab omni re mala* [13].

INTERROGATIO CL.

Sed vide quid dixeris, dixisse Deum, quod non sit homo in terra: quod est ejus qui innuit, alios esse homines intellectiles in cœlo, ex quorum numero Jobus, postquam peccavit, corpori ad supplicium colligatus est, et per virtutem repurgatus, ante plagam testimonium accepit a Deo, quod justior sit illis hominibus qui sunt in terra, non tamen illis qui sunt in cœlis.

Responsio.

Visus et tactus mihi videntur auditu magis fide digna esse. Proinde relinquamus, quæ frustra et absque demonstratione audiuntur, et potius contrectemus quæ videntur. Neque enim demonstrare potes ex divina voce de Jobo, alios præter eos qui sunt in terra, in cœlis esse homines intellectiles. Aspice igitur, et palpa quæ tibi a me evidenter de divina voce ex voce divina traduntur. Quandoquidem enim præteritis temporibus primus justorum fuit Abelus, post illum Sethus, deinde Enochus, Noe, Abrahamus, Isaacus, Jacobus, cum illi omnes obdormiissent, et sub terra essent, solus illis temporibus, inter eos homines qui in terris erant, justus erat Jobus, sicut et Lothus in quinque civitatibus Sodomorum solus integre vivens, merito illorum mortem effugiebat. Illi igitur justi qui jam ante obdormierant, cum sub terra essent, solus inter eos qui super terram erant, justus fuit Jobus. Quod autem non in cœlis peccando condemnatus, corpori copulatus, justitiam assecutus sit, ex his

[12] Psal. CXXVII, 6. [13] Job I, 6, 8.

qui post illum fuerunt, docemur. Quali enim virtute demonstrata Jeremias ille divinus, antequam ex utero egrederetur, sanctus testimonio Dei perhibetur? Quanam re præstita Joannes in utero adhuc gestatus apud eum qui adhuc similiter gestabatur, Filium et Verbum in alvo perpetuæ Virginis, eam libertatem adeptus est, quam et exsiliens indicavit? Quod si item, ut dicitis, absque peccatis in cœlis fuerunt, cujus gratia quemadmodum et condemnati, corpore circumdati sunt? Procul abigat Christus eos qui animas prius exsistere nugantur, ne et ipsius animam ratione mentis frigefactam dicere audeant.

Ἱερεμίας ὁ θεσπέσιος πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν τῆς νηδύος, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μαρτυρεῖται; Τί δὲ δράσας Ἰωάννης ἐν τῇ μήτρᾳ ἔτι φερόμενος πρὸς τὸν ὁμοίως φερόμενον Υἱὸν καὶ Λόγον ἐν τῇ γαστρὶ τῆς Ἀειπαιδος, παῤῥησίαν εὕρατο, ἣν σκαίρων ἐδήλωσεν; Εἰ δ' αὖ πάλιν, καθὼς φατε, ἀναμάρτητοι κατ' οὐρανοὺς ὑπῆρχον, τίνος χάριν ἴσα τοῖς κατακρίτοις σώμασι περιέθεντο; Ἄπαγε, Χριστὸς, τοὺς προΰπαρξιν ληροῦντας ψυχῶν, ἵνα ψυχὴν ἀποψυχθέντα νοῦν φάναι τολμήσωσιν.

INTERROGATIO CLI.

Quid igitur? si non prius exsistens in cœlis anima, postquam peccavit, in præsentem est expulsa vitam, per copulationem cum corpore generationemque, quomodo Davides id deplorans inquit: *Ecce enim, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea* [14]?

Responsio.

Nihil hoc Origenis nugas confirmare potest. Nam quod Davides ait, *Ecce in iniquitatibus conceptus sum*, denotat ipsum captum et infectum concupiscentia cecidisse in flagitium, et adulterii tristitia perpetrata, illico cædem conjunxisse. Indicat ergo se lugere quod a concupiscentia superatus, captus iniquitate sit, lege præcipiente, *Non occides*, *Non concupisces uxorem proximi tui* [15]. Illud autem, *In peccatis concepit me mater mea*, etiam hodie contingere solet. Matres enim quamplurimæ non ex dilectione, sicut Sara, vel Rebecca, vel Anna, vel Elisabeta, cum conjugibus cubant, sed ob jurgia, æmulationes, corpore quidem se submittentes, sed immorigeræ voluntate manentes, aliquando fetus concipiunt. Id quod et Davides suspicatur, se ab initio ex ejusmodi contentione conceptum. Ab omni autem peccato liberam, et vituperio superiorem eam quæ legi consentanea est, copulationem et procreationem liberorum ostendit Dominus, dum ex Adamo quidem mulierem fecit: quo docet per ipsam conjunctorum unionem, et procreationem liberorum ex illis se amplecti, ideoque de ea quæ per ipsum est copulatione inquit: *Crescite et multiplicamini, et implete terram, et dominamini ei* [16]. Eamdem autem denuo vivendi una rationem honorans, in Cana Galilææ suo accessu et convivii societate ornat; idque magis etiam ut demonstraret, honorarium munus donat, vinum ex aqua factum. Et in Evangelio divinitus hæc proferens, inquit: *Propter hoc deseret homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una* [17]. Et per Paulum inquit: *Honorabile conjugium, et cubile impollutum; scortatores autem et adulteros judicabit Deus* [18], nimirum hic ipse Christus. Nam *Pater judicat neminem, sed omne judicium Filio dedit* [19]. Non in iniquitatibus igitur, ad exemplum Christi, fit conceptio nostra. Nam in utero Jeremias sanctificatus est, Joannes cum gaudio singulari exsiliit. Verbum illud denique, qui etiam Deus est, homo

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΑ'.

Τί οὖν; εἰ οὐ προϋπάρχουσα ἡ ψυχὴ κατ' οὐρανοὺς, ὕστερον ἁμαρτήσασα, εἰς τὸν παρόντα ἐξωρίσθη βίον, διὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπλοκῆς καὶ γεννήσεως, πῶς ὁ Δαβὶδ τοῦτο ἀποδυρόμενος, λέγει· *Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησε με ἡ μήτηρ μου;*

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲν τούτων βεβαιῶσαι τοὺς Ὠριγένους φληνάφους οἷόν τε. Τὸ γὰρ, *Ἰδοὺ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην*, φησὶ τὸν Δαβὶδ, τὸν συλληφθέντα καὶ ἀνακραθέντα τῇ ἐπιθυμίᾳ, πεσεῖν ἐν τῇ ἀνομίᾳ, καὶ τὸ ἄλγος ἐργασάμενον τῆς μοιχείας, αὖθις συνάψαι καὶ τὴν μιαιφονίαν· δηλοῖ αὐτὸν ἀποδύρεσθαι κρατηθέντα ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, ἁλῶναι ἐν τῇ ἀνομίᾳ, τοῦ νόμου παρεγγυῶντος, *Οὐ φονεύσεις*, *Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου*. Τὸ δὲ, *Ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου*, καὶ μέχρι τήμερον συμβαίνειν πέφυκεν· αἱ γὰρ πλεῖσται μητέρες οὐκ ἐξ ἀγάπης ὡς Σάῤῥα, ἢ Ῥεβέκκα, ἢ Ἄννα, ἢ Ἐλισάβετ, τοῖς συμβίοις συγκαθεύδουσιν, ἀλλ' ἐριθείαις, καὶ μάχαις, καὶ ζηλοτυπίαις, συγκλινόμεναι μὲν σώματι, ἀκλινεῖς δὲ καὶ ἀνύπεικτοι προαιρέσει μένουσαι, ἐγκισσοῦνται πολλάκις τὰ ἔμβρυα. Ὅπερ καὶ ὁ Δαβὶδ ὑπενόει, ἐκ τοιαύτης ἐρεσχελίας αὐτὸν καταρχὰς ὑπὸ τῶν γονέων συνενεχθῆναι. Ἐλευθέραν δὲ πάσης ἁμαρτίας, καὶ ἀνωτέραν ἐγκλήματος τὴν κατὰ νόμον συνάφειαν καὶ παιδογονίαν ἀποδεικνὺς ὁ Κύριος, ἐκ μὲν τοῦ Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα ἐδημιούργησε, τῶν μέχρι νῦν δι' αὐτοῦ συναπτομένων παιδεύων τὴν ἕνωσιν, καὶ τὴν ἐξ ἐκείνων παιδοποιίαν ἀγάμενος, φησὶ τῇ δι' αὐτοῦ συναφείᾳ, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς*. Τὴν δ' αὐτὴν πάλιν τιμῶν συμβίωσιν, ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας φαιδρύνει τῇ πρὸς αὐτὴν φοιτήσει καὶ συνεστιάσει, ἀπόδειξιν τοῦ γέρως, τὸ λοιπὸν δωρησάμενος, οἶνον ἐξ ὕδατος· καὶ ἐν Εὐαγγελίοις θεηγορῶν φησιν, *Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν*. Καὶ ἐν Παύλῳ φησὶ, *Τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος· πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεὸς*, αὐτὸς οὗτος ὁ Χριστός. *Ὁ γὰρ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ*. Οὐκ ἐν ἀνομίαις οὖν κατὰ Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἡ σύλληψις ἡμῶν· ἐν γαστρὶ γὰρ Ἱερεμίας ἡγιάσθη, Ἰωάννης ἐν ἀγαλλιάσει ἐσκίρτη-

[14] Psal. L, 7. [15] Exod. xx, 13, 17. [16] Gen. I, 28. [17] Matth. XIX, 5. [18] Hebr. XIII, 4. [19] Joan. V, 22.

σεν, ὁ Λόγος καὶ Θεὸς, βροτὸς γέγονεν ἐξ ἀποῤῥήτου συλλήψεως. Οὐ διὰ τὰς ψυχὰς τοίνυν τὰ σώματα· οὐδ' ἕτερον γὰρ ἑτέρου προγενέστερον· ἀλλ' ἄμφω ἀφράστως δι' ἀγαθότητα, ἐν ἀκαρεῖ Θεὸς ἐδημιούργησεν. Ἐκτραπέντα δὲ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ γυμνωθέντα τῆς θεότητος, πάλιν δι' ἀγαθότητα δέῤῥει περιέστειλε, τῷ στεγάνῳ περιέπων τὸ ἁπαλὸν τοῦ σώματος, ἄρτι ἔξω γενόμενον τῆς ἐν παραδείσῳ τρυφῆς καὶ τῆς θείας περιβολῆς, ἄρτι τῶν πόνων ἁπτόμενον, τῆς ἐπιπόνου ζωῆς καὶ ἱδρῶτος ἐν πείρᾳ γενόμενον· οὐ προΰπαρξιν τοίνυν, οὐ συνύπαρξιν, οὐ μεθύπαρξιν, ὅσιον παιδεύειν· ἵνα μὴ τὸ μὲν ἐκπίπτειν ψυχὰς τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐνείρεσθαι σώμασιν ἀπατηθῶμεν· τὸ δὲ, τοὺς παρθενεύοντας, καὶ τοὺς ἐγκρατεῖς, καὶ τοὺς γονοῤῥυεῖς ψυχοκτόνους βλασφημήσωμεν, ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ τῷ σπέρματι τὰς ψυχὰς κατεμπνίγοντας. Πόῤῥω δ' ἀφάλλου καὶ τῶν ληρούντων μεθύπαρξιν· οὐ γὰρ πρεσβύτερος καὶ νεώτερος αὐτὸς ἑαυτοῦ βροτός.

factus est per ineffabilem conceptionem. Proinde non sunt corpora propter animas, neque alterum altero generatione prius est, sed utraque ineffabiliter propter bonitatem Deus in momento fabricavit. Abalienatum autem a bono, divinitateque nudatum rursus propter bonitatem contexit, solida pelle ornans, cum teneritas jam extra paradisi voluptatem divinamque munitionem esset, et jam labores capesseret, laboriosamque vitam atque sudorem experiretur. Proinde neque prius exsistentem, neque coexsistentem neque postexsistentem animam pietas docet, ne partim delabi ex cœlis animas et inseri corporibus falso existimemus, partim servantes castitatem, et temperantes, aut seminis fluxum patientes, velut animarum occisores calumniemur, in lumbo et semine animas suffocantes. Longe etiam mihi velim ab ea resilias opinione, quod corpore posterior sit anima; non enim seipso vel major vel minor ætate est homo.

(*Hæc etiam de alio sunt adjecta; nam Maximus Philosophus Christianus post Cæsarium vixit.*)

Τοῦ ἁγίου Μαξίμου.

Ἐπειδὴ ὁ προηγούμενος σκοπὸς τοῦ Θεοῦ ἦν, μὴ διὰ γάμου γίνεσθαι ἡμᾶς καὶ φθορᾶς· ἡ δὲ παράβασις τὸν γάμον εἰσήγαγε· διὰ τοῦτο πάντες οἱ ἐξ Ἀδὰμ, ὑποπίπτοντες τῇ τοῦ προπάτορος καταδίκῃ, ἐν ἀνομίαις συλλαμβάνονται. Τὸ δὲ, *Ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου*, ὅτι προμήτωρ Εὔα πρώτη ἐκίσσησε τὴν ἡδονήν· διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς κισσᾶσθαι λέγομεν ἐν ἁμαρτίαις, ὡς ὑποπίπτοντες τῇ ἐκείνης καταδίκῃ.

Ex sancto Maximo.

Quandoquidem principalis Dei scopus erat, non per conjugium et corruptionem nos generari, transgressio autem conjugium introduxit: ideo omnes qui ex Adamo subjecti sunt primi parentis nostri condemnationi, in iniquitatibus concipiuntur. Illud autem *In peccatis concepit me mater mea*, docet quod prima parens Eva prima concupiverit voluptatem. Propterea et nos dicimur in peccatis concipi, tanquam illius condemnationi subjecti.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΒ'.

Τί οὖν; βυρσοτόμον ἢ ζωοθύτην ὀφείλομεν νοεῖν τὸν Θεὸν, ἵνα τὸν Ἀδὰμ ἐνδύσῃ τοὺς χιτῶνας δερματίνους;

Ἀπόκρισις.

Ἐροίμην σε καὶ ἐγὼ, ὦ φιλονεικότατε, τί εὐμαρέστερον καὶ εὐκοπώτερον, οὐρανὸν ἐξ ὑδάτων πῆξαι, καὶ γῆν ἐπ' ἀβύσσῳ θεμελιῶσαι, καὶ τὸ μυρίον ὕδωρ ἐν μιᾷ συναγωγῇ συνελάσαι, καὶ τῷ καταλλήλῳ ἕκαστον διακοσμῆσαι, ἄστροις μὲν καταστέψαι τὸν οὐρανὸν, φυτοῖς δὲ ποικίλαι τὴν χέρσον, πλωτοῖς δὲ τεγνῶσαι τὴν θάλατταν, ἢ δέῤῥιν συνεῖραι, καὶ περιστεῖλαι τὸν γυμνωθέντα; πλάσαι τὸ ζῶον ἢ ἀμφιάσαι; θάλατταν διαχερσῶσαι τῷ προστάγματι, καὶ ἑξακοσίας ἀνδρῶν χιλιάδας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀνίκμοις ποσὶ διαβιβάσαι, ἢ χιτῶσι προστάγματι περιστεῖλαι τοὺς δεομένους; ῥῆξαι ἀκρότομον, καὶ ὕδωρ πηγάσαι, ἀνακόψαι τὸ Ἰορδάνου ῥεῖθρον, καὶ λαὸν διαγαγεῖν, ἢ τὸ γυμνὸν περιβάλαι; ἀνακόψαι χοῦν, νευρῶσαι καὶ ψυχῶσαι, ἢ ἀμφιάσαι τὸ ἐξ αὐτοῦ λογικόν;

INTERROGATIO CLII.

Num igitur vel lanionem vel coriarium debemus existimare Deum, ut Adamum indueret pelliceis tunicis?

Responsio.

Merito et ego ex te quæsierim, contentiosissime, quid levius et facilius, cœlum ex aquis firmasse, terram super abyssum fundasse, et infinitam aquam in unam congregationem coegisse, ratione conveniente unum quodlibet exornasse; astris quidem illustrasse cœlum, plantis autem variegasse terram, aquatilibus scaturire fecisse mare, an pellem connectere et contegere nudum? fingere animal, aut vestire? mare instar terræ permeabile fecisse præcepto, et sexcenta virorum millia cum mulieribus, et liberis siccis pedibus traduxisse, aut tunicis præcepto contexisse indigos? rupisse saxum, et aquæ fontem produxisse? resecasse Jordanis amnem, populumque perduxisse, aut nudos operuisse? pulverem nervis firmasse et animasse, an ex pulvere factum rationis particeps animal vestivisse?

ΠΕΥΣΙΣ ΡΝΓ'.

Εἰπὲ οὖν ἡμῖν τίς ὁ θύσας, καὶ τί τὸ τυθὲν ζῶον, ἐξ οὗ τὰ δέρματα, καὶ τίς ὁ ῥάψας αὐτόν; Εἰ γὰρ περὶ τούτων ἀποδῷς τὸν λόγον, ἀνάγκη ἡμᾶς μηκέτι τοῖς παρὰ σοῦ λεγομένοις ἐνδοιάζειν.

INTERROGATIO CLIII.

Ostende igitur nobis, quæso, quis fuerit ille qui mactavit, et quodnam mactatum animal, unde pelles fuerunt, et quis ille qui eas consuerit? Nam si de his rationem reddideris, necessarium erit nos non amplius de tuis dictis ambigere.

Responsio.

Ostendite igitur et vos convivii structorem, et animalia mactata, et quis eorum numerus quibus celebris ille rubefactus est Nilus, et confestim tantum flumen in sanguinem mutatum, per Deum Mosi obediens, ubi præterea carnes tam immensæ mactationis pecorum, per quæ in sanguinem navigabilis transformatus est amnis? Quomodo item sanctus et per se subsistens vivus Deus, ac Verbum carnem gestans, et pro nobis ex monumento resurgens, in ipso relictis indumentis, non est nudus conspectus? Quis est qui præbeat, qui consuat, quis est qui cooperiat cooperientem universa? Quod si illa per divinam ejus adfuerunt voluntatem, credamus etiam primos parentes nostros per hanc amictos esse pellibus; non enim secundum illius vaniloqui opinionem, corpora nostra eæ pelles sunt, quibus postquam de vetitis comederant, animæ circumdatæ sunt; nam ante esum et transgressionem formatio corporum descripta est, sed et costa in mulierem Adamo facta ante transgressionem ablata est, cum in experte corporis costam statuere absurdum sit. Quæ item necessitas ipsos coegit foliis fici contegi, si erant incorporei?

INTERROGATIO CLIV.

Ex magno Davide discimus, animas ante corpora esse. Inquit enim ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me* (animam intelligens) *et formaverunt me* [20], (corpus videlicet).

Responsio.

Non minor erat Davide magnus ille Jobus in justitia, neque minore septus potentia. Celebris enim et hic rex fuit, et par ei cum Davide justitiæ veritatisque testimonium a Deo perhibitum est. At hic ait ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me* [21]. Et rursus: *Memento quod lutum me formasti* [22]. Num igitur propterea quod priore loco ponitur formatio, dicemus ante animam corpus esse? aut formationis ab ipso mentione facta, et factura non addita, ideo ipsum inanimum dicemus, vel aliter? Quandoquidem inquit Moses divinus ille creationis descriptor, quod accepto Deus pulvere terræ formaverit hominem, et non addidit quod eadem hora et momento ipsum perfecerit, num idcirco prius quidem exstitisse verticem, loco secundo autem oculos, tertio collum, et postremo tandem talos et pedes putabimus? Apagesis cum ejusmodi delirio. Unde enim sciemus, quod non a plantis aut lingua orsus sit nostram creationem optimus et sapientissimus artifex Deus?

INTERROGATIO CLV.

Qua in re tibi videtur homo esse factus ad imaginem Dei? Num in anima, tanquam spiritu et re inaspectabili, an in corpore multiplex est?

Responsio.

In neutro, præterquam in animæ immortalitate. Et in eo, quod omnibus dominatur: neque tamen in his etiam servat exactam ad Deum qualitatem et si-

[20] Psal. CXVIII, 73. [21] Job X, 8. [22] ibid. 9.

Ἀπόκρισις.

lorum Petro per eumdem divinum vatem Davidem ait : *Qui me laudabant, jurabant adversus me* [66]. Simulque prædicit omnium fugam : *Amici mei et proximi mei adversus me appropinquaverunt et steterunt, et proximi mei steterunt eminus* [67] ; qui nondum e lumbo fuerant rejecti, neque in carnem coagulati, imo nondum parentes, aut proavos habebant. Sed et salutarem suam crucem velut jam erectam, et super eam clavis affixum longe ante demonstrans, inquit : *Perfoderunt manus meas et pedes meos, enumeraverunt omnia ossa mea* [68], ubi clavos in me transfigant. Et ut summatim omnia dicam, multis in locis divinæ Scripturæ audimus loqui Deum de futuris velut jam præsentibus, aut præteritis et peractis, quæ secundum prædestinationem certo eventura sunt : quemadmodum inquit eximius ille Apostolus : *Quoniam quos præsciverat, eosdem et præfinivit, conformes imaginis Filii sui, ut ipse sit primogenitus inter multos fratres* [69].

ποῦντές με κατ' ἐμοῦ ὤμνυον· καὶ πάντων ὁμοῦ τὸν δρασμόν· *Οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξ ἐναντίας μου ἤγγισαν, καὶ ἔστησαν· καὶ οἱ ἔγγιστά μου, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν*, οἱ μήπω τῆς ὀσφύος προβληθέντες, μηδ' εἰς σάρκα τυρωθέντες, ἀλλ' οὐδέπω τοὺς γονεῖς ἢ προγόνους ἔχοντες. Ἀλλὰ καὶ τὸν σωτήριον ἑαυτοῦ σταυρὸν, ὡς ἤδη παγέντα, καὶ ἐπ' αὐτῷ καθηλωθέντα προφαίνων· *Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου, ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου*, ποῦ τοὺς ἥλους μου διαπερονήσουσι. Καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, πολλαχοῦ τῆς θείας Γραφῆς ἀκούομεν, τὸ Θεῖον φθεγγόμενον περὶ τῶν μελλόντων ὡς ἤδη παρόντων, ἢ παρῳχηκότων καὶ πραχθέντων, τῷ προορισμῷ πάντως ἐκβησόμενα, καθὼς φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἀπόστολος, *Ὅτι οὓς προέγνω καὶ προώρισε, συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς.*

Cum igitur certo sciret primorum parentum nostrorum seductionem et lapsum in inobedientiam, et quod in postremo sæculorum tempore unigenitus Dei Filius homo nasciturus esset, propter homines ob suam separationem periclitantes, id quod præfinivit declarari mihi videtur per id quod inquit : *Faciamus hominem secundum imaginem nostram et similitudinem*. Quasi dicat, licet sero, tamen propter ipsum nascar secundum ipsum, de experte nuptialis consuetudinis et semper virgine absque semine corpus assumens, in præsepi rationis expertium animalium reponendus, ab experte rationis conditione ipsum revocans. Oportet enim me fieri quod est, et ipsum facere quod sum : inhabitare tenebrosum et luce carens antrum hujus vitæ, ut ipse cœlum inhabitet ; fasciis ligari, ut ille solvatur a vinculis mortis ; crescere corpore, ut crescat divinitate ; me baptizari oportet, et abluere squaloribus obsitum, tentari et vincere adversarium, et subjicere superato. Esuriam pro eo, qui male comedit, ego nutriens universa. Sitiam pro condemnato, qui pluviam præbeo, et in carne inambulo abyssum. Volens vinculis constringar, et solvam præter animi voluntatem ligatum. Illudar, et conviciis exponar, ut ab opprobrio virorum liberetur qui transgressus est sexus muliebris. Creator ipse conspuar in carnis faciem, ut creati abstergam faciem. Colaphis cædar a servo ego angelorum Dominus, ut in libertatem asseram sub servitutem peccati redactum. Nam colapho manumittunt servos domini, simul atque percusserint a servitute eximentes. Spinis coronabor, qui paradisum plantavi, ut eradicentur mortalium spinæ. Felle cibabor, et aceto rigabor, ratione carnis assumptæ, omnem abstergens humanæ naturæ amaritudinem. Qui Israeli manna præbui, aram et crucem conscendam, ut corpore transfigar incorporeus, at propter homines eo circumdatus. Idem

Σαφῶς οὖν ἐπιστάμενος τῶν προγόνων ἡμῶν τὴν ὑπαγωγὴν, καὶ τὸν εἰς παρακοὴν ὄλισθον· καὶ ὅτι ἤμελλεν ἐπ' ἐσχάτου τῶν αἰώνων ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Παῖς βροτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ γίνεσθαι, διὰ βροτοὺς κινδυνεύοντας τὴν ἀπ' αὐτοῦ διάστασιν, ὃ προώρισε, τοῦτο δοκεῖ μοι ἀποφαίνεσθαι, διὰ τοῦ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν*· ὡς εἰπεῖν, κἂν ὀψέ ποτε, δι' αὐτὸν κατ' αὐτὸν γενήσομαι, ἐξ ἀπειρογάμου ἀειπαιδος, ἀσπόρως σωματούμενος· ἐν φάτνῃ ἀλόγων ἀνακλιθήσομαι, τῆς ἀλογίας αὐτὸν ἀνακαλούμενος· δεῖ γάρ με γενέσθαι ὅπερ ἐστὶ, καὶ δρᾶσαι αὐτὸν ὅπερ εἰμί· οἰκῆσαι τὸ ἄντρον τὸ σκοτεινὸν, καὶ ἀφεγγῆ αὐτοῦ βίον, ἵν' ἐκεῖνος οἰκήσῃ τὸν οὐρανόν· σπαργάνοις δεθῆναι, ὅπως ἐκεῖνος λυθῇ τῶν τοῦ θανάτου δεσμῶν· αὐξηθῆναι σώματι, ἵνα αὐξήσῃ θεότητι· δεῖ με βαπτισθῆναι, καὶ ἀπολοῦσαι τὸν ῥυπωθέντα· πειρασθῆναι, καὶ νικῆσαι τὸν ἀντίπαλον, καὶ ὑποτάξαι τῷ ἡττωμένῳ· πεινήσω ὑπὲρ τοῦ κακῶς ἐδομένου, ὁ τρέφων τὰ σύμπαντα· διψήσω ὑπὲρ τοῦ κατακρίτου, ὁ ὑετὸν παρεχόμενος, καὶ ἐν σαρκὶ πεζεύων τὴν ἄβυσσον. Βουλήσει δεθήσομαι, καὶ λύσω τὸν ἀβουλήτως δεθέντα· ἐμπαιχθήσομαι καὶ ὀνειδισθήσομαι, ἵνα ῥυσθῇ τοῦ ὀνείδους τῶν ἀνδρῶν τὸ παραβὰν γύναιον. Ὁ πλάστης ἐμπτυσθήσομαι τῆς σαρκὸς τὰς ὄψεις, ἵνα τοῦ πλασθέντος ἀποσμήξω τὸ πρόσωπον· ῥαπισθήσομαι ὑπὸ τοῦ οἰκέτου ὁ τῶν ἀγγέλων Κύριος, ἵν' ἐλευθερώσω τὸν δουλωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ· ῥαπῇ γὰρ ἐλευθεροῦσι τοὺς οἰκέτας οἱ κύριοι, ἅμα τοῦ παῖσαι τῆς δουλείας ἀπελαύνοντες. Ἀκάνθαις στεφανωθήσομαι ὁ φυτεύσας τὸν παράδεισον, ἵν' ἐκριζωθῶσι βροτῶν αἱ ἄκανθαι. Χολῇ ψωμισθήσομαι, καὶ ὄξει ἀρδευθήσομαι, τῷ προσλήμματι πᾶσαν ἐκμυζαίνων τὴν πικρίαν τῆς βροτῶν φύσεως. Ὁ τὸ μάννα τῷ Ἰσραὴλ παρασχόμενος, ἐπὶ βωμὸν καὶ σταυρὸν φοιτήσω, τὸ σῶμα καθηλωθῆναι ὁ ἀσώματος· διὰ βροτοὺς δὲ τοῦτο περιθέμενος, τούτῳ παρὰ Ἰουδαίων κρατούμενος ὁ ἀκράτητος, τούτῳ θανατούμενος ὁ ἀθάνατος, τῷ θανάτῳ θάνατος·

[66] Psal. CI, 9. [67] Psal. XXXVII, 12. [68] Psal. XXI, 17, 18. [69] Rom. VIII, 29.

τούτῳ ταφήσομαι διὰ τοὺς ἐν ᾅδῃ τυγχάνοντας· τούτῳ οἱονεὶ πέτρᾳ πατάξω ἐκείνου πύλας, *ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ*, καθώς φησιν ὁ Δαβὶδ ὁ οἰκέτης μου· τούτῳ εἰς οὐρανοὺς ἀναβήσομαι, μὴ χρήζων ἀναβάσεως, ὁ πληρῶν τὰ σύμπαντα· τούτῳ ἐκ δεξιῶν καθήσομαι τοῦ ἀσχηματίστου Πατρὸς, ὁ κατ' αὐτὸν ἀσχημάτιστος· τοῦτο κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ ὑπ' ἐμοῦ γενομένου γενέσθαι ἐπ' ἐσχάτου τῶν χρόνων ηὐδόκησα, προορίσας ἐμαυτῷ τῆς δημιουργίας τὸ ἐσόμενον. Εἰ τοίνυν δοκεῖ σοι βέβαιος ὁ τῆς εἰκόνος καὶ ὁμοιώσεως λόγος, ἠρεμείτω ἡ περὶ ταύτης τοῦ λοιποῦ ζήτησις.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΞΖ'.

Τί οὖν, ἡ Τριὰς ἐσαρκώθη καὶ ἐνηνθρώπησεν; Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Θεὸς, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν*, ἀλλὰ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν*, οὐκ ἐμὴν, ἀλλ' *ἡμετέραν*.

Ἀπόκρισις.

Εἰ τοῖς ἑξῆς τῷ λόγῳ ἐπιβῆναι θελήσωμεν, ἑαυτὴν πάντως ἡ θεηγορία διασαφήσει, λέγουσα, *Καὶ ἐποίησεν*, οὐχὶ ἐποίησαν, *ὁ Θεὸς*, οὐχ οἱ θεοὶ, *τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ*, οὐχὶ θεῶν. Διὰ οὖν τοῦ *Ποιήσωμεν*, τὰ τρία σημαίνεται πρόσωπα τῆς θεότητος· διὰ δὲ τοῦ *Ἐποίησεν*, τὸ ἑνικὸν τῆς φύσεως καὶ τῆς βουλῆς, καὶ τοῦ δράματος. Ὡς καὶ ἐξ αὐτῆς ἔγνωμεν τῆς δημιουργίας ἡμῶν. *Καὶ ἐποίησε γὰρ ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον*, ἐνταῦθα τὸ ἑνικὸν τῆς φύσεως πάντων βροτῶν παριστῶν· *Ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς*· ἐνταῦθα πρόσωπα δηλῶν. Καὶ ἑτέρωθί φησιν, *Ἐξαλείψω τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς γῆς ὃν ἐποίησα*· καίτοιγε πλεῖσται μυριάδες ἀνθρώπων ὑπῆρχον, οἱ ἐπὶ Νῶε κατακλυσθέντες, εἰ καὶ ἑνικὸν τὸ ῥῆμα· ἑτέρωθι δὲ τὸν Φαραώνιον πανστρατιᾷ βυθισμὸν τραγῳδοῦσα ἡ θεία τῆς Μαρίης ᾠδὴ, *Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ*, φησὶν, *ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται· ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν*· τὸ πλῆθος τῆς ἵππου ἑνικῶς, καὶ τοῦ στρατοῦ πάλιν ὡσαύτως μελῳδήσασα, πάντων καταποθέντων τῷ Ἐρυθραίῳ πελάγει, ἅμα τῷ δυστήνῳ αὐτῶν ἄνακτι· πρὸς δὲ τὸν Μωσέα φησὶν, *Ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ*· διὰ μὲν τὸ Ἐγὼ τὸ ἑνικὸν καὶ ταὐτὸν δηλοῦσα ἡ θεία Τριάς· διὰ δὲ τὸ τρεῖς τὸ *Θεὸς φωνᾶσα* (5), τὰς τρεῖς ἑαυτῆς ὑποστάσεις, καὶ πρόσωπα παριστῶσα· ἅπαξ μὲν τὸ Ἐγὼ, τρίτον δὲ τὸ *Θεὸς* φθεγξαμένη· ἀλλὰ καὶ ἡ πᾶσιν ἄφατος καὶ ἀπόῤῥητος, ἐκ τῆς ἀειπαίδος Μαρίας ἐν σαρκὶ θεανδρικὴ θεοφάνεια, τοῦ μὲν Πατρὸς βουληθέντος, τοῦ δὲ Υἱοῦ σαρκωθέντος, τοῦ δὲ Πνεύματος συνεργήσαντος, φαῖεν ἂν γεγονέναι· οὐκ ἀτονίᾳ τοῦ ἑνὸς πρὸς τὸ δρᾶμα, ἀλλὰ πᾶσι συμφωνίᾳ τε καὶ ἑνότητι καὶ ταυτότητι τῆς μιᾶς βουλῆς τε καὶ αὐθεντίας, καὶ βασιλείας τῆς ἐν Τριάδι, εἴωθεν ἡ Γραφὴ τριχῶς τὰ πολλὰ τῆς θεουργίας διαιρεῖν· τὰ

faciam ab Judæis comprehensus incomprehensibilis, idem mortuus immortalis, morti mors: idcirco sepeliar propter eos, qui in orco sunt: idcirco veluti saxum aliquod percutiam illius portas, *educens vinctos in fortitudine*, quemadmodum inquit Davides servus meus [70]. Idcirco cœlos ascendam, non indigens ascensione, tanquam implens universa. Idcirco a dextris sedebo nulla forma expressi Patris, et ipse ad illius similitudinem nulla forma expressus. Hoc secundum imaginem et similitudinem ejus qui a me factus est, postremis temporibus fieri placet, qui constitui mihi ipsi quod in opificio futurum erit. Quod si tibi videtur certa hæc de imagine et similitudine oratio, desine deinceps amplius de ea percunctari.

INTERROGATIO CLXVII.

Quid igitur? Num Trinitas incarnata et homo facta est? Non enim dixit Deus, Faciamus hominem secundum imaginem: sed, *Faciamus hominem secundum imaginem et similitudinem* non meam, sed *nostram*.

Responsio.

Si in iis quæ ordine in eo sermone sequuntur, ingredi voluerimus, semetipsum plane divinus sermo declarabit, dicens: *Et fecit*, non fecerunt: *Deus*, non dii, *hominem secundum imaginem Dei*, non deorum. Per id igitur quod inquit, *Faciamus*, tres indicantur personæ divinitatis; per id autem quod inquit, *Fecit*, unitas naturæ et consilii et operis, quemadmodum et ex nostra creatione cognovimus. Nam quod inquit, *Et fecit Deus hominem*, unitatem naturæ omnium hominum demonstrat: *Masculum et feminam fecit eos*, personas indicat. Et alibi inquit: *Delebo hominem de terra quem feci* [71]. Atqui plurimæ myriades hominum erant qui temporibus Noe diluvio mersi sunt, licet singulare verbum sit. Alibi item totius Pharaonici exercitus submersionem canens sacrum illud Mariæ carmen: *Cantemus Domino*, inquit, *gloriose enim glorificatus est: equum et ascensorem dejecit in mare* [72]. Multitudinem equitatus singulariter, itidemque exercitus similiter decantans, omnibus in Rubro mari submersis una cum infelici rege suo. Ad Mosem autem inquit: *Ego Deus Abrahami, et Deus Isaaci, et Deus Jacobi* [73]. Per illud quidem, *Ego*, unitatem et identitatem suam significans sacra Trinitas; per id vero quod ter *Deus* dixit, tres suas hypostases et personas demonstrans; semel quidem *Ego*, ter autem *Deus* dicens. Sed et ea quæ omnibus est ineffabilis et abscondita, ex Maria semper virgine uniti cum Deo hominis in carne sancta apparitio, Patris quidem qui voluit, Filii vero qui incarnatus est, Spiritus sancti autem qui cooperatus est, fuisse dici queat. Non propter inefficacitatem unius ad perficiendum id opus, sed propter integrum consensum, et unitatem, et identitatem unius consilii, et auctoritatis, et regni in Trinitate, solet

[70] Psal. LXVII, 9. [71] Gen. VI, 7. [72] Exod. XV, 1, 21. [73] Exod. III, 15, 16.

(5) *Τρεῖς... φωνᾶσα.* An legendum τρὶς... φωνήσασα vel φωνοῦσα? EDIT.

Scriptura tripartito multa divinæ operationis dividere; Veteris quidem Testamenti opera ad Patrem referens, Novi vero ad Dei Filium Christum, et quæ nunc in præsenti divinitus fiunt, ad Spiritum sanctum.

μὲν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης εἰς τὸν Πατέρα ἀνάγουσα· τὰ δὲ τῆς Νέας, εἰς τὸν τοῦ Θεοῦ Παῖδα Χριστόν· τὰ δὲ ἐνεστώτως θείως δρώμενα εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

INTERROGATIO CLXVIII.

At non dixit Deus, Faciamus hominem secundum imaginem et similitudinem, in qua aliquando futurus sum, sed jam constantem et perfectam indicat, dicens: *Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit ipsum*: quæ quidem Mosis verba sunt.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΞΗ'.

Ἀλλ' οὐκ εἶπεν ὁ Θεὸς, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, ἣν μέλλω ποτὲ γίνεσθαι· ἀλλ' ἤδη ἑστῶσαν καὶ ἀπηρτισμένην ἐμφαίνει, λέγων· *Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν*, λέγει Μωσῆς.

Responsio.

Nisi data opera contendere volentes perturbarentur in iis quæ dicta sunt, non abs re viderentur mihi ea quæ hanc imaginem concernunt, apte respondere ad sanctam apparitionem Verbi apud nos factam, testimonium perhibente mihi multi in locis ante multorum temporum annos prophetico cœtu, qui post se futuram Verbi in carne vitam velut jam præsentem prædicat. Isaias quidem vatum excellentissimus diserte clamat: *Puer natus est nobis, et datus est, et vocabitur nomen ejus Deus fortis* [74], necdum matre ejus secundum carnem ac semper virgine exsistentiam assecuta. Alius etiam quingentos et amplius annos ante uniti cum Deo hominis et Verbi exaltationem, velut qui jam crucifixus esset, et e monumento resurrexisset astantem rogabat: *Quidnam illa vulnera per medias manus tuas* [75]? Cui Deus nondum incarnatus, vatem nihilominus confirmans, velut ista jam facta essent, inquit: *Hæc sunt vulnera, quibus affectus sum in domo dilecti mei* [76]. Davides autem carminum ille divinorum auctor ante mille jam annos veluti præsentem, aut præteritam ipsius in corpore ad cœlos ascensionem cecinit: *Ascendit Deus in jubilo, Dominus in voce tubæ* [77].

Ἀπόκρισις.

Εἰ μὴ φιλονεικεῖν βουλόμενοι κεραίνονται πρὸς τὰ ῥηθέντα, δοκεῖ μοι εἰκότως ἐνηρτῆσθαι τὰ τῆς εἰκόνος τῇ καθ' ἡμᾶς θεοφανείᾳ τοῦ Λόγου, συμμαρτυρούσης μοι πολλαχοῦ τῆς προφητικῆς ὁμηγύρεως πρὸ πολλῶν τῶν χρόνων, τὴν μετ' αὐτοὺς μέλλουσαν ἔσεσθαι σαρκοφόρον τοῦ Λόγου βίωσιν, ὡς ἤδη ἐνεστῶσαν κηρύττοντες. Ἡσαΐας μὲν ὁ τῶν προφητῶν ὑψηλότατος διαῤῥήδην βοῶν, *Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, καὶ ἐδόθη, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Θεὸς ἰσχυρός*· οὐδὲ τῆς κατὰ σάρκα μητέρος αὐτοῦ καὶ ἀειπαιδος, εἰς τὸ εἶναι ἔτι παραχθείσης. Ἕτερος δὲ πρὸ πεντακοσίων καὶ ἄνω χρόνων τῆς θεανδρικῆς τοῦ Λόγου ὄψεως, ὡς ἤδη σταυρωθέντα, καὶ ἐκ τάφου ἀναστάντα, καὶ παριστάμενον ἠρώτα· *Τί αὗται αἱ πληγαὶ ἀνὰ μέσον τῶν χειρῶν σου;* Πρὸς ὃν τὸ Θεῖον μήπω σαρκωθὲν, κρατῦνον δὲ τὰ τοῦ προφήτου, ὡς ἤδη ἐκβεβηκότα, φησὶν, *Αὗται αἱ πληγαὶ, αἷς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου.* Δαβὶδ δὲ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς πρὸ χιλίων ἤδη χρόνων, ὡς ἐνεστῶσαν ἢ παρῳχηκυῖαν τὴν εἰς οὐρανοὺς αὐτοῦ σωματωθέντος ἄνοδον ἐτραγῴδησεν· *Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ, ὁ Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος.*

INTERROGATIO CLXIX.

At quomodo in superioribus rejecisti eos, qui membra Deo ascribunt, et humana forma præditum dicunt, et rursus idem asseris ipsum esse sicut nos?

ΠΕΥΣΙΣ ΡΞΘ'.

Καὶ πῶς ἀνωτέρω ἀποκηρύξας τοὺς μελογράφοντας τὸ Θεῖον, καὶ ἀνθρωπόμορφον λέγοντας, πάλιν αὐτὸς ἀποκρίνῃ καθ' ἡμᾶς αὐτὸ ὑπάρχειν;

Responsio.

Non esse, sed nasci dixi, unitum et anima et corpore nostris. Siquidem ipsum sanctum Verbum nostri simile factum est, et vitam inter nos agens, cum esset quod erat, et cerneretur quod non erat, inquit ad sacrum apostolorum cœtum, panem distribuens: *Accipite, comedite de hoc omnes: hoc est corpus meum* [78]: nondum immolatum carne; et, *Accipite, bibite: hic est sanguis meus* [79]: nondum vulneratum in cruce per lanceam in latere. Et videmus sanctum illum panem hodie in ara incruenta tempore divini et mystici officii, in impolluta propositum mensa, non tamen similem imagini salutiferi corporis Dei et Verbi; neque item immisto ipsius sanguini, una cum pane propositum poculum vini. Non membrorum articulatæ distinctioni, non carnali et sanguineæ qualitati, non invisibili et abscondite unitæ cum ipso formæ experti divini-

Ἀπόκρισις.

Οὐχ ὑπάρχειν, ἀλλὰ γίνεσθαι ἔφην, ἡνωμένον ψυχῇ τε καὶ σώματι τοῖς ἡμετέροις· ἐπεὶ καὶ ὁ αὐτὸς ὁ ἅγιος Λόγος καθ' ἡμᾶς γενόμενος, καὶ συμβιωτεύων ἡμῖν, ὢν ὅπερ ἦν, καὶ ὁρώμενος ὅπερ οὐκ ἦν, φησὶ τῷ θιάσῳ τῶν ἀποστόλων, ἄρτον ἐπιδιαιρῶν· *Λάβετε, φάγετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου*· μήπω τυθεὶς τῇ σαρκί· καὶ, *Λάβετε, πίετε, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου*, μήπω τρωθεὶς ἐπὶ σταυρῷ δόρει τὴν πλευράν. Καὶ ὁρῶμεν τὸν ἅγιον ἐκεῖνον ἄρτον τήμερον ἐν τῷ ἀναιμάκτῳ θυσιαστηρίῳ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς θείας καὶ μυστικῆς τελετῆς, ἐπὶ τῆς ἀχράντου προτιθέμενον τραπέζης· μὴ ἐοικότα δὲ τῇ εἰκόνι τοῦ σωτηρίου σώματος τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου· μηδὲ τῷ ἐγκεκραμένῳ αὐτῷ αἵματι τὸ συμπροτιθέμενον τῷ ἄρτῳ ποτήριον τοῦ οἴνου· οὐ τῇ τῶν μελῶν διαρθρώσει, οὐ τῇ σαρκικῇ καὶ αἱμώδει ποιότητι· οὐ τῇ ἀοράτῳ καὶ ἀφανῶς ἡνωμένῃ ἀσχη-

[74] Isa. IX, 6. [75] Zach. XIII, 6. [76] ibid. [77] Psal. XLVI, 6. [78] Matth. XXVI, 26. [79] ibid. 27, 28.

ματίστῳ Θεότητι· τὸ μὲν γὰρ ἔναιμον, ἔμψυχον, κατάνευρον, ἐρυθρὸν, διηρθρωμένον, ποικίλαις ἀρτηρίαις καὶ φλέβαις . . . . χόμενον, οἷς καὶ ὁ δημιουργὸς Λόγος διαπέπλεκται μέχρι τριχῶν καὶ ὀνύχων· Θεοῦ γὰρ τρίχα φημὶ τὴν Χριστοῦ, ὁμοίως καὶ πόδας καὶ ὄνυχας, καὶ αἷμα καὶ ὕδωρ. Δι' ἐμὲ γὰρ τοῖς ἐμοῖς ὁ Λόγος ἥνωται· καὶ ἔστι τὸ μὲν ὄρθιον, διηρθρωμένον, πορευτικὸν, δραστικὸν, τὸ δὲ περιφερὲς, ἀνάρθρωτον, ἄψυχον, ἄναιμον, ἀκίνητον, οὐθετέρῳ ἐοικὸς, οὐ τῷ ὁρωμένῳ τοῦ ἀοράτου Θεότητι, πιστεύομεν δὲ ὅμως τῇ θεηγορίᾳ, καὶ οὐχ ὡς ὅμοιον, ἢ ἴσον· ἀλλὰ κυρίως καὶ ἀραρότως αὐτὸ ὑπάρχειν τὸ θεῖον σῶμα, τὸ ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης ἱερουργούμενον, καὶ τῷ θιάσῳ πάντη ἀτμήτως διαιρούμενον, καὶ ἀλήκτως μετεχόμενον. Οὐδὲ γὰρ ὁ ἥλιος λήγει τοῖς δεομένοις τὸ φέγγος παρέχων· οὐδὲ θάλαττα διὰ τοῦ ἁλὸς μετεχομένη τοῦ κύτους ὑφίσταται· οὐδὲ τὸ πῦρ μυρίας ὑφάπτων λαμπάδας μαραίνεται, ἢ μειοῦται, μὴ λείποντος τοῦ ὑποστρέφοντος, καὶ τὸν πυρσὸν ἐγείροντος· οὐδ' αὖ πάλιν ὁ ἀὴρ τῇ ἀναπνοῇ πάντων ἐμψύχων βραχύνεται. Καὶ πάλιν, *Ὁ μὴ πιστεύων*, φησὶν, *εἰς ἐμὲ, ἤδη κέκριται*, μήπου κρίνας τινά. *Ὁ δὲ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον*· μήπου δὲ εἰληφότες αὐτὴν οἱ πιστεύοντες, μέχρι ταύτης ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐμπαθοῦς καὶ ὑλώδους· ἐκ ταύτης γὰρ ἐπ' ἐκείνην διαβαίνομεν. Ἀλλὰ τῇ θεηγορίᾳ πιστεύοντες, καὶ τὸ μέλλον ἀσφαλῶς ἔχοντες, ὡς ἤδη ἐγκαθεστῶτες αὐτῇ διακείμεθα. Ὁμοίως νοοῦντες καὶ τὸν περὶ τῆς εἰκόνος λόγον, τῷ προορισμῷ καθ' ἡμᾶς τῆς τοῦ Λόγου μορφώσεώς τε καὶ γεννήσεως καὶ βιοτεύσεως ἀπαρτίζεσθαι, ἀπούσης αὐτοῦ τῆς ἀνοσίου κακίας.

tati. Illud enim sanguinem continet, animatum, rubrum, et articulatum est, et variis arteriis atque venis distinctum, quibus et opifex ille Verbum variegatus erat usque ad pilos et ungues. Comam enim Dei voco Christi comam, similiter et pedes et ungues, et sanguinem, et aquam. Propter me enim meis unitum est Verbum. Estque hoc quidem erectum artubus compositum, incedendi vim habens et agendi : illud autem rotundum, non articulatum, inanimatum, sanguine carens, immobile, et neutro simile : non ei qui cernitur, et invisibilis est divinitate. Credimus nihilominus secundum sermonem divinum, etiamsi non sit simile vel æquale, proprie tamen et convenienter id esse corpus divinum, quod in divina mensa sancte consecratur, et universo cœtui sacro absque sectione dividitur, et absque defectu participatur. Neque enim sol desinit indignis lucem præbere, neque mare per salem participatum, usque ad fundum exhauritur, neque ignis infinitas succendens faces languescit aut minuitur, non deficiente eo quod subest, et flammam excitat. Neque item aer omnium animatorum respiratione imminuitur. Rursus ait, *Qui non credit in me, jam condemnatus est* [80] : cum nondum judicasset quemquam. *Qui vero credit in me, habet vitam æternam* [81], ea nondum recepta ab iis qui credunt, donec hac affectibus obnoxia et crassa vita liberati fuerint. Ex hac enim ad illam transimus. Sed sermoni divino credentes, futurumque certo tenentes, veluti si jam in ea constituti simus, ita sumus affecti. Similiter intelligamus et eum qui de hac imagine est, sermonem, per prædictionem quamdam Dei Verbi formationem et nativitatem, vitam denique nostræ similem apte declarare ; sic tamen ut omnis vitiositas excludatur.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟ'.

Οὐκοῦν, εἰ προώρισεν ἑαυτῷ τὴν ἐνανθρώπησιν ὁ Θεὸς, ἀναίτιοί εἰσιν οἱ σταυρώσαντες αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι.

Ἀπόκρισις.

Ἀναίτιοι ὑπῆρχον, εἰ μὴ προηγορεύθη αὐτοῖς διὰ νόμου καὶ προφητῶν, οὐκ ἀλλοφύλων, ἀλλὰ συγγενῶν καὶ ὁμαίμων, καὶ συναδολεσχῶν τῆς νομικῆς παιδείας, ἀπέχεσθαι τῆς κατὰ Χριστὸν θεοκτονίας, καὶ μὴ παρανομεῖν ἀλόγως τὸν Λόγον διὰ σαρκὸς ἀναιροῦντας· οὐδὲν διὰ τῆς εἰκαιολεσχίας ἀπώναντο, ἀνόμως τῷ νόμῳ χρησάμενοι· οὐ γὰρ νόμῳ προσηλωμένοι, καὶ ἐκ παιδὸς αὐτὸν κατηχούμενοι, ἐν ἀμαθείᾳ, μᾶλλον δὲ ἀπωλείᾳ πολιωθέντες, ἐκεῖνον ἠθέτησαν· τὰ δὲ ἄνομα ἔθνη, μήτε νόμῳ συντραφέντα, μήτε τοῦτον κατηχηθέντα, εὐνόμησαν, ἑαυτοῖς νόμος γενόμενοι, καὶ τὸν σφῶν ποιητὴν ἀγάμενοι, ἐκ μόνων τῶν παρ' αὐτοῦ δρωμένων, Θεὸν ὑπάρχειν αὐτὸν πιστεύοντα.

INTERROGATIO CLXX.

Ergo si sibi præfinivit humanæ carnis assumptionem Deus, culpa carent Judæi qui ipsum crucifixerunt.

Responsio.

Caruissent culpa, si non prædictum ipsis fuisset per legem et prophetas, non alienigenas, sed cognatos et consanguineos, et in eodem exercitio legalis disciplinæ constitutos, quo abstinerent a Dei in Christo nece, et ne contra legem agerent, absque ratione Verbum per carnem occidentes. Ideo nihil ex vanis illis garritibus utilitatis perceperunt, lege illegitime usi. Non enim legi adhærentes, et a puero in ea instituti, in inscitia, imo perditione senescentes illum rejecissent. At gentes quibus lex lata non fuit, et quæ in lege educatæ non erant neque in ea institutæ, bene et legitime vixerunt, sibimetipsis lex factæ, suumque conditorem amplexæ, ex iis solis quæ ab ipso facta sunt, Deum ipsum esse crediderunt.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΑ'.

Ἐπειδὴ ἀνωτέρω εἶπας ἐν τῇ τῶν ἀρετῶν τελειώσει ἐξομοιοῦσθαι ἡμᾶς τῷ Θεῷ, καὶ ἐπηγγείλω λέγειν

INTERROGATIO CLXXI.

Quandoquidem in præcedentibus dixisti, in virtutum perfectione nos assimilari Deo, teque dictu-

[80] Joan. III, 18. [81] Joan. VI, 47.

rum recepisti, quonam id per virtutes pacto fiat: a te petimus, primum dici nobis, quæ sit perfecta virtus.

Responsio.

Admirabiliter, o charum caput, et præcise quærens, quis perfectus virtutis finis sit, demonstras te vigilanter ad illum respicere, et quasi (si quidem inventum sit quod desideratur) cum tuæ ipsius vitæ proprium facere velis. At ego in utroque pariter hæsito. Id enim vel oratione complecti vel demonstrare, quod ratio cognoverit, etiam meum intellectum superare dico. Fortassis autem et omnes qui virtute claruerunt, ejus perfectionem se assequi non posse fatebuntur. Perfectio enim in aliis quidem omnibus quæcunque sensu metimur, terminis quibusdam finitis percipitur, velut in quantitate continua et discreta. Omnis enim in quantitate mensura, propriis quibusdam terminis continetur. Ubi qui ad cubitum respicit, aut ad numeri decadem, cognoscit et id unde cœpit, et in quo desiit, in quo scilicet exsistere perfectio solet. In virtute autem unicum ab Apostolo perfectionis terminum didicimus, quod ipsa infinita sit, et omni carens termino; nam magnus ille ac sublimi præditus mente per hanc perpetuo currens, nunquam ad ea quæ priora sunt, extendere se cessavit. Neque enim satis tutam putabat esse a cursu institionem; nullum enim bonum propria natura terminatur, sed per comparationem contrarii omnino finitur: quemadmodum vita morte, lux tenebris et robur infirmitate. Quemadmodum igitur finis vitæ principium mortis est, et solis occasus principium caliginis, et bonæ valetudinis amissio principium infirmitatis, sic cursus virtutis institio principium fit cursus vitiosi. Ideo recte dixi, nullis terminis propriis subjectam esse virtutem. Nam quod terminis comprehenditur, non est virtus. Virtutem vero perfectam, et indeterminatam, et infinitam, magnitudinis et quantitatis expertem, et omni comprehensione superiorem, Deum dico, qui proprie et principaliter est bonus, cujus natura bonitas est et immensissima virtus. Quandoquidem igitur nullus alius est virtutis terminus, quam vitiositatis oppositio, numen autem divinum contrarii non capax est, et infinitum: etiam is qui virtutem obit, idem omnino et Dei particeps est, qui absoluta est virtus: adeoque terminum non habet. Necessario denique etiam ejus qui participat, cupiditas cum infinito concurrens, et una sese extendens, institionem a cursu nunquam habebit. Infinita igitur et immensissima absoluta virtus intelligatur, quæ quidem ipse Deus est.

ποίῳ τρόπῳ τὰ περὶ ἀρετῶν, δεόμεθά σου πρῶτον λεχθῆναι ἡμῖν, τίς ὁ τέλειος τῆς ἀρετῆς ὅρος.

Ἀπόκρισις.

Θαυμασίως, ὦ φίλη κεφαλή, καὶ συντόνως ζητῶν τίς ὁ τέλειος τῆς ἀρετῆς ὅρος, ἔδειξας ἐγρηγόρως πρὸς ἐκεῖνον ὁρᾷν, καὶ ὡς (εἴπερ εὑρεθείη τῷ λόγῳ τὸ ποθούμενον) εἰς τὸν σαυτοῦ σφετερίσασθαι τοῦτον βίον. Ἐγὼ δὲ ἐπ' ἀμφοῖν ἐπ' ἴσης ἀμηχανῶ· τὸ γὰρ περιλαβεῖν ἢ δεῖξαι, ὅπερ ἂν ὁ λόγος κατανοήσῃ, ὑπὲρ τὴν ἐμὴν φημι ὑπάρχειν ἔννοιαν· ἴσως δὲ καὶ πάντες οἱ κατ' ἀρετὴν ἀστράπτοντες, ἀνέφικτον αὐτοῖς ὑπάρχειν τὴν τελειότητα ὁμολογήσοιεν. Ἡ γὰρ τελειότης ἐπὶ μὲν τῶν ἑτέρων πάντων ὅσα τῇ αἰσθήσει μετρεῖται, πέρασί τισιν ὡρισμένοις διαλαμβάνεται, οἷον ἐπὶ τοῦ ποσοῦ τοῦ συνεχοῦς καὶ τοῦ διωρισμένου. Πᾶν γὰρ τὸ ἐν ποσότητι μέτρον, οἰκείοις τισὶν ὅροις ἐμπεριέχεται. Καὶ ὁ πρὸς τὸν πῆχυν βλέπων, ἢ τὴν τοῦ ἀριθμοῦ δεκάδα, γινώσκει τὸ ἀπό τίνος ἀρξάμενος, καὶ εἰς τίνα κατέληξεν· ἐν ᾧ ὑπάρχει τὸ τέλειον ἔχειν. Ἐπὶ δὲ τῆς ἀρετῆς ἕνα παρὰ τοῦ Ἀποστόλου τελειότητος ὅρον ἐπαιδεύθημεν, τὸ ὑπάρχειν αὐτὴν ἀόριστον καὶ ἀπεράτωτον. Ὁ γὰρ πολὺς ἐκεῖνος καὶ ὑψηλὸς τὴν διάνοιαν ἀεὶ διὰ ταύτης θέων, οὐδέποτε τοῖς ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος ἔληξεν (6). Οὐδὲ γὰρ ἀσφαλεστάτην ᾤετο τὴν τοῦ δρόμου στάσιν· οὐδὲν γὰρ ἀγαθὸν τῇ οἰκείᾳ φύσει ὁρίζεται· τῇ δὲ ἀντιπαραθέσει τοῦ ἐναντίου περατοῦται πάντως, ὡς ἡ ζωὴ τῷ θανάτῳ, καὶ τὸ φῶς τῷ σκότει, καὶ ἡ ῥώμη τῇ ἀῤῥωστίᾳ. Ὥσπερ οὖν τὸ τῆς ζωῆς τέλος ἀρχὴ θανάτου ἐστὶ, καὶ ἡλίου δύσις ἀρχὴ σκότους, καὶ ἡ τῆς εὐσθενείας ἐκκοπὴ ἀρχὴ ἀσθενείας· οὕτως τοῦ κατ' ἀρετὴν δρόμου ἡ στάσις, ἀρχὴ τοῦ τῆς κακίας γίνεται δρόμου. Οὐκοῦν εὖ ἔφην μὴ ὅροις ὑποκεῖσθαι οἰκείοις τὴν ἀρετήν· τὸ γὰρ πέρασι διαλαμβανόμενον οὐκ ἔστιν ἀρετή· ἀρετὴν δὲ τελείαν, ἀπέραστον, καὶ ἀόριστον, ἀμεγέθη τε καὶ ἄποσον, πάσης καταλήψεως ὑπέρτερον τὸ Θεῖόν φημι, τὸ κυρίως καὶ πρώτως ἀγαθὸν, οὗ ἡ φύσις ἀγαθότης ὑπάρχει ἡ ἀπεράτωτος ἀρετή. Ἐπεὶ οὖν οὐδεὶς ἀρετῆς ὅρος πλὴν κακίας ἀντιπαράθεσις, ἀπαράδεκτον δὲ τοῦ ἐναντίου τὸ Θεῖον καὶ ἀόριστον· ὁ δὲ τὴν ἀρετὴν μετιὼν, πάντως Θεοῦ καὶ αὐτὸς μετέχει· αὐτὸς γὰρ ὑπάρχει παντελὴς ἀρετή· τοῦτο δὲ ὅρον οὐκ ἔχει· ἀναγκαίως καὶ ἡ τοῦ μετέχοντος ἐπιθυμία τῷ ἀορίστῳ συμπαραθέουσα, καὶ συμπαρεκτεινομένη, στάσιν οὐδέπω ἕξει τοῦ δρόμου. Ἀόριστος οὖν καὶ ἀπεράτωτος ἡ παντελὴς ἀρετὴ νοείσθω, ἥτις ὑπάρχει τὸ Θεῖον.

INTERROGATIO CLXXII.

Et quomodo quis viam aut opus aggredietur, quorum finem et perfectionem exspectare sibique destinatum persequor.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΒ'.

Καὶ πῶς τις ὁδοῦ ἢ ἔργου ἐπιβήσεται, ὧν τὸ πέρας καὶ ἡ τελειότης αὐτῷ ἀπροσδόκητος; Πῶς δὲ

(6) *Τοῖς ἐμπρ. ἐπεκτεινόμενος ἔληξεν.* Respicit hic Cæsarius ad *Philipp.* III, 13, 14, ubi sic legimus: Ἓν δὲ, τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκω· *Unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens; ad ea vero quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum persequor.* At in vulgato Cæsario placuit editori vitiosa hujusmodi lectio ἐπεκτινομένοις ἔλεξεν, cum hac interpretatione, *nunquam ad ulteriora se pervenisse dicit.* Textum emendatum ejusque versionem restitutam proferimus ex Cotelerio *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, p. 672.

καὶ μετέλθοι τὴν ἀρετὴν ἀπελπίζων τῆς τελειότητος;

Ἀπόκρισις.

Ἀλλὰ μὴ, ἐπειδὴ τὸ ζητούμενον ἄληπτον ὁ λόγος ἔδειξεν, τῆς ἐνδεχομένης ἀρετῆς ἀμελήσωμεν, τῆς παντελῶς θεηγορούσης, *Γίνεσθε τέλειοι ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν*. Οὐ πάντως τῇ ἀπαραβλήτῳ, καὶ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν θείᾳ φύσει ἡμᾶς συναποτείνεσθαι διακελευόμενος· ἀμήχανον γάρ· ἀλλὰ τὸ ἐκείνης μιμεῖσθαι φιλάνθρωπον, καὶ εὐπρόσιτον, καὶ πανάγαθον· πᾶσαν περὶ τὸν πέλας εὐσπλαγχνίαν ἐπιδεικνύμενοι, κἂν ἐχθρὸς ὑπάρχῃ καὶ ἐπίβουλος· πάντα γὰρ πᾶσιν ἐπικουρεῖ τὸ Θεῖον, καὶ ἀφθόνως πηγάζει· προλαμβάνωμεν δωρεαῖς τὰς τῶν συμφερόντων αἰτήσεις, παρ' οὐδενὸς δὲ κατ' ἀξίαν τιμώμενοι. Μετέλθωμεν τοίνυν καθ' ὅσον οἷόν τε τὴν ἀρετὴν, κούφοις τε καὶ πυκνοῖς τοῖς ἅλμασι πρὸς αὐτὴν συναλλόμενοι, εἰ καὶ τῆς κορυφῆς ἐφικέσθαι ἀμήχανον. Ἐπεὶ γὰρ τῶν καλλίστων καὶ μὴ τοῦ παντὸς τυχεῖν οἷός τε ἦν, τὸ καὶ μέρους ἐπιτυχεῖν, κέρδος ὑπάρχει οὐ τὸ τυχόν· ἐπεὶ γὰρ τὴν κρήνην, ἢ τὴν ὑδρίαν ἐκπιεῖν οὐχ οἷοί τέ ἐσμεν, ἆρ' οὐκ ὀφείλομεν τῇ ἐγχωρούσῃ μετουσίᾳ τὸν φλογμὸν τοῦ δίψους ἀκέσασθαι; ἢ ὅτι ὅλον τὸν ἀέρα σπᾶσαι ἀμήχανον, παρὰ τοῦτο οὐδ' ἀναπνεῖν ὀφείλομεν; ἢ ὅτι πᾶσαν τὴν διαλεκτικὴν οὐκ ἐπιστάμεθα, οὐδ' ὅλως φράζειν ὀφείλομεν; Πᾶσαν τοίνυν ἐπιδεικτέον σπουδὴν μὴ πάντῃ ἐκπεσεῖν τῆς ἐνδεχομένης τελειότητος· ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτὴν περιπτύξασθαι, ὅσον ἡμῖν καὶ ὑπὲρ τὴν δύναμιν· ἐπαινετὸν γὰρ αὐτῆς τὸ πλεονέκτημα. Διὸ τελειότης δοκεῖ μοι ἀρετῆς τὸ σπεύδειν ἀεὶ ἐν τῷ καλῷ τὸ πλέον ἔχειν, καὶ δικαιοσύνῃ βαρεῖν τὴν ἀδικίαν. Ἀποῤῥήτως γὰρ τῇ διακρίσει τῆς θειότητος ἀντισηκουμένων, καὶ ἀντιμετρουμένων ἐν ἀκαρεῖ τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, διὰ τοῦ ὑπερεκπίπτοντος καλοῦ τε καὶ χείρονος τὰς ἀμοιβὰς κομιζόμενοι, πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀποκρινώμεθα, συγγεραιρεῖσθαι, ἢ συντιμωρεῖσθαι μέλλοντες.

polliceri non potest? Quomodo vero virtutem capesset aliquis de ejus perfectione desperans?

Responsio.

Ne, quandoquidem id quod in quæstione propositum est incomprehensum oratio nostra demonstravit, virtutem quæ perfici potest negligamus, quæ plane sancte concionatur, *Estote perfecti, quemadmodum Pater vester cœlestis perfectus est* [83]. Quibus verbis non cum omnino incomparabili, et rationem intellectumque superante divina natura nosmet ut extendamus jubet (id enim fieri nequit), sed ut illius imitemur benignitatem et facilitatem, omnimodamque bonitatem et omnem erga proximum intimæ miserationis affectum ostendamus, etiamsi sit inimicus et insidiator. Omnia enim omnibus suppeditat Deus, et affatim quasi de fonte quodam manare facit. Præveniamus donis utilium rerum petitiones, a nemine secundum dignitatem honorati. Capessamus igitur pro viribus virtutem, levibus et crebris ad ipsam saltibus assilientes, etiamsi ad summum pertingere nequaquam possimus. Nam in iis quæ præ cæteris pulchra sunt, ipsum totum licet consequi nequeas, vel partem assequi lucrum haud vulgare est. Etenim si maxime fontem aut vas aquarium ebibere non possumus, num propterea non debemus concessa fruitione mederi ardori sitis? Aut quia ut universum aerem attrahamus fieri non potest, ideo neque respirare debemus? Aut quia totam disserendi artem non scimus, ne prorsus quidem fari debemus? Omne igitur studium adhibendum, ne excidamus ea perfectione quæ contingere potest. Quin ipsam tanto magis amplecti debemus, quanto viribus nostris superior est; laudabilis enim est ejus copiosior possessio. Ideo mihi videtur perfectio virtutis, si quis semper festinet, ut in bono plus habeat, et justitia injustitiam deprimat. Ineffabiliter enim per judicium divinum ad trutinam appensis ponderatisque momento temporis iis quæ ab uno quolibet in hac vita facta sunt, prout vel virtus vel vitiositas superaverit, remunerationem reportantes, ad nostri similes aggregabimur, una cum aliis aut honorandi præmio, aut afficiendi supplicio.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΓ'.

Τίνα τὰ εἴδη τῆς ἀρετῆς, καὶ πόσα; καὶ εἰ δυνατὸν διὰ μιᾶς αὐτῶν κατορθῶσαι; Οὐ γὰρ πάντες τὰς πάσας δύνανται κατορθῶσαι. Ἴσως γάρ τις ξενίζειν τινὰς διὰ πενίαν οὐ δύναται, ἐγκρατεύεσθαι καὶ σωφρονεῖν δύναται, ἢ ὑπομένειν ἐν πειρασμοῖς, ἢ διδάσκειν τὰ εὐσεβῆ. Ἄλλος δὴ μεταδίδωσι τοῖς πένησι τὰ ἀναγκαῖα πρὸς τὸ ζῆν· ἄλλος δὲ διακονεῖ δωρεάν. Τί οὖν; Διὰ μιᾶς τούτων οὐ δύναται ἀπαλλαγῆναι τῆς αἰωνίου κρίσεως;

Ἀπόκρισις.

Πᾶσα μὲν ἀρετὴ περισπούδαστος ὑπάρχει τοῖς τὸ λογικὸν μὴ ἀμαυρωθεῖσιν ὑπὸ τῆς ὕλης, παρά τε τοῖς ἀρτίφροσιν ἀληθῶς. Πᾶσα δὲ κακία βδελυκτὴ,

INTERROGATIO CLXXIII.

Quæ sunt species virtutis, et quot? aut num fieri potest ut ipsam recte per unam aliquam perficiamus? Non enim quilibet possunt quaslibet præstare. Fortassis enim fit, ut quis aliquos propter paupertatem hospitio excipere nequeat, qui tamen temperans et sobrius esse potest, aut sustinere tentationes, aut docere pietatem. Alius item largitur pauperibus ad vitam necessaria: alius gratis ministrat. Quid igitur? num per istarum unam aliquam æterno supplicio liberari non potest?

Responsio.

Omnis quidem virtus excolenda est iis, quibus rationis vis a crassis rebus obscurata non est, et apud eos qui vere sunt sanæ mentis. Omnis

[83] Matth. v, 48.

autem vitiositas abominanda, utpote quæ virtutis adversaria est, nostræ repugnans naturæ. Porro virtutis aliqui species quatuor esse dixerunt, fortitudinem, prudentiam, temperantiam et justitiam: quæ pulchra quidem sunt, sed humi repunt et innatant terræ, suntque demissiora quam cœlestis illa sublimitas. Fortitudinem enim dixerunt, quæ vitiis resistat; temperantiam, adversus affectus robur et victoriam; prudentiam, in civitatibus optimam rerum publicarum constitutionem; justitiam, quæ laudabiliter curat vitæ cujusque sortem. Ideo putarunt ordinem quemdam se sancire, si cohibuissent modi excessum in eo quod in utramque partem nimium est: sublimius autem aliquid neque cogitare neque eloqui potuerunt, et quantum in ipsis fuit, virtutem in iis tantum quæ cernuntur, incluserunt, nihil arbitrantes ipsam habere vel sublime, vel quod cœlorum decori simile sit. Nos autem præceptorem eximium illum Apostolum habemus, multas quidem virtutis species recensentem, tres autem præ cæteris omnibus insignes, fidem, spem, charitatem [83]. Quarum fides quidem dat hominibus ea quæ supra naturam sunt, intellectibus ascribens eum qui adhuc circumdatus est indumento crassæ materiei multis affectionibus obnoxio. Nam quæ angelorum et reliquorum carne carentium ordines ignorarunt, horum humi affixis et in terra versantibus hominibus scientiam largitur fides, et instruit eos, adducens mentem ad regalem et nulla forma expressum thronum, et per exquisitum refulgentemque splendorem principii expertis et incorruptæ naturæ caliginem sensuum depellens, et si quid crassum et nubilosum ex illis est, a mente postquam abstersit, facit ut adjuncti socii nihil absurdi credant commissum, priorum oblivione per ablutionem et lavacrum facta, quasi semper virgo et incontaminata apparens.

οἷα δὴ ἀντίπαλος ἱσταμένη τοῦ χρείττονος, κατὰ τῆς ἡμετέρας ἀγωνιζομένη φύσεως. Ἀρετῆς οὖν εἴδη τέταρτά τινες ἔφρασαν· τὰ δὲ ὑπάρχειν, Ἀνδρείαν, Φρόνησιν, Σωφροσύνην, καὶ Δικαιοσύνην· ἅπερ καλὰ μὲν τυγχάνει, χθαμαλὰ δὲ ἕρπει, καὶ ἐπὶ τῆς χέρσου νήχεται, κατώτερα τυγχάνοντα τῆς οὐρανίου ἀψῖδος· ἀνδρείαν γὰρ φήσαντες, τὴν τῆς ὕλης ἀντίμαχον· καὶ σωφροσύνην, τὸ κατὰ τῶν παθῶν κράτος καὶ νίκην· φρόνησιν δὲ, τὴν ἐν ταῖς πόλεσιν ἀριστοκρατίαν· δικαιοσύνην δὲ, τὴν κύδιμον τοῦ βίου μερίδα. Ὥς γε ᾤοντο τάξιν τινὰ νομοθετοῦντες, χαλινώσαντες τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλείονος ἀμετρίαν· ὑψηλότερον δέ τι μήτε νοῆσαι, μήτε ἐκφάναι οἷοί τε· τό τε ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν τοῖς ὁρωμένοις περιέκλεισαν μόνον, μηδὲν οἰηθέντες αὐτὴν ἔχειν ὑψηλόν τε, καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν εὐκοσμίας ἐφάμιλλον. Ἡμεῖς δὲ καθηγεμόνα τὸν ὑψηλὸν Ἀπόστολον ἔχοντες, πολλὰ μὲν εἴδη ἀρετῆς ἀπαριθμούμενον, τρία πάντων ἐξαίρετα, πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην· ὧν ἡ μὲν πίστις δωρεῖται βροτοῖς τὰ ὑπὲρ φύσιν, τοῖς νοητοῖς καταγράφουσα τὸν ἔτι περικείμενον τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης περιβόλαιον. Ἃ γὰρ αἱ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν λοιπῶν ἀσάρκων τάξεις ἠγνόησαν, τούτων τοῖς χαμαιπόροις καὶ ἐπὶ γῆς καλινδουμένοις βροτοῖς τὴν ἐπιστήμην εἰσηγεῖται ἡ πίστις, καὶ ὑποδείκνυσι προσάγουσα τὴν διάνοιαν τῷ βασιλικῷ τε καὶ ἀσχηματίστῳ θρόνῳ· καὶ ἀκριβῆ ἐναστράπτουσα τὴν αἴγλην τῆς ἀνάρχου καὶ ἀκράτου φύσεως, τῇ ἐκεῖθεν ἀστραπῇ τὴν ἀχλὺν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα, καὶ εἴ τι παχὺ καὶ νεφῶδες τῶν τῇδε τοῦ νοῦ ἀπολήσασα, παρέχει ἑταιριζομένη οὐδὲν ἄτοπον πιστεύειν πεπρᾶχθαι, τῶν προτέρων ἀμνηστίαν καὶ ἀπόνηψιν τῷ λουτρῷ ποτισαμένη· καὶ οἱονεὶ ἀείπαις καὶ ἄμωμος ἀναφανεῖσα.

INTERROGATIO CLXXIV.

Quid sibi vult Dominus, cum ait: *A diebus autem Joannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud* [84]? Scimus autem quod omnis (violentia) condemnatione et maledictione digna sit: quomodo igitur intelligemus hoc Domini dictum?

Responsio.

Quia Joannes primus ejus temporis regni cœlorum adventum hominibus annuntiavit, et Servator deinceps advenit; qui firmiter et sincere credunt, per summum exercitium et laboriosam vitam terminos naturæ transcendentes, et ad affectuum mortificationem translati in corpore, et ex eo obstacula supervolantes, mortificantes concupiscentias corporis, per angustam et laboriosiorem viam in virtutibus ingredientes, se violenter cogunt, *ad præmium supernæ vocationis* compellentes, ut inquit divus Apostolus [85].

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΔ'.

Τί βούλεται λέγων ὁ Κύριος, *Ἀπὸ δὲ τῶν ἡμερῶν Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἕως ἄρτι ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν;* Οἴδαμεν δὲ ὅτι πάσης κρίσεως καὶ κατάρας ἐστὶν ἄξιος. Πῶς οὖν ἄρα νοήσομεν τὸ τοῦ Κυρίου ῥῆμα;

Ἀπόκρισις.

Ἰωάννου πρώτου αὐθήμερον ἥκειν τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν βροτοῖς καταγγείλαντος, καὶ τοῦ Σωτῆρος θᾶττον ἐπιστάντος· οἱ ἀραρότως καὶ εἰλικρινῶς πιστεύοντες, δι' ἀκροτάτης ἀσκήσεως καὶ σκληρουχίας τοὺς ὅρους τῆς φύσεως ὑπερβαίνοντες, καὶ πρὸς τὸ ἀπαθὲς μεθιστάμενοι ἐν σώματι, καὶ τὰ ἐκ τούτου κωλύματα ὑπεριπτάμενοι, νεκροῦντες τὰς ἐπιθυμίας τοῦ σώματος, διὰ τῆς στενῆς καὶ πονικωτέρας ὁδοῦ ταῖς ἀρεταῖς βαίνοντες, σφᾶς βιάζονται, *πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως* ἐπειγόμενοι, ὥς φησιν ἱερὸς Ἀπόστολος.

INTERROGATIO CLXXV.

Quid significat Dominus, de eodem Joanne dicens:

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΕ'.

Τί σημαίνει ὁ Κύριος λέγων περὶ τοῦ αὐτοῦ Ἰωάν-

[83] I Cor. XIII, 13. [84] Matth. XI, 12. [85] Philipp. III, 14.

νου, *Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, οὗτός ἐστιν Ἠλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι;* Οἴδαμεν δὲ ὅτι Ἰωάννην Ἡρώδης ἀπέτεμεν· καὶ πῶς πάλιν Ἠλίας αὐτὸς οὗτος γενήσεται;

Ἀπόκρισις.

Ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου, ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἀποσταλέντα ἐν τῇ θεανδρικῇ ἐπιφοιτήσει, Ἠλίαν εἰκότως προσαγορεύει, διά τε τῆς χάριτος τὴν ἰσότητα, καὶ τῆς οἰκονομίας τὸ ἐφάμιλλον. Ἀρχὴ γὰρ καὶ τέλος τῶν δύο Διαθηκῶν γέγονεν Ἰωάννης· τέλος μὲν τοῦ νόμου, ἀρχὴ τῶν Εὐαγγελίων, τοῦτ' ἔστιν, ἑτέρας παρὰ τὴν νομικὴν ἀγωγήν τε καὶ πολιτείαν καθηγητής. Ὁμοίως καὶ Ἠλίαν καραδοκῶμεν ἐν τῇ θεανδρικῇ δευτέρᾳ Χριστοῦ ἐπιφοιτήσει βραχύ τι προήκοντα, πέρας μὲν ὑπάρχειν τῆς ἐνεστώσης ἀγωγῆς τε καὶ ζωῆς, ἀρχὴν δὲ τῆς μελλούσης· κατὰ δὲ Ἰωάννην καὶ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ νοητοῦ Ἡρώδου ὑπὲρ ἀτρεκείας μιαιφονούμενον.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟϚ'.

Πῶς *μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής;* Καὶ εἰ προφήτης ἦν, τί περισσότερον εἶχε προφήτου; ὅτι οὕτως λέγει ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις. Διὰ τί δ' ἄρα μείζων πάντων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος μαρτυρηθεὶς, τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Ζαχαρίαν ἐφίμωσεν;

Ἀπόκρισις.

Ποικίλη μοι δοκεῖ ἡ περὶ τούτου διασάφησις· καὶ πρό γε πάντων ὑμῶν αὐτῶν ὁμολογούντων, μείζων πάντων βροτῶν, καὶ ὑψηλότερος προφητῶν, ὑπὸ τοῦ Κυρίου μαρτυρεῖσθαι τὸν Ἰωάννην, οὐκ ἔχομεν λόγον τοῦ ζῶντος Λόγου ἀνώτερον, μαρτυροῦντα τῇ βοώσῃ ἐν τῇ ἐρήμῳ φωνῇ, *Ἑτοιμάζειν τὰς ὁδοὺς τοῦ Κυρίου, καὶ εὐθείας ποιεῖν τὰς τρίβους αὐτοῦ.* Ἀλλὰ τὰς ἀφορμὰς περὶ τῆς φωνῆς Ἀπὸ τοῦ Λόγου κομισάμενοι, λόγον, οὐθετέρου κατ' ἀξίαν, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν ἐμὴν περὶ ἑκάστου ἀποδώσω. Μείζων τοίνυν πάντων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννης, ὅτι ἐν τῇ μητρῴᾳ νηδύϊ ὑπάρχων ἔτι, καὶ μή που τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου ψαύσας, προεφήτευσε τῇ μητρῴᾳ γλώττῃ ὀργάνῳ χρησάμενος, καὶ ἐν σκότει λανθάνων, τὸ φῶς ἐν γαστρὶ τῆς ἀειπαιδος Μαρίας σαρκούμενον οὐκ ἠγνόησε· τὴν ἀστραπὴν οἱονεὶ δι' ὀπῆς τινος τοῦ τῆς φερούσης στόματος, τῇ περιπτύξει καὶ φιλήματι τῆς θεοφόρου νεάνιδος σπασάμενος, ἀρθεὶς τῇ μητρῴᾳ γλώττῃ ἀνεβόησε, *Πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου ἔλθῃ πρός μέ;* Ὁ εὐγνώμων οἰκέτης ἐπέγνω τὸν Δεσπότην· καὶ σκαίρων ἐξάλλεσθαι τῆς γαστρὸς, πρὸς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου ἐπείγεται προφθάσαι τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἑτοιμάσαι τὸ ὑπὲρ ἡμῶν κατὰ σάρκα λουτρόν. Πλεονεκτεῖ δὲ προφητῶν, τῷ καὶ αὐτὸν ἀθρῆσαι ἐν σαρκὶ τὸν προφητευόμενον, καὶ τῆς ἐκείνου κορυφῆς ψαῦσαι, ἧς τρέμει τὰ σύμπαντα, ὃν πάντες πατριάρχαι καὶ προφῆται δι' ὀνείρων ἢ αἰνιγμάτων μόνων ἐφαντάσθησαν, πρὸ τῆς θεανδρικῆς τοῦ Λόγου θεοφανείας τὸν βίον ἀμείψαντες. Τὸ δὲ κωφεῦσαι τὸν Ζαχαρίαν, τὴν γέννησιν τοῦ παιδὸς εὐαγγελισθέντα οὐ κατ' ἔκπλη-

Et si vultis recipere, hic est Elias qui venturus est[86]? Scimus autem, quod Joannem Herodes decollavit, et quomodo rursus Elias hic idem erit?

Responsio.

In spiritu et virtute Eliæ ante se missum in suo uniti cum Deo hominis adventu Eliam merito appellat. Item propter gratiæ æqualitatem et administrationis similitudinem. Principium enim et finis duorum Testamentorum fuit Joannes: finis quidem legis, principium vero Evangelii, hoc est, alterius quam legalis institutionis et vitæ magister. Similiter et Eliam exspectamus in secundo uniti cum Deo hominis Christi adventu, paululum præcedentem, qui ostendat finem quidem esse præsentis institutionis et vitæ, principium autem futuræ. Quemadmodum autem necatus est Joannes, ita et ipsum ab intellectili Herode propter veritatem interficiendum credimus.

INTERROGATIO CLXXVI.

Quomodo *major inter natos ex mulieribus Joannes Baptista est*[87]? Et si propheta fuit, quid amplius habuit quam propheta? sic enim dicit Dominus in Evangelio. Quare autem major omnium testimonio Servatoris perhibitus est, qui suo ipsius patris os obturavit?

Responsio.

Varia mihi de hoc videtur esse declaratio. Et quidem ante omnia vobismetipsis fatentibus, quod major omnibus mortalibus et excelsior prophetis testimonio Domini perhibeatur Joannes: non habemus verbum vivente Verbo præcellentius, quod testimonio est voci in deserto clamanti: *Parate vias Domini, et rectas facite semitas ejus*[88]. Sed occasionibus de voce a Verbo sumptis, rationem ex neutrius quidem dignitate, pro mea tamen virili de singulis reddam. Major ergo omnibus inter natos mulierum Joannes, quod cum adhuc in utero materno esset, nostramque vitam nondum attigisset, vaticinatus sit, instrumento materna lingua usus, et in tenebris latens, lumen in alvo semper virginis Mariæ incarnatum non ignoravit, fulgore veluti per foramen aliquod, per os ejus quæ gestabat, amplexu et osculo Deum gestantis puellæ hausto, elevatus materna lingua exclamavit: *Unde mihi hoc, ut mater Domini mei veniat ad me*[89]? Gratus servus Dominum cognovit, et gestiens exsultare in ventre ad ministerium verbi impellitur, ad præveniendum ad Jordanem, et parandum ipsi secundum carnem quod pro nobis erat, lavacrum. Major autem prophetis est, quod ipsum de quo illi vaticinabantur, vidit in carne, illiusque verticem tetigit, quo contremiscunt universa, quem omnes patriarchæ et prophetæ per somnia aut ænigmata tantum imaginati sunt, ante uniti cum Deo hominis Verbi divinam apparitionem vita defuncti. Quod autem mutus factus est Zacharias, postquam illi filii procreatio annuntiata fuisset, id non ex consternatione conspecti a se

[86] Matth. XI, 14. [87] ibid. 11. [88] Matth. III, 3. [89] Luc. I, 43.

angeli profectum dico (consueta enim illorum visio ei, qui pure legi in officio sancto serviebat); sed per typum illius silentii sequitur silentium legis. Nato vero puero lingua patris rursus restituta est, significans e silentio et sterilitate atque senio vocem generari: hoc est, ex antiquata et ad senium redacta sterilique facta lege, ac infecunditate Judæorum qui eam acceperant, neque quidquam ex prophetarum vaticiniis utilitatis perceperant, neque intellexerant Judaicam Dei et Verbi secundum naturam nostram nativitatem reipsa evenire, et illius matrem secundum carnem ex ipsis progredi.

INTERROGATIO CLXXVII.

Et quomodo cum Christus ipsum omnibus majorem testetur, rursus idem dicit: *Qui autem minor est in regno cœlorum, major ipso est* [90]?

Responsio.

Ne hoc quidem citra duplicem et varium intellectum est accipiendum; triplicem enim nobis hæc verba sensum referunt: Unum quidem, quod minor ipso secundum carnem ipse Dominus esset, cum semestri tempore post illius conceptionem inhabitaverit perpetuæ virginitatis matrem, ex illa corpore circumdatus, secundum unionem indivulsus et a commistione liber, quemadmodum ex magno illo Gabrielo discimus, qui Deiparæ id annuntiat. Inquit enim: *Ecce Elisabeth cognata tua etiam ipsa concepit filium in senectute sua; et hic ei sextus mensis est* [91]. Minor item est Joanne cum homo cernitur, major autem cum Deus esse intelligitur Christus. His autem cedit angelorum Joannis respectu excellentia; nam qui omnibus angelis putatur ordine et natura minor in regno cœlorum, major ipso est secundum naturam et generationem: Joannem enim ille vilis Herodes decollavit, unus autem angelus qui illis omnibus minor est, infinitos Herodes in temporis momento percussisset et perdidisset. Unus enim angelus egressus ex castris, Isaiæ et Ezechiæ tempore, centum octoginta quinque millia alienigenarum hostium in temporis puncto prostravit perimens. Quem vero nobis alium tertius exhibet sensus? quis minor quidem in regno cœlorum, major autem Joanne? omnino eum, qui a Domino *filius tonitrui* [92] cognominatus est, Joannem Theologum. Ille enim cum multo timore etiam jussus tangere Verbi verticem carnem gestantis non audebat; hic autem plus omnibus libertatis habens, in divina cœna in sinu Domini recumbens, paulo post super ipsum sanctum uniti cum Deo hominis pectus sese reclinat, ut Evangelium docet [93], de eo qui ipsum proditurus erat, quærens. Innuerat enim ei Petrus, ut sciscitaretur quisnam esset qui ipsum proderet. Non mater quæ pepererat, non Josephus qui nominabatur, attamen pater ejus non erat; non Joannes Ba-

ξιν τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἀγγέλου φημὶ (ἐν συνηθείᾳ γὰρ ἦν τῆς ἐκείνων ὄψεως, καθαρῶς τῷ νόμῳ ἱερατεύων), ἀλλὰ τῷ τύπῳ τῆς ἐκείνου σιγῆς ἡ τοῦ νόμου ἕπεται σιγή. Τικτομένου δὲ τοῦ παιδὸς ἡ γλῶττα τοῦ πατρὸς αὖθις ἀπεκαθίστατο· δηλοῦσα ἀπὸ τῆς σιγῆς, καὶ στειρώσεως, καὶ γήρους, τὴν φωνὴν τίκτεσθαι· τοῦτ' ἔστιν ἐκ τοῦ παλαιωθέντος, καὶ καταγηράσαντος, καὶ στειρότητος νόμου τῇ ἀκαρπίᾳ τῶν δεξαμένων Ἰουδαίων, οὐδὲν ἐκ τῶν προφητικῶν προῤῥήσεων ἀποναμένων, οὐδὲ συνιόντων τὴν Ἰουδαϊκὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου καθ' ἡμᾶς γέννησιν εἰς ἔργον ἐλθεῖν· καὶ τὴν αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα ἐξ ἐκείνων προελθεῖν.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΟΖ'.

Καὶ πῶς μείζονα πάντων αὐτὸν ὑπάρχειν ὁ Χριστὸς μαρτυρῶν, πάλιν αὐτὸς λέγει, *Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν.*

Ἀπόκρισις.

Οὐδὲ τοῦτο ἔξω διπλῆς (7) καὶ ποικιλίας τὸ νόημα· τριπλῆν γὰρ ἡμῖν ὁ λόγος ἐμφαίνει διάνοιαν· τὴν μὲν, ὅτι μικρότερος αὐτοῦ κατὰ σάρκα αὐτὸς ὁ Κύριος, μετὰ ἑξαμηναῖον χρόνον τῆς ἐκείνου συλλήψεως οὗτος οἰκήσας τὴν Ἀειπαῖδα, τὸ ἐξ ἐκείνης σῶμα περιτιθέμενος καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον καὶ μίξεως ἐλεύθερον, καθὼς ἐκ τοῦ μεγάλου Γαβριὴλ παιδευόμεθα, εὐαγγελιζομένου τὴν Θεοτόκον. Φησὶ γάρ, *Ἰδοὺ Ἐλισαβὲτ ἡ γυνή σου καὶ αὕτη συνειληφυῖα υἱὸν ἐν γήρᾳ, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος αὐτῇ.* Μικρότερός ἐστιν Ἰωάννου βροτὸς ὁρώμενος, μείζων δὲ, Θεὸς νοούμενος ὁ Χριστός. Δευτερεύει δὲ τούτοις ἡ τῶν ἀγγέλων πρὸς Ἰωάννην ὑπεροχή. Ὁ γὰρ πάντων ἀγγέλων δοκῶν ἔσχατος τῇ τάξει, καὶ τῇ φύσει βραχύτερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ὑπάρχει κατὰ φύσιν καὶ γέννησιν· Ἰωάννην γὰρ ὁ εὐτελὴς Ἡρώδης ἀπέτεμεν· εἷς δὲ ὁ ἄγγελος ὁ πάντων μικρότερος μυρίους Ἡρώδεις ἐν ἀκαρεῖ πατάξαι καὶ ἀπολέσαι. Εἷς γὰρ ἄγγελος ἐξελθὼν ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ἐπὶ τοῦ Ἡσαΐου καὶ Ἐζεχίου, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας τῶν πολεμίων ἐν ἀτόμῳ· ἐδρέψατο ἀνελών. Τίνα δὲ ἡμῖν ἕτερον ἡ τρίτη παρίστησι διάνοια, μικρότερον μὲν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζονα δὲ Ἰωάννου; ἢ πάντως τὸν ὑπὸ τοῦ Κυρίου τὸν μετακληθέντα *Υἱὸν βροντῆς*, Ἰωάννην τὸν Θεολόγον. Ἐκεῖνος γὰρ μετὰ πολλοῦ τοῦ δέους καὶ προσταττόμενος ψαῦσαι τῆς τοῦ Λόγου κορυφῆς σαρκοφοροῦντος, οὐκ ἐθάῤῥει. Οὗτος δὲ πάντων πλεονεκτῶν παῤῥησίᾳ, ἐν τῷ θείῳ δείπνῳ ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Κυρίου ἀνακλιθεὶς, μετὰ βραχὺ ὑπ' αὐτὸ τὸ ἅγιον τοῦ θεάνδρου στέρνον μετανακλίνεται, καθὼς παιδεύει τὸ Εὐαγγέλιον, περὶ τοῦ μέλλοντος αὐτὸν παραδιδόναι πυθόμενος· ἔνευε γὰρ αὐτῷ ὁ Πέτρος μαθεῖν τίς ἄρα ἢ ὁ διδοὺς αὐτόν. Οὐ μήτηρ ἡ τεκοῦσα, οὐκ Ἰωσὴφ ὀνομαζόμενος, οὐκ ἦν δὲ πατὴρ αὐτοῦ· οὐκ Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής, οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἀρχάγγελος, οὐδ' ἕτερός τις ἀνδρωθέντος τοῦ Θεοῦ

[90] Matth. XI, 11. [91] Luc. I, 36. [92] Matth. III, 17. [93] Joan. XIII, 23-25; XXI, 20.

(7) *Διπλῆς.* Legendum jubet διπλόης cl. Cotelerius *Monum. eccl. Gr.* tom. II, pag. 577, quemadmodum infra in *Respons. ad Interrog.* CLXXXIX, ubi legimus in eamdem sententiam: ἔχει δὲ καὶ τινα διπλόην τὸ νόημα.

καὶ Λόγου ἐτόλμησε προσψαῦσαι τοῦ φρικώδους ἐκείνου στήθους, ἐφ' οὗ οὗτος ὁ Ἰωάννης, οἷα πατὴρ ἐφ' υἱῷ διαχεόμενος ἀνέκειτο· ἐκεῖθεν τὸν περὶ τοῦ Λόγου λόγον ἀρυσάμενος· καὶ δὴ τοῖς ὑπ' οὐρανοῦ βροντήσας τὸ, *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.* Ἐκεῖνος τὸ θεῖον καὶ πανάγιον Πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐθεάσατο μόνον, ἐπὶ τὸν Λόγον σαρκὶ βαπτισθέντα ἐξ οὐρανῶν ἐπιπτάμενον. Οὗτος δὲ ἐν εἴδει γλώττης πυρὸς ἐπὶ τῆς οἰκείας ἐδέξατο κεφαλῆς, ἅμα τοῖς συμφοιτηταῖς, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς, καθὼς ὁ μέγας Λουκᾶς τὰς *Πράξεις* γράφων τῶν ἀποστόλων ἱστόρησεν· ἐκεῖνος καρατομεῖται δι' ἑταίραν ἀκόλαστον ἀδελφόμιγα, τὴν Ἡρώδου γυναῖκα, γενομένην τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· οὗτος ὑπὲρ τοῦ Κυρίου τὸν τάφον οἰκῆσαι καταξιωθεὶς, ὕστερον τελευτᾷ. Ἐκεῖνος ἐβάπτιζε μόνον τοὺς προσιόντας, Πνεῦμα δὲ θεῖον οὐδενὶ παρασχεῖν οἷός τε ἦν· διὸ τοὺς ὑπ' ἐκείνου βαπτισθέντας, οὗτος ἅμα καὶ οἱ λοιποὶ ἀνεβάπτιζον οἱ ἀπόστολοι πρὸς τελείωσιν, καὶ χειροτεθοῦντες, Πνεύματος ἁγίου μετεδίδουν τοῖς πιστοῖς εἰς σημείων καὶ τεράτων ἐπίδειξιν. Ἐκεῖνος μείζων πάντων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ὑπάρχειν ἐμαρτυρήθη παρὰ τοῦ μείζονος· οὗτος φῶς τοῦ κόσμου ἐκλήθη παρὰ τοῦ ἀληθινοῦ καὶ ἀγεννήτου καὶ ἀεὶ ὄντος Θεοῦ μεγάλου φωτός. Ἐκεῖνος τὸν βίον ἤμειψε μηδὲν σημεῖον πεποιηκὼς, μηδ' ὅλως θαυματουργήσας, καθὼς φησι περὶ αὐτοῦ τὸ Εὐαγγέλιον, μηδέ τι ἀκούσας τῶν ἐκεῖ μελλόντων αὐτῷ· οὗτος συγκαθέζεσθαι Χριστῷ, καὶ νεύματι αὐτοῦ κρίνειν τὰς φυλὰς τοῦ Ἰσραὴλ, παρὰ Χριστοῦ θεηγοροῦντος ἐπήγγελται ἅμα τοῖς δώδεκα. Ἐκεῖνος οὐδαμοῦ μακαρίζεται, καὶ μέγας ὑπάρχων ἐν βροτοῖς· οὗτος ἀπόδειξιν λαμβάνων τοῦ μείζους ὑπάρχειν, ὑπὸ τοῦ μάκαρος Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅς φησιν αὐτοῖς· *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε, καὶ οὐκ ἤκουσαν· ὑμῶν δὲ μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι βλέπετε, καὶ τὰ ὦτα, ὅτι ἀκούετε.* Προφήτην δὲ καὶ δίκαιον τὸν Ἰωάννην ὑπάρχειν πάντες πιστεύομεν. Ἐκεῖνος ἐγγισάσαν τῇ οἰκείᾳ μητρὶ τὴν τοῦ ἀπάτορος ἐνταῦθα μητέρα δείσας, ἔσκαιρεν ἐξάλλεσθαι, τῆς φερούσης κινδυνεύων, μὴ φέρων τὴν πυρφόρον ἐγγίζουσαν· τοῦτον δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ συνίστησι καὶ παρατίθεται τῇ οἰκείᾳ μητρὶ ὁ κατ' οὐσίαν ἀμήτωρ, καὶ κατ' οἰκονομίαν ἀπάτωρ. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σωτηρίου πάθους τῷ σταυρῷ παρεστῶσιν, ἀτενίσας τῷ Ἰωάννῃ, φησὶ τῇ ἀγάμῳ καὶ μητρὶ, *Ἰδοὺ ὁ υἱός σου,* ἀνάπαλιν δὲ πρὸς ἐκεῖνον, *Ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου·* θάτερον θατέρῳ ἀνθ' ἑαυτοῦ συνιστῶν, καὶ ἑκατέρων τὴν ἀμείωτον καὶ ἀνέπαφον παρθένον δημηγορεύει θεομάχου πανηγύρεως.

Πτύον μοι δοκεῖ ἡ ἀδέκαστος τοῦ Θεοῦ κρίσις, ἕκαστον οἷον διὰ νόμου τοῦ Θεοῦ πρὸς τὴν κατάλληλον τῶν βεβιωμένων χώραν ἀποκρίνουσα. Ἅλωνα δὲ νοῶ, τὴν πάνδημον τῆς οἰκουμένης Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν πανάνθρωπον ἀνάστασιν· ἐν ᾗ τοὺς μὲν ἀχυρώδεις, καὶ εὐρίπους, παντὶ ἀνέμῳ ἁμαρτίας ῥιπισθέντας, καὶ κούφους καὶ ἀκάρπους γενομένους, πτύου δίκην ἡ θεία ψῆφος τῷ πυρὶ διαπετάζει εἰς καῦσιν αἰώνιον· τοὺς δὲ ἴσα πυροῦ θρεπτικοὺς τοῖς πέλας γενομένους, καὶ ἀρετὴν εὐθυνήσαντας (12), εἰς ἀποθήκην συγκομίζει κατάλληλον· ἣν καὶ μονὴν προσαγορεύει σωτήριον. Ἐκεῖ γὰρ ὄντως ὑπάρχει ἡ μονὴ ἡμῶν. Ἡ γὰρ παροῦσα ζωὴ οὐ μονὴ, ἀλλὰ

[43] I Cor. xv, 53. [44] II Cor. v, 10. [45] Matth. iii, 10. [46] Heb. iv, 12. [47] Matth. iii, 12.

(12) *Εὐθυνήσαντας.* Coteierius *Monum. Eccl. Gr.* tom. II, pag. 537, corrigendum statuit εὐθηνήσαντας, *et virtute abundarunt.* Videsis eruditorum observationes ad Hesychium noviss. edit. v. *Εὐθυνῶν.*

σκηνή μοι δοκεῖ, σὺν τῇ πήξει ἔχουσα καὶ τὴν καθαίρεσιν.

Illic enim vere est mansio nostra. Nam præsens vita, non mansio nostra, sed tabernaculum esse mihi videtur, quod una cum fixione etiam destructionem habet.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΠΗ'.

Ἀφορμὴν ἐκ τῆς ἀποκρίσεως λαβόντες, δεόμεθά σου εἰπεῖν, διὰ τί τῶν ἐκκλησιῶν πολλάκις καὶ εὐσεβῶν ἀνθρώπων ὁρῶμεν πτῶσιν, καὶ ἀφανισμοῦ διὰ σεισμοῦ, ἢ βροντῆς, ἢ ἑτέρας ἀπειλῆς γιγνομένην, ὡς τοῖς ἁμαρτωλοῖς;

Ἀπόκρισις.

Ἐκ τῆς θείας Πυκτῆς τὰ περὶ τούτων παιδευόμεθα· εἰ γὰρ τῆς θείας κιβωτοῦ οὐκ ἐφείσατο ὁ Κύριος, ἀλλ' ἀπέδοτο αὐτὴν ἀλλοφύλοις σὺν ἱερεῦσιν αὐτῆς ἀνομήσασι, καὶ πόλιν ἁγίαν τὴν Ἱερουσαλὴμ κατέσκαψε, καὶ χερουβὶμ δόξης τοῦ ἱλαστηρίου καθεῖλε, καὶ στολὴν θείαν διέῤῥηξε, καὶ χαρίσματα τὰ θεῖα, καὶ προφητείαν, καὶ δήλωσιν, καὶ ἐφὼδ, καὶ λόγιον, καὶ τὸ ἐξ ἀκηράτου χρυσίου πέταλον, ἀῤῥήτους ἔχον χαρακτῆρας, καὶ λοιπὰ τῆς τελετῆς ἐν ἔθνεσιν εἰς καταπάτημα καὶ λαφυρίαν ἐξέδοτο, ἐπὶ κατακρίσει τῶν ἀνομησάντων τότε· οὐδὲ τῶν νῦν ἑαυτοῦ ἀνακτόρων φείδεται, οὐδὲ τῶν ἐνόντων ἀῤῥήτων, καὶ ἀχράντων μυστηρίων· δέος ἐμβαλὼν τοῖς πταίουσιν, ἀπηνεστέραν καραδοκεῖν τιμωρίαν, τῇ πονηρίᾳ ἐμμένοντας. *Ὀλολυζέτω γὰρ πίτυς ὅτι πέπτωκε κέδρος*, φησὶν Ἱερεμίας (13)· τοῦτ' ἔστιν, Ἰσχυρῶν καὶ ἁγίων κατασσομένων, τὰ ἐν τῇ γῇ ἀσθενέστερα παιδευέσθω. Ὅπερ ἀνάπαλιν φράζων ὁ τῶν θείων σοφὸς Σολομὼν, *Ἀσεβῶν καταπιπτόντων δίκαιοι δειλοὶ γίνονται.* Οὐ γὰρ ὅπλων αἰχμαὶ, καὶ κράνος, καὶ θώραξ, ἢ κνημῖδες, ἀσφαλῆ πονηροῖς τὴν ζωὴν παρέξουσι, λωποδυτοῦσι, καὶ τὰς λεωφόρους ἐνεδρεύουσι. Πολλοὶ γὰρ δυσάλωτοι φρασάμενοι ἐλεεινῶς τοῦ ζῆν ἀπεῤῥάγησαν, παρ' ἡμῖν μὲν ἀνάγραπτοι, Ὠρὴβ καὶ Ζεβεὲ, καὶ Σαλμανᾶ, καὶ Ἀβιμελὲχ, καὶ Γολιὰθ, καὶ Ἀβεσσαλὼμ, καὶ ὅσοι κατ' ἐκείνους· παρὰ δὲ τοῖς ἔξω, Ἕκτορες καὶ Αἴαντες, καὶ αὐτοὶ οἱ ἐπὶ ῥώμῃ φυσώμενοι Λακεδαιμόνιοι· ἐπεὶ οὐκ ἔσχον σύνδρομον τῆς εὐσθενείας τὸ δίκαιον. Πρὸ τοῦ οὖν Θεὸς ἡμᾶς διὰ πονηρίαν πολεμίοις ἀποδῶται, ἢ τὰς ἐκκλησίας ἐπικατασείσῃ, ἁμαρτάνουσι τῆς σφῶν ἀδικίας πολεμήσωμεν, καὶ τῷ δήμῳ τῆς ἁμαρτίας, στρατόπεδον εὐσεβείας ἀνθοπλίσωμεν.

INTERROGATIO CLXXXVIII.

Occasionem ex responsione nacti, te quæsumus ut dicas, quare ecclesiarum sæpenumero et piorum hominum videmus casum et interitum per terræmotum, aut fulmen, aut per aliam indignationem accidere, ut peccatoribus?

Responsio.

Ex divina Scriptura de istis docemur: nam si divinæ arcæ non pepercit Deus, sed ipsam alienigenis tradidit cum sacerdotibus ejus, qui inique egerant: et civitatem sanctam Hierosolyman solo æquavit; et cherubos gloriæ propitiatorii sustulit, et stolam sanctam disrupit, divinaque charismata, et prophetiam et declarationem, et ephod et rationale, et ex auro puro laminam, arcanos habentem characteres, et reliqua sancti ministerii, gentibus tradidit in conculcationem et direptionem, tunc prævalentibus impiis: ne nunc quidem suis templis parcit, neque in iis contentis ineffabilibus et incontaminatis mysteriis; timorem injiciens offendentibus, ut severius exspectent supplicium, si in malitia perseveraverint. Nam *Ululet pinus, quoniam cecidit cedrus* [48], inquit Jeremias. Hoc est, Fortibus et sanctis sublatis, quæ in terra infirmiora sunt, erudiantur. Quod itidem tradit hisce verbis peritus ille rerum divinarum Solomo, *Impiis cadentibus, justi timidi fiunt.* Non enim armorum cuspides, et galea, et thorax aut tibialia securam flagitiosis vitam præstabunt, prædatoribus et publicas vias obsidentibus. Multi enim captu difficiles putati, miserabiliter vita privati sunt; apud nos quidem litteris proditi, Orebus, et Zebus, et Zebeas, et Salmana, et Abimelechus, et Goliathus, et Absalom, et quicunque similes illis fuere; apud exteros autem, Hectores, et Ajaces, et ipsi qui propter fortitudinem inflati erant Lacedæmonii, quoniam non habebant cum robore conjunctam justitiam Itaque priusquam nos Deus hostibus tradat, aut ecclesias concutiat, cum peccantibus propter suam injustitiam certemus, et populum pro peccato, vallo pietatis armemus.

ΠΕΥΣΙΣ ΡΠΘ'.

Τί βούλεται ὁ Κύριος λέγων, εὐνοεῖν τῷ ἀντιδίκῳ, ὅταν ἐσμὲν ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ; Οὐ γὰρ πάντως τοὺς συνοδεύοντας ἡμῖν ἔχομεν.

Ἀπόκρισις.

Καλὴ μὲν, καὶ ἁπλῆ, καὶ πρόχειρος εὔνοια, τοῦ μὴ μηνιᾷν, μηδὲ σπεύδειν ἀμύνεσθαι τὸν ἀδικήσαντα· φησὶ γὰρ αὐτὸς, *Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν καταρωμένων ὑμῖν*, καὶ, *Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδίδοτε*, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἔχει δὲ

INTERROGATIO CLXXXIX.

Quid sibi vult Dominus dicens, ut benevolentiam habeamus cum adversario dum sumus in via cum ipso [49]? Non enim semper nobiscum iter facientes habemus.

Responsio.

Bona quidem et simplex et prompta est benevolentia, ne succenseat, ne festinet ad ulciscendum eum qui læsit. Inquit enim ipse, *Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui vos odio prosequuntur, et orate pro devoventibus vos* [50]; et, *Nemini malum pro malo reddite* [51], et quæcunque sunt hujusmodi.

[48] Zach. XI, 2. [49] Matth. V, 25. [50] ibid. 44. [51] Rom. XII, 17.

(13) *Φησὶν Ἱερεμίας.* Non Jeremiæ, sed Zachariæ XI, 2, locus exstat ab auctore citatus.

Habet autem hoc dictum duplicem quemdam sensum, latentem eos qui crassiore sunt intellectu. Potest enim et domi desidens, et procul ab urbanis tumultibus remotus in extremis secessibus agens habere adversarium. Itaque benevolentiam cum adversario habens, melius et acutius illum intelligere jubet, adversarium quidem corporis appetitum adversus spiritum divine decenterque definiens; vim autem ipsam vitam innuens, a genere nostro inordinate recedentem. Benevolentiam vero velocem sensum corporeæ insurrectionis dicit, qui simul ut appetitus motus fuerit, illico intelligere debet, et quasi freno divino timore refrenare, ne quando si iisdem mandatis nos submiserimus et indigna fecerimus superna vocatione, tradamur ab illis judici, quando venerit ad retribuendum unicuique secundum dignitatem eorum quæ in vita gessit. Ne igitur promissionem litteræ sufficere putemus ad salutem neglecto opere: neque per tactum incontaminati sacrificii appropinquare Deo nos imaginemur: nam facere quam loqui Deo convenientius esse, Deus demonstrat.

INTERROGATIO CXC.

Quid est, quod dicit Dominus, *Quod si dexter oculus tuus offendit te, erue ipsum et projice abs te; et si dextra tua manus offendit te amputa eam et projice abs te* [52]?

Responsio.

Oculo et manui dexteræ, Christus oculus nulli somno succumbens, et dextera Dei et Patris, propinquitatem consanguineorum, vel etiam amicos accommodos merito assimilavit, per quos quæ mandata sunt facimus, non aliter quam corporis membris, ad omnem ipsis cooperationem utentes, et una cum ipsis nos moventes. Quando itaque aliquis eorum nobis auctor scandali fit, peccato involvens; et nobis quidem convicium, sibi autem ignominiam affert et opprobrium; mox illum exscindere et domo pellere proculque a nobis abjicere divinus homo præcipit, ne quando instar pestis depascatur corporis erectum robur bene habentibus et sanis, suam ipsius odoratus malevolentiam. Ne igitur prætextu philosophiæ veram philosophiam quæ Christus est despiciamus, qui immobilem et nullam adulationem admittentem requirit animum. Inquit enim Paulus vera sapientia plenus: *Christus Dei sapientia est* [53], non sermonem tantum, sed et vitam ornans.

INTERROGATIO CXCI.

Quid significat Dominus, cum nos similiter ut maledictus serpens sapere jubet, dicens: *Estote prudentes ut serpentes, et simplices sicut columbæ* [54]?

Responsio.

Prudentes nos esse vult Dominus ut serpentes, in omni periculo aut tentatione *caput* conservantes, quod *est Christus*, quemadmodum inquit Aposto-

καί τινα διπλόην τὸ νόημα, λανθάνουσαν τοὺς παχυτέρους τὴν διάνοιαν· ἔστι γὰρ καὶ οἴκοι καθήμενον, καὶ πόῤῥω τῶν ἀστικῶν θορύβων ἐπ' ἐσχατιᾶς διάγοντα, ἔχειν ἀντίδικον. Τὸ οὖν εὐνοεῖν τῷ ἀντιδίκῳ, κρειττόνως καὶ ὀξυτέρως ἐκείνου νοεῖν διακελεύεται· ἀντίδικον δὲ τὴν τοῦ σώματος ὄρεξιν πρὸς τὸ πνεῦμα θεοπρεπῶς ὁρισάμενος· ὁδὸν δὲ τὸν βίον αἰνιττόμενος, παρὰ τοῦ γένους ἡμῶν ἀτάκτως διαφοιτώμενον· εὔνοιαν δὲ τὴν ὀξεῖαν αἴσθησιν τῆς τοῦ σώματος ἐπαναστάσεώς φησιν, ἅμα τοῦ κινηθῆναι τὴν ὄρεξιν, θᾶττον νοεῖσθαι ὀφείλουσαν, καὶ οἱονεὶ χαλινῷ τῷ θείῳ φόβῳ ἀνασειράζεσθαι, μή ποτε τοῖς αὐτοῖς ἐπιτάγμασιν ὑποκύψαντες, καὶ ἀνάξια τῆς ἄνω κλήσεως δράσαντες, παραδοθῶμεν ὑπ' ἐκείνων τῷ κριτῇ, ὅταν παραγίνεται ἑκάστῳ πρὸς ἀξίαν τῶν βεβιωμένων ἀνταμείψασθαι. Μὴ οὖν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ γράμματος ἀρκεῖν οἰηθῶμεν πρὸς σωτηρίαν, ἀμελοῦντες τοῦ δράματος, μηδὲ τῷ ψαύειν τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, ἐγγίζειν Θεῷ φαντασθῶμεν. Τὸ γὰρ πράττειν θεοπρεπῶς μᾶλλον ἢ τὸ φράζειν Θεὸς ἐμφανίζεται.

ΠΕΥΣΙΣ ΡϞ'.

Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Κύριος, ὅτι *Ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζῃ σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ· καὶ ἐὰν ἡ χείρ σου ἡ δεξιὰ σκανδαλίζῃ σε, ἔκκοψον αὐτὴν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ;*

Ἀπόκρισις.

Ὀφθαλμῷ καὶ χειρὶ δεξιᾷ, Χριστὸς ὁ ἄϋπνος ὀφθαλμὸς, καὶ δεξιὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τὴν ἐγγύτητα τῶν ὁμαίμων, ἢ καὶ τῶν φίλων τοὺς ἐπιτηδείους εἰκότως παρείκασε, δι' ὧν τὰ ἐρεθέντα δρῶμεν, οἱονεὶ τοῖς τοῦ σώματος μέλεσι πρὸς πᾶσαν αὐτοῖς συνέργειαν χρώμενοι καὶ συγκινοῦντες. Ὅταν οὖν τις αὐτῶν σκανδάλου ἡμῖν αἴτιος γίνεται, ἁμαρτίᾳ ἐγκαλινδούμενος, ἡμῖν μὲν λοιδορίαν, αὐτῷ δ' ἀτιμίαν φέρων, καὶ ὄνειδος· θᾶττον ἐκτεμεῖν ἐκεῖνον, καὶ τῆς οἰκίας εἴργειν, καὶ πόῤῥω βαλεῖν ἑαυτῶν ὁ θεάνδρος διακελεύεται, μή ποτε δίκην λοιμοῦ νεμηθῇ τὴν τοῦ σώματος γαυρότητα, τοῖς εὐεκτοῦσι καὶ ἐῤῥωμένοις τῆς οἰκείας τὴν ἑαυτοῦ ὀσφρήσας κακόνοιαν. Μὴ οὖν προφάσει φιλοσοφίας, τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν ἥτις ὑπάρχει Χριστὸς, ὑπερίδωμεν· ἀκλινοῦς γὰρ καὶ ἀθωπεύτου δεῖται διανοίας· φησὶ γὰρ Παῦλος ὁ τῆς ἀληθοῦς σοφίας ἔμπλεως· *Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία*, οὐ τὸν λόγον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν βίον σεμνύνουσα.

ΠΕΥΣΙΣ ΡϞΑ'.

Τί σημαίνει ὁ Κύριος, τῷ κατηραμένῳ ὄφει ἡμᾶς ἴσα φρονεῖν κελεύων· *Γίνεσθε φρόνιμοι ὡς ὁ ὄφις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί;*

Ἀπόκρισις.

Φρονίμους ἡμᾶς ὑπάρχειν ὁ Κύριος βούλεται κατὰ τὸν ὄφιν, ἐν παντὶ δεινῷ ἢ πειρασμῷ *τὴν κεφαλὴν* συντηροῦντας, ἥτις *ἐστὶν ὁ Χριστὸς*, καθώς φησιν

[52] Matth. v, 29, 30. [53] I Cor. i, 24. [54] Matth. x, 16.

ὁ Ἀπόστολος. Ὁ γὰρ ὄφις ὑπὸ βροτοῦ δυνάμει καταληφθεὶς ὅλον μὲν τῷ παίοντι τὸ σῶμα προΐεται· τὴν δὲ κεφαλὴν ἄτρωτον φρουρεῖν μηχανᾶται. Κατευναζόμενος δὲ καὶ καθεύδων, τροχίζων ἑαυτὸν, μέσην ὅλου τοῦ σώματος κεφαλὴν ἀσφαλίζεται, οἱονεὶ τειχίῳ τῷ ἐφεπομένῳ ὁλκῷ περιοχυρῶν αὐτήν· ἀλλὰ καὶ σοφῶς τὴν παλαίωσιν ἀποδύεται, ἐν στενωπῇ τινι παρεισδύσει θλιβόμενος, καὶ τὸ γῆρας ἀποτιθέμενος. Βούλεται τοίνυν καὶ ἡμᾶς διὰ τῆς στενῆς καὶ ἐπιπόνου ὁδοῦ διεκθλιβομένους, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀπεκδύεσθαι, καὶ τὸν νέον ἀνταμφιέννυσθαι τὸν κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ἀνακαινούμενον. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὴν ἐκείνου πανουργίαν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μιμεῖσθαι· καὶ ὡς ἐκεῖνος θωπευτικῶς ἡμᾶς εἰς ὄλισθον καὶ παράβασιν ἐπηγάγετο· οὕτως καὶ ἡμᾶς πανούργως τοῖς πέλας προσερχομένοις, ὑποσπείρειν τὰ τῆς πίστεως, καὶ ἐπαναγαγεῖν πάλιν, καὶ συνάπτειν Θεῷ. Τὸ οὖν σῶμα τοῖς διὰ Χριστὸν αἰκίζουσι προϊέμενοι καταξαίνεσθαι, τὴν κεφαλὴν ἄτρωτον παντὶ σθένει φυλάξωμεν· ἥτις ἐστὶν ἡ εἰς Χριστὸν πίστις ἡμῶν· μηδ' αὖ πάλιν τοῦ θιάσου εὐσταθοῦντος καὶ εἰρηνεύοντος, ἀμελήσωμεν τῆς τῶν ἀρετῶν συντόνου ἐργασίας· τρίβωνα, καὶ ὑπήνην, καὶ βάκτρον ἀρκεῖν ἡμῖν πρὸς ἐξάνυσιν τῆς ἀγγελικῆς πολιτείας οἰόμενοι, τοῖς ὀργάνοις τῆς διδασκαλικῆς πολιτείας ἐναμαρευόμενοι· τὴν δὲ πάλην καὶ μάχην ἐκκλίνοντες, ἐξ ἧς ἡ νίκη τῷ ὑπηκόῳ προσγίνεται, προσθωρακισθέντι τῷ λόγῳ τῆς πίστεως.

ΠΕΥΣΙΣ ΡϞΒ'.

Καλῶς τὰ περὶ τοῦ ὄφεως ἡμῖν διεξελθόντος σου, δεόμεθα καὶ τὰ περὶ τῆς περιστερᾶς ἀκοῦσαι, διὰ τί αὐτὴν τῷ ὄφει συνέταξεν, ἀκεραίαν καὶ ἄκακον αὐτὴν ὑπάρχειν δηλῶν,

Ἀπόκρισις.

Ἐπεὶ φρόνιμος μὲν ὑπῆρχεν ὁ ὄφις, οὐκ εἰς τὸ ἀγαθὸν δὲ, συνάπτει ὁ Κύριος τῇ φρονήσει τὸ ἄκακον καὶ ἀκέραιον τῆς περιστερᾶς· οὕτως τὴν σωφροσύνην παριστῶν, φρονεῖν μὲν, ἀκεραίως δὲ καὶ ἀκάκως, μὴ ἑρπυστικῶς καὶ χαμαιζήλως κατὰ τὸν ὄφιν, ἀλλ' οὐρανίους πρὸς Θεὸν ἀνιπταμένους. Γίνεσθε φρόνιμοι, φησὶν ὁ Κύριος, ὡς ὁ ὄφις καθ' ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς κατ' αὐτοῦ σοφιζόμενοι· ὡς ἐκεῖνος ὑμᾶς τῆς μακαρίας ζωῆς, καὶ ὑμεῖς αὐτὸν τῆς ἑαυτῶν διαγωγῆς ἐξορίσατε· καὶ ἀκέραιοι καὶ ἄκακοι πρὸς τοὺς πέλας ὡς ἡ περιστερὰ, μηδενὶ βροτῶν κακῶς ἀνταμειβόμενοι. Φασὶ γὰρ ὑπὲρ πᾶσαν ὄρνιθα, καὶ τὰ λοιπὰ ἀερόβια, ἄκακον τὴν περιστερὰν ὑπάρχειν, καὶ μηδὲ αὐτὴν ἔχειν τὸ χολιδόχον ὄργανον. Ἑτέρως τε, ἀρετῆς καὶ κακίας ἐν τοῖς δύο τούτοις ζώοις τὰς ἀρχὰς εὑρίσκομεν, κατάλληλον ἑκάστης ἀγαμένης ὄργανον· τὴν μὲν κακίαν ὡς βαρεῖαν καὶ χαμαίζηλον, καὶ ἑρπυστικὴν ἐν τῷ ὁμοίῳ γενομένην· τὴν δὲ ἀρετὴν ὡς θείαν καὶ ἐπουράνιον ἐν τῷ οὐρανοπόρῳ πετηνῷ ἀναφανεῖσαν, τὸ φιλεύνουν τοῦ Θεοῦ ἀνακηρύττουσαν. Δῆλον γὰρ ὅτι διὰ τοῦ θείου Πνεύματος αἱ ἀρεταὶ βροτοῖς ἐνεργοῦνται. Τοῦτο δὲ πάλιν μὲν ἐν τῇ [ἐκ τῆς] θείκῆς ὑπὸ τοῦ Νῶε ἐξ-

lus [55]. Serpens enim difficulter comprehensus totum quidem percutienti corpus exhibet, caput autem illæsum custodire conatur. Et quieti se tradens et dormiens, semetipsum rotans, medium intra totum corpus caput communit, veluti muro consequenti tractu circumvallans ipsum. Sed et vetustatem sapienter exuit, ac in angusto aliquo ingressu compressus, senium deponit. Vult igitur et nos per angustam et laboriosam viam pressos veteri homine exui, et novo vestiri, qui sit secundum ipsius imaginem renovatus [56]. Ad hæc, etiam illius versutiam in meliori imitari; et quemadmodum ille adulando nos in lapsum et transgressionem seduxit: ita et nos astute proximis accedentibus suggeramus quæ sunt fidei, reducamusque rursus et conjungamus Deo. Totum itaque corpus iis qui propter Christum flagellant, ad dilacerandum exhibentes, caput illæsum omni robore servemus, quod est fides nostra in Christum. Neque item cœtu sacro bene habente et tranquille agente illam negligamus virtutum intentam operationem, pallium et barbam et baculum sufficere nobis ad perfectionem angelicæ conversationis arbitrantes, instrumentis vitæ nos instituentis instantes, luctam autem et pugnam deserentes, ex qua provenit victoria ei qui obsequitur, qui armatus est thorace, sermone fidei.

INTERROGATIO CXCII.

Postquam nobis bene, quæ serpentem concernunt, recensuisti, cupimus et de columba audire, cur ipsam serpenti conjunxerit, simplicem et absque malitia ipsam esse significans?

Responsio.

Quandoquidem prudens quidem fuit serpens, at non in bonum, conjungit Dominus prudentiæ innocentiam et simplicitatem columbæ; sic prudentiam commendans, ut prudentes quidem simus, sed simpliciter et innocenter, non serpendo et humi reptando instar serpentis, sed in cœlestibus ad Deum subvolantes. Estote prudentes, inquit Dominus, ut serpens adversus vos, ita et vos adversus ipsum prudenter agite. Sicut ille vos e beata vita, ita et vos ipsum e vestro consortio ejicite: et simplices et innocentes erga proximos sicut columba, nulli mortalium retribuentes mala. Tradunt enim præ cunctis avibus cæterisque degentibus in aere innocentem columbam esse, neque felliculum habere, quod est bilis organum. Præterea virtutis et malitiæ in duobus animalibus istis principia invenimus, cum conveniens singula instrumentum habeant. Malitiam quidem velut gravem et humi reptantem serpentemque in simili esse; virtutem autem velut divinam atque cœlestem in ave cœlum permeante apparentem, Dei in humanum genus benignitatem prædicantem. Constat enim, quod per divinum Spiritum virtutes in mortalibus efficaces sunt. Id qui-

[55] Ephes. IV, 15; V, 23. [56] Coloss. III, 9.

dem olim in ea quæ ex arca divina a Noa emissa columba factum, quæ ad divinum illum virum reversa est, ramum olivæ cum foliis ferens. Per ramum quidem lignosam legem, per pingue folium autem semper virentem Evangelii doctrinam ferens. Nam omnes gentes complexæ Ecclesiæ nostræ imago fuit omnigena Noæ arca, innatantis pelago fluentis et instabilis hujus vitæ, undique procella tentationum circumfusa nostra Ecclesia. Per serpentem paradiso excidimus, per columbam Spiritus, in cœlos subducti sumus. In hujus quippe forma Spiritus sanctus omnium virtutum apex in Jordane super Jesum devolavit. Illum quidem Filium Dei naturalem et non adoptivum demonstrans, nobis autem simplicitatem et innocentiam afferens. Ne ergo simpliciter ut serpens ad seducendum homines prudentes simus, sed ad benefaciendum recte sapiamus: (inquit enim benevolus ille præstantique mente præditus Apostolus: *Non ad sapiendum modo, sed ad recte sapiendum* [57]: et rursum idem, *Volo autem vos sapientes quidem esse ad bonum, simplices autem ad malum* [58]:) neque laudibus elati et inflati, neque vituperiis dejecti et animo concidentes. Non enim potest verbis læsus et obtestans, et in iram intolerabilem erumpens, operarius fieri dominicæ vineæ. Eum namque qui in unam percussus maxillam, etiam alteram præbet, definit quod pondus diei præsentis sæculi et æstum in eo tentationum fortiter ferat, Dominus, tanquam omne opus laboriosum sui mandati prompte impleverit. Nec enim ipse tempore spontaneæ passionis a famulo percussus vindicavit, qui ab innumeris angelis ministrabatur. Ad quem contendens ab Judæis quinquies quadragenis una minus plagis affectus, mansuete suscepit, longanimitatem docens similem Deo, virtutem vere nominatam, cujus qui particeps est, ab iracundia procul abest. Quandoquidem igitur omnimoda virtus Deus est, merito longanimis appellatur, tanquam ab animositate longe distans. Quam etiam externæ disciplinæ sectatores honorarunt. Socrates quidem Atticorum dogmatum legislator, percussus non vindicavit; Antisthenes autem a quodam conviciatore in faciem percussus, cum nihil dixisset, abiit, solo percussoris nomine fronti inscripto, ne insanum vel ebrium suspicarentur ipsum ii qui viderant. Epicteti vero crure a moroso domino convulso, multis philosophis silentii et in periculis occasio doctrinæ fuit. Is enim qui philosophiæ operam dederat, dominus heri sui demonstratus est. Ne igitur deficiamus contumeliis affecti, sed nostri omniumque Opificis vestigiis ingredientes, etiamsi servus alienus fuerit qui alapam impegerit, divinum verbum et nos dicamus ei: *Si quidem male locutus sum, testare de malo; sin bene, cur me cædis* [59]? Sic enim magnanimitate veluti sagitta adversarius vulnerabitur, et mutata præpropera linguæ sententiæque temeritate, gratiam tibi habebit tanquam auctori traditæ in melius mutationis. Non

ἀποσταλείσης περιστερᾶς γενόμενον, ἣ πρὸς τὸν θεσπέσιον ἐπανέστη, κάρφος ἐλαίας φύλλων φέρουσα· διὰ μὲν τοῦ κάρφους τὸν ξυλώδη νόμον, διὰ δὲ τοῦ πίονος φύλλου τὴν ἀειθαλῆ τῶν Εὐαγγελίων διδασκαλίαν φέρουσα. Τῆς γὰρ πανέθνου ἡμῶν Ἐκκλησίας εἰκὼν ὑπῆρχεν ἡ παγγενὴς τοῦ Νῶε κιβωτὸς, ἐπινηχομένη τῷ πελάγει τῆς ῥεούσης καὶ ἀστάτου ταύτης ζωῆς, πάντοθεν τῷ κλύδωνι τῶν πειρασμῶν περιαντλουμένης ἡμῶν τῆς Ἐκκλησίας. Διὰ τοῦ ὄφεως τοῦ παραδείσου ἐκπεπτώκαμεν· διὰ τῆς περιστερᾶς τοῦ Πνεύματος εἰς οὐρανοὺς ἀνήχθημεν· ἐν γὰρ τῷ εἴδει ταύτης τὸ θεῖον Πνεῦμα ἡ κορώνη τῶν ἀρετῶν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν κατέπτη· ἐκεῖνον μὲν Παῖδα Θεοῦ φυσικὸν, καὶ οὐ θετὸν ἀποδεικνύουσα· ἡμῖν δὲ τὸ ἄκακον καὶ ἀκέραιον κομίζουσα. Μὴ τοίνυν μόνον κατὰ τὸν ὄφιν εἰς τὸ πλανῆσαι βροτοὺς φρονήσωμεν, ἀλλ' εἰς τὸ εὐεργετῆσαι εὖ φρονήσωμεν (φησὶ γὰρ ὁ εὔφρων τε καὶ πολύνους Ἀπόστολος, *Οὐκ εἰς τὸ φρονεῖν μόνον, ἀλλ' εἰς τὸ σωφρονεῖν*· καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς, *Θέλω μὲν ὑμᾶς σοφοὺς εἶναι εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀκεραίους εἰς τὸ κακόν*)· μηδ' ἐγκωμίοις ἐπαιρόμενοι καὶ ἐξογκούμενοι· μηδὲ ψόγοις βαλλόμενοι καὶ ἀλύοντες. Οὐ γὰρ οἷόν τε λόγοις τρωθέντα καὶ ποτνιώμενον, καὶ πρὸς ὀργὴν ἄσχετον ἐκφερόμενον, ἐργάτην γενέσθαι τοῦ Δεσποτικοῦ ἀμπελῶνος. Τὸν γὰρ τὴν μίαν σιαγόνα παιόμενον, καὶ τὴν ἑτέραν προϊέμενον, ἐκεῖνον ὁρίζεται τὸ βάρος τῆς ἡμέρας τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος, καὶ τὸν καύσωνα τῶν ἐν αὐτῷ πειρασμῶν γενναίως φέρειν ὁ Κύριος, ὡς πᾶσαν ἐργασίαν ἐπίπονον τῆς ἐντολῆς προθύμως ἐκπληρώσαντα. Εἰ γὰρ αὐτὸς παρ' αὐτὸν καιρὸν τοῦ αὐθαιρέτου πάθους ὑπὸ οἰκέτου παιόμενος οὐκ ἠμύνατο, μυριάσιν ἀγγέλων δουλευόμενος. Πρὸς ὃν ἁμιλλώμενος, τὰς παρὰ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσάρακοντα παρὰ μίαν ἐμφορηθεὶς, ἠπίως ἐδέξατο, μακροθυμίαν παιδεύων ἴσα Θεῷ, ἀρετὴν φερώνυμον, ἧς ὁ μετέχων μακρὰν ἀπὸ θυμοῦ γίνεται. Ἐπεὶ οὖν ἡ παντελὴς ἀρετὴ Θεὸς ὑπάρχει, εἰκότως μακρόθυμος προσαγορεύεται, ὡς μακρὰν ὑπάρχων θυμοῦ. Ἣν καὶ οἱ τῆς ἔξω παιδείας ἐτιμήθησαν· Σωκράτης μὲν Ἀττικῶν δογμάτων νομοθέτης παισθεὶς, οὐκ ἠμύνατο· Ἀντισθένης ὑπό τινος τῶν ὑβριστῶν συντριβεὶς τὸ πρόσωπον, μηδὲν φήσας ᾤχετο, τὴν προσηγορίαν μόνον τοῦ πατάξαντος ἐπιγράψας τῷ μετώπῳ, διὰ τὸ μὴ δαιμονῶντα ἢ πάροινον τοῖς θεωμένοις ὑποπτεύεσθαι. Ἐπικτήτου δὲ τὸ σκέλος ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ δεσπότου πηρωθὲν, πολλοῖς τῶν φιλοσόφων σιωπῆς ἐν τοῖς κινδύνοις γέγονε παιδευτήριον. Δεσπότης γὰρ τοῦ δεσπόζοντος ἀπεδείχθη φιλοσοφήσας. Μὴ οὖν ἀλλύωμεν ὑβριττόμενοι, ἀλλὰ τοῦ σφῶν καὶ πάντων Δημιουργοῦ κατ' ἴχνος βαίνοντες, κἂν οἰκέτης ἀλλότριος ᾖ ὁ ῥαπίσας, τὸ θεῖον ῥῆμα καὶ ἡμεῖς φήσωμεν αὐτῷ· *Εἰ μὲν κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τοῦ κακοῦ· εἰ δὲ καλῶς, τί με δέρεις;* Οὕτως γὰρ οἱονεὶ βέλει τῇ μεγαλοψυχίᾳ ὁ δι' ἐναντίας τρωθήσεται, καὶ τῆς προπετοῦς γλώττης καὶ γνώμης μετακληθεὶς, χάριν σοι εἴσεται ὡς αἰτίῳ τῆς ἀλλοιώσεως, παιδευθεὶς μὴ ποτνιᾶσθαι, καὶ

[57] Rom. xii, 3. [58] Rom. xvi, 19. [59] Joan. xviii, 23.

ἀλλοί.... πρὸς τοὺς ἥττονας πόνους τῶν μεγάλων μισθῶν ὀρεγόμενος, ἀλλὰ στέργειν καὶ τοὺς μείζονας, ὡς οὐχ ἑτέρως δηνάριον κομιούμενος, εἰ μὴ κόπων τελειότητι μαρτυρούμενος. *Οὐκ ἄξια δὲ τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἀποκαλύπτεσθαι δόξαν*, φησὶν ὁ πλεῖστα διὰ Χριστὸν πεπονθὼς, *καὶ πάντα δι' αὐτὸν σκύβαλα ἡγησάμενος τὰ παρόντα*, ὑψηλὸς Ἀπόστολος.

ΠΕΥΣΙΣ ΡϞΓ'.

Τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ Κύριος, *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· καὶ ἃ μὲν ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδὸν, ἃ δὲ εἰς τὰ πετρώδη, ἄλλα δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας· καὶ τὰ μὲν παρὰ τὴν ὁδὸν, ἦλθε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ κατέφαγεν αὐτά· τὰ δὲ εἰς τὰ πετρώδη, διὰ τὸ μὴ ἔχειν βάθος γῆς, μηδὲ ῥίζαν, ἀνατείλαντα ἐξηράνθη· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν συνεπνίγησαν·* καὶ ὅσα περὶ τούτων διεξέρχεται ὁ λόγος;

Ἀπόκρισις.

Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι· ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστὸς, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός· οὗτος γὰρ ὑπάρχει ὁ σπορεὺς τῶν σωτηρίων ἡμῶν. Σπέρμα δὲ αὐτοῦ, θεῖος καὶ ζωοποιὸς λόγος· ἄρουρα δὲ, ἡ ἀνθρωπότης πᾶσα· βόες, οἱ ἀπόστολοι· ἄροτρον, ὁ σταυρός· ζυγὸς, ἡ ὁμόνοια· ζεύγη, ἡ γλυκεῖα ἀγάπη συνδεσμοῦσα καὶ ὑποκλίνουσα τοὺς αὐχένας τῶν θεσπεσίων. *Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*, οὐ πυρὸν, ἢ κριθὴν, οὐχ ἕτερόν τι τῶν γηΐνων, καὶ περὶ γαστέρα· ἀλλὰ πίστιν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· ἐλπίδα ἀναστάσεως, καὶ ἀγάπην εἰς Θεὸν καὶ τὸν πέλας ἀνυπόκριτον. Ἐξῆλθεν ὁ σπορεὺς Χριστὸς, ἔχων δέκα ζεύγη βοῶν, καθώς φησιν ὁ ὑψηλὸς Ἡσαΐας· *Οὐ γὰρ.... δέκα ζεύγη βοῶν ποιῆσαι κεράμιον ἕν* (14); Δέκα δὲ ζεύγη βοῶν λογικὰ, τὸν θίασον τῶν ἀποστόλων δηλοῖ· δώδεκα μὲν τοὺς πρὸ τοῦ πάθους· ἑπτὰ δὲ τοὺς περὶ Στέφανον μετὰ τὴν θείαν ἀνάστασιν, ὑπὸ τῶν δώδεκα ἀναῤῥηθέντων· εἰκοστὸν δὲ τὸν ἐξ οὐρανῶν ἀκηκοότα, *Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις;* τὸν αὖθις ὑπὲρ τοῦ διωκομένου κατὰ τοῦ ὁμοφύλου Ἰσραὴλ μεταταξάμενον, καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἀνθοπλισάμενον. Οὗτοι οὖν οἱ λογικοὶ τοῦ σπορέως εἴκοσι βόες, τὴν βροτῶν διασκάψαντες ψυχικὴν ἄρουραν, διὰ Χριστοῦ κατέσπειραν τῇ ὑφ' ἡλίῳ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν· ποιήσαντες ὅλον τὸ γεῶδες ἡμῶν φύραμα κεράμιον ἓν, δεκτικὸν τῶν θείων κραμάτων, καὶ τοῦ αἵματος, καὶ τοῦ ὕδατος τῶν προχυθέντων ἐπὶ σταυροῦ, τῇ ἀμύξει τοῦ δόρατος ἐκ τοῦ κεραμίου τοῦ θείου σώματος. Αὐτὸς γὰρ σπορεὺς, αὐτὸς κεραμεὺς τοῦ ἡμετέρου φυράματος ὁ Χριστός· πρὸ σαρκώσεως μὲν ἡμᾶς ἐκ μὴ ὄντων δημιουργήσας· ῥυπωθέντας δὲ, καὶ τοῦ χείρονος γενομένους δεκτικοὺς, διὰ θανάτου συντρίψας πάλιν ἀναπλάττει, καὶ διὰ τὸ μένειν τοῦ λοιποῦ κακίας ἀπαραδέκτους· αὐτὸς γὰρ ἀμίκτως καὶ ἀσυγχύτως κατακιρνᾶται τῷ πλάσματι, ἀθανάτους ἀεὶ ἐσομένους δράσας ἡμᾶς ἑνώ-

queruli simus aut deficiamus ad minores labores, siquidem magna præmia appetimus, sed et majores amemus, tanquam alias denarium non reportaturi, nisi perfectionis laborum testimonium habentes. *Non sunt autem pares passiones præsentis temporis ad gloriam quæ revelabitur* [60], inquit qui plurima propter Christum passus est, *omniaque propter ipsum præsentia pro quisquiliis habuit* [61], eximius ille Apostolus.

INTERROGATIO CXCIII.

Quid est quod dicit Dominus : *Exivit qui seminabat ad seminandum, et alia quidem ceciderunt juxta viam, alia vero in loca petrosa, alia autem in spinas. Et quæ juxta viam quidem, venerunt volucres cœli, et devorarunt : quæ autem in petrosa, propterea quod terræ profunditatem non habebant neque radicem, postquam exorta sunt, exaruerunt : quæ vero in spinas, una suffocata sunt* [62]; et quæcunque de his sermo prosequitur?

Responsio.

Exivit qui seminabat ad seminandum. Exivit a Patre Christus, ante sæcula Deus. Hic enim est sator salutis nostræ. Semen autem ipsius, divinus et vivificus sermo : arvum, universa humanitas : boves, apostoli : aratrum, crux : jugum, concordia : jugatio, dulcis dilectio, colligans et subdens sanctorum cervices. *Exivit qui seminabat ad seminandum*, non triticum aut hordeum, non aliud aliquid terrenorum, vel si qua insuper alia : sed fidem in Patrem et Filium et sanctum Spiritum, spem resurrectionis, et dilectionem in Deum et proximum non simulatam. Exivit sator Christus, habens juga apostolos, ut inquit Isaias : *Non enim per decem juga boum fecerunt amphoram unam* [63]? Decem autem juga boum rationalia, sacrum cœtum apostolorum significant, duodecim quidem ante passionem · septem item cum Stephano post divinam resurrectionem sub duodecim electis : vigesimum autem eum qui ex cœlis audivit, *Saule, Saule, quid me persequeris* [64]? qui rursus pro eo quem persecutus fuerat adversus contribulem Israelem, in aliam aciem transcribitur, et ad bellum vicissim armatur. Illi itaque rationales satoris illius viginti boves, mortalium effoderunt animale arvum, per Christum disseminaverunt unicuique sub sole eam quæ est in ipsum fidem, facta tota terrena massa nostra amphora una, capace divinarum misturarum et sanguinis et aquæ, effusorum in cruce per apertionem lanceæ ex vase fictili divini corporis. Ipse enim sator, ipse figulus nostræ massæ Christus : qui ante incarnationem quidem nos ex nihilo creavit, contaminatos autem et inde deterioris capaces factos, per mortem contritos refingit, et per perseverantiam in posterum efficit nullius malitiæ capaces. Ipse siquidem absque mistione et absque confusione contemperatur cum figmento, immor-

[60] Rom. VIII, 18. [61] Philipp. III, 8. [62] Matth. XIII, 3-7. [63] Isa. V, 10. [64] Act. IX, 4.

(14) *Οὐ γὰρ..... δέκα ζ.* Aliter apud LXX Isaiæ v, 10, sic nimirum : Οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν. Vulg.: *Decem enim jugera vinearum facient laguncolam unam.*

tales semper nos esse futuros efficiens vi unionis cum nostris et habitu nostro. Atque ipse fictile vas est quod ex nostra testa secundum carnem factum est, habens viventem et salientem aquam suæ divinitatis, quod veluti ferens Joannes per prædicationem baptismatis, clamabat, conspecto Jesu: *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi* [65], cruce et profusione sanguinis et aquæ. De quo item ipse Jesus interrogatus a discipulis, ubi ipsi pascha legale pararent, inquit: *Abite in civitatem, et occurret vobis homo fictile vas aquæ gestans: et ei dicite: Magister dixit* [66], *Apud te facio pascha cum discipulis meis. Et ostendet vobis cœnaculum stratum magnum, et illic parate* [67]. Atque facta quidem sunt hæc sensiliter. Intelligantur autem figurate: Homo quidem gestans fictile vas aquæ, Joannes Baptista, prædicans pœnitentiæ baptismum et baptizans. Civitas autem superna Hierusalem, cujus cives Joannes et cætera justorum et sanctorum turba. Cœnaculum vero stratum splendido lapide cœlum, animalibus quibusdam et formis varietate astrorum figuratum, ad cujus similitudinem regale apud nos pavimentum lapidum varietate stratum. Quod autem bobus apostolos comparavit propheta, manifeste demonstrat Paulus divini vicenarii præcipuus, dicens [68]: *Scriptum est: Non obligabis os bovi trituranti.* Rursusque infert, *Num boum cura est Deo? omnino de nobis dicit: propter nos enim scriptum est.* Sed ad sublimem Isaiam redeamus, prophetiam apud ipsum exstantem secuti: *Non operantia decem juga boum factura esse amphoram unam* [69]: rursusque subjungit: *Et qui seminat artabas sex, metet tres modios.* Num igitur tantum frustrationem aliquando fore censebimus, ut qui seminaverit artabas sex, tantummodo tres recipiat modios? Non enim inquit, tres artabas faciet, sed tres modios, exiguum quid habentes. Verum in interius litteræ velamentum ingredientes, inveniemus omnino id secundum ista futurum. Sex igitur artabas quibus Ecclesiæ conseritur arvum rationale mortalium, esse quatuor quidem divini sermonis libros, quintam autem sanctorum Acta, sextam vero unico volumine contentas eximii apostoli Pauli quatuordecim Epistolas: ex quibus et per quas fructum fert sacer cœtus institutione antistitum in divinis consitus, tres modios, fidem in Patrem et Filium et Spiritum sanctum. *Exivit enim qui seminabat ad seminandum*, non triticum ex quo panis fit, sed fidem vivificam, at non in omnibus.

σει τῶν ἡμετέρων καὶ ὄψει τῇ καθ' ἡμᾶς. Καὶ αὐτὸς ὑπάρχει τὸ κεράμιον τὸ ἐκ τοῦ ἡμετέρου ὀστράκου κατὰ σάρκα γενόμενον, καὶ ἔχον τὸ ζῶν καὶ ἀλλόμενον ὕδωρ τῆς αὐτοῦ θεότητος. Ὅπερ οἱονεὶ φέρων ὁ Ἰωάννης τῷ κηρύγματι τοῦ βαπτίσματος ἐβόα, θεασάμενος τὸν Ἰησοῦν· *Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου*, σταυρῷ καὶ προχύσει αἵματος καὶ ὕδατος. Περὶ οὗ πάλιν ὁ Ἰησοῦς πυθόμενος τοῖς φοιτηταῖς, ποῦ αὐτῷ τὸ Πάσχα τὸ νομικὸν ἑτοιμάσοιεν, φησὶν αὐτοῖς· *Ἀπέλθατε εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ἀπαντήσει ὑμῖν ἄνθρωπος βαστάζων κεράμιον ὕδατος· καὶ εἴπατε αὐτῷ, Ὁ διδάσκαλος εἶπε, Πρὸς σὲ ποιῶ τὸ Πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου· καὶ ὑποδείξει ὑμῖν ἀνώγεων μέγα ἐστρωμένον· κἀκεῖ ἑτοιμάσατε·* καὶ γέγονε μὲν ταῦτα αἰσθητῶς· νοείσθω δὲ τροπικῶς· Ἀνὴρ μὲν βαστάζων τὸ κεράμιον τοῦ ὕδατος, Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς, κηρύττων μετανοίας βάπτισμα καὶ βαπτίζων. Πόλις δὲ ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἧς πολῖται Ἰωάννης, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν δικαίων ὅμιλος καὶ ἁγίων. Ἀνώγεων δὲ ἐστρωμένον λαμπρᾷ ψηφῖδι, ὁ οὐρανὸς, ζῴά τέ τινα καὶ σχήματα τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἄστρων ὑπομορφούμενος, κατὰ τὸ παρ' ἡμῖν βασιλικὸν ἔδαφος, τῇ ποικιλίᾳ τῆς ψηφῖδος κατεστρωμένον. Ὅτι δὲ βουσὶ τοὺς ἀποστόλους ὁ προφήτης παρείκασε, σαφῶς παρίστησι Παῦλος ὁ τῆς θείας εἰκοσαόμβης ἐξαίρετος, φάσκων· *Γέγραπται, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα·* καὶ αὖθις ἐπάγων, *Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ; Ἀλλὰ πάντως περὶ ἡμῶν λέγει· δι' ἡμᾶς γὰρ γέγραπται.* Ἀλλ' ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν Ἡσαΐαν πάλιν φοιτήσωμεν, τῇ παρ' αὐτοῦ προφητείᾳ ἑπόμενοι· *Οὐ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν ποιῆσαι κεράμιον ἕν·* καὶ αὖθις ἐπάγει, *Καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἓξ, θερίσει μέτρα τρία.* Ἆρ' οὖν τοσαύτην ἀστοχίαν ὑποθώμεθα γενέσθαι ποτὲ, ὥστε σπαρείσας ἀρτάβας ἓξ, μόνον τρία ἀποτίσειν μέτρα; Οὐ γάρ φησι, τρεῖς ἀρτάβας ποιήσει, ἀλλὰ *τρία μέτρα*, βραχύ τι ἔχοντα. Ἀλλ' εἰς τὸ ἐσώτερον τοῦ γράμματος καταπέτασμα παρεισδύνοντες, εὑρήσομεν πάντως τὸ διὰ τούτων ἐσόμενον. Ἓξ τοίνυν ἀρτάβας, αἷς τῆς Ἐκκλησίας κατασπείρεται ἄρουρα λογικὴ βροτῶν, τέτταρας μὲν τὰς τῆς θεηγορίας πυκτὰς, πέμπτην δὲ τὴν τῶν θεσπεσίων Πράξιν· ἕκτην δὲ τὴν τοῦ ὑψηλοῦ Παύλου μονότευχον δεκατεσσάρων ἐπιστολῶν· ἐξ ὧν καὶ δι' ὧν καρποφορεῖ ὁ θίασος τῇ κατηχήσει τῶν ἡγουμένων, τὰ θεῖα κατασπειρόμενος τρία μέτρα, τὴν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα πίστιν. *Ἐξῆλθε γὰρ ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι*, οὐ πυρὸν ἀρτοποιὸν, ἀλλὰ πίστιν ζωοποιόν· ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσι. **

(Quædam enim juxta viam cadunt, quæ via est Christus). Nam inquit ipse: *Ego sum via* vitæ [70]. Non ergo procul a via sunt Ariani: quemadmodum et Græci et Judæi, neque item in via sunt, sed juxta viam, id est prope Christum. Quippe quod Christum confitentur, facit ut prope viam sint: quod vero minorem et inæqualem blasphemant, id ex vivente via ipsos ejicit. Quapropter et volatilia cœli, diabolici exercitus advolantes, colligunt semina divina ex corde reproborum. Ipse etenim Dominus quod præcipit, id omnino et facere solet, dicens: *Nolite projicere sanctum meum canibus, neque projicere margaritas meas coram porcis* [71]. Et rursus. *Tollite*, inquit, *ab ipso talentum, et date ei qui habet talenta decem. Omni*

[65] Joan. I, 29. [66] Marc. XIV, 13-15; Luc. XXII, 10-12. [67] Matth. XXVI, 18. [68] I Cor. IX, 9, 10; I Tim. V, 18; Deut. XXV, 4. [69] Isa. V, 10 sec. LXX. [70] Joan. XIV, 6. [71] Matth. VII, 6.

enim habenti fidem rectam, *dabitur et adjicietur : ab eo autem qui non habet* fidem, spem et charitatem in Deum, *etiam id quod videtur habere, auferetur* [72], inquit Dominus. Hoc est quod ipso frui non possint, nisi omni virtute sint perfecti, qui recta fide Deum non colunt. Sicut inquit ipse : *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur* [73]. Vocat autem nomine, ut puto, incredulorum etiam male credentes, et impios sectatores hæresum. Porro qui in spinosis sunt, Eunomiani mihi videntur, quos propter blasphemiam Anomœos plurimi appellant. Nam quod debacchantes creaturam et cogitationem audent nugari Christum esse, id velut spinæ suffocat eos, et non permittit germinari et perfici fide. Competit etiam idem sermo quibusdam Ecclesiæ nostræ, qui curis vitæ et spinis negotiorum se suffocant, neque concedunt in se vigere, aut perfectam producere rerum divinarum naturam. Alia autem ceciderunt non super petram, sed super petrosa. *Petra* enim *Christus* est[74], quemadmodum inquit divus Paulus. Petrosi vero mihi esse videntur obtusum habentes et obedire nescium cor, quod tenerius quidem est quam lapis, durius autem quam propria natura. Talis enim naturæ semen est, tenerius quidem lapide, durius autem terra. Cui comparat Dominus Deo inimicos Macedonios, et Marathonios (15), qui Spiritum blasphemant, et ipsum creatum esse falso asserunt, implacabilem sibi contrahentes Domini denuntiationem. Inquit enim : *Qui dixerit verbum adversus Filium hominis, remittetur illi; qui vero dixerit adversus Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic neque in sæculo futuro* [75]. Neque igitur terra sunt bona et frugifera, tenens semen sicut Christiani ; neque item solida petra sunt, qui exsculpentur a doctoribus in structuram sacri cœtus. Quod enim confitentur Dei Filium Jesum Christum similem secundum substantiam Patri, ostendit ipsos molliores esse : quod autem negant Deum esse Spiritum sanctum, ipsos ambigere et ex parte validos circa totum cæcutire, Creatorem cum creatura connumerantes, et de Domino pariter et servo perperam sentientes. Quos a Christianismo secludens Apostolus inquit : *Si quis spiritum Christi non habet, is non est ejus* [76]. *Et alia*, inquit Dominus, *ceciderunt in terram bonam, et dabant fructum, alia quidem trigecuplum, alia vero sexagecuplum, alia vero centuplum* [77]. Terræ bonæ rectissimum et bene sentiens cor, et voluntatis propositum comparans, repurgatum ab hæreticis spinis, et germinans : primum quidem herbam fidei, deinde spicam spei crescentem, tum maturum fructum dilectionis perfectæ exhibens. Hæc enim et divus Apostolus præcipua esse ostendit, fidem, spem, charitatem [78]. Qui igitur credit, facit triginta ; qui vero sperat, facit sexaginta ; qui vero in dilectione perfecta est, centupla per perfectionem facit opera, quæ sunt acceptissima Deo. Qui ex uno semine tertium reddidit fructum Deum honorans, Ecclesiam exaltans, semetipsum deificans, cum spiritu se componens, animæ providens, corpori imperans, in terra glorificatus, ex mortuis resurgens, in cœlis requiescit. Qui perfectus in Trinitate, fidelis est, mansuetus, facilis erga omnes et modestus, misericors, benignus, justus, corpus contemnens, divina exercens, cœlestia esuriens, in imagine cum mortalibus degens, et figura super terram apparens; ideo trigecupla fructificat, tanquam inter homines agens : sexagecupla autem, veluti cum angelis ministrans : centupla vero, tanquam cum Deo conversans : per unctionem olei sancti dans fructum in trigecuplis ; per baptismum autem in sexagecuplis ; per unguenti sacrum ministerium in centuplis. Qui credit in Patrem, profert triginta, qui in Filium, sexaginta, qui in Spiritum, centum....... Quo enim putant imminuere Spiritum divinum, hoc magis ipsum extollunt et ornant, numero præponentes ipsum Patri et Filio, male et imprudenter. Qui enim credit, non in Spiritum, sed in Patrem credit primum, deinde in Filium, atque tum in consummatorem Trinitatis Spiritum sanctum. Quemadmodum et divinorum ille carminum auctor, opificium Trinitatis significans esse universa, inquit : *Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ipsius, omnis virtus eorum*[79]. Dominum Patrem, Verbum Filium, Spiritum autem sanctum illum et consummatorem sacræ Trinitatis appellans. Cujus propriam potestatis auctoritatem significans Dominus, postquam a mortuis resurrexisset, inquit discipulis suis : *Accipite Spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*[80], auctoritate videlicet Spiritus quem accipitis, divinitus vobis dantis potestatem remittendi peccata. Ne igitur cum hæreticis corruamus, qui a regina Austri condemnabuntur[81], per ignaviam in exercenda virtute. Hæc enim fama sapientiæ a fi-

* τῆς Τριάδος θεῖον καὶ ἅγιον Πνεῦμα. Καθὼς καὶ ὁ τῶν θείων μελῳδὸς, δρᾶμα τῆς Τριάδος σημαίνων ὑπάρχειν τὰ σύμπαντα, φησὶ, *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*· Κύριον τὸν Πατέρα, Λόγον δὲ τὸν Παῖδα, Πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον καὶ συμπληρωτικὸν τῆς θείας Τριάδος· οὗ τὴν αὐθεντίαν δηλῶν ὁ Κύριος ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, φησὶ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφέωνται*· τῇ αὐθεντίᾳ δηλονότι οὗ λαμβάνετε Πνεύματος, θεϊκῶς ὑμῖν παρέχοντος συγχωρεῖν ἁμαρτήματα. Μὴ τοίνυν αἱρετικοῖς συνολισθήσωμεν, ὑπὸ τῆς βασιλίδος τοῦ Νότου κατακρίνε-

[72] Matth. xxv, 28, 29. [73] Marc. xvi, 16. [74] I Cor. x, 4. [75] Matth. xii, 32. [76] Rom. viii, 9. [77] Matth. xiii, 23; Marc. iv, 8. [78] I Cor. xiii, 13. [79] Psal. xxxii, 6. [80] Joan. xx, 22, 23. [81] Matth. xii, 42.

(15) *Marathonios*. Sic legimus cum Cotelerio *Monum. Eccl. Gr.* tom. III, pag. 635. Vulgo, *Marathonios*.

nibus terræ ad Solomonem pervenire properavit: istis autem Christus hodierno tempore clamans evigilare et aspicere id pro e re ipsorum est, non persuasit. Et illam quidem verba et rumores ad salutem velocem reddiderunt; hos autem aspectus et operatio Dei, et Verbi incarnati, nequaquam meliores reddiderunt.

INTERROGATIO CXCIV.

Secundum litteram intelligitur tantum, aut num aliam aliquam considerationem habet interrogatio Petri et responsum Domini? illo quidem interrogante, *Quoties si peccaverit in me frater meus, remittam ei? num septies* [82]? Hoc autem abundanter respondente, *Amen dico tibi, non tantum septies, sed septuagies septies.*

Responsio.

Pulchra quidem et facilis responsio, conferens utrique remissionem, cum ei qui peccavit, tum ei contra quem commissum est aliquid. Illi quidem in quibus deliquit, veniam petenti; huic autem in gratiam recipienti, tanquam iisdem obnoxio. Nihil enim est quod cadere et capi nequeat, præter solam primæ et incompositæ sacræ Trinitatis in unitate naturam. Inquit enim divinum oraculum: *Quis gloriabitur castam se habere animam? aut quis libere dicit, se purum esse a peccato* [83]? Ante hoc autem Jobus ille divinus, turris inconcussa, qui percutienti diabolo et affectibus non cessit, adamantinum laquear, diserte clamat: *Nullus a peccato purus est, si vel uno tantummodo die super terram duraverit vita ejus* [84]. Vita autem hominis non fuerit ex utero in vitam progressus, sed post corporis incrementum intellectus perfectio principium est consultationis circa vitam. Quandoquidem igitur futurum erat ut Petro crederentur claves regni cœlorum, et ecclesiasticus cœtus (claudere autem intellige potestatem remittendi peccata, nam pro clave linguam habuit aperientem cœlum claudentemque; id quod et nobis est lingua, aperire nobis ipsis aut claudere cœlum; illo quidem, iis qui digna, hoc vero, illis qui indigna Deo locuti sunt, contingente), potestatem igitur remittendi peccata cum se accepturum speraret, Dominum interrogat, *Quoties si peccaverit in me frater meus, remittam illi? Num septies?* Cujus autem gratia non quater, aut decies, aut ulterius quærit, sed usque septies? Videtur mihi ipsum de homicida latenter instrui velle: num venia per baptismum et pœnitentiam dignus habeatur, qui septem peccata incurrit, qui primus in mundo homicidium patravit Cainus, et totidem damnatus suppliciis se invicem suscipientibus ex cæde peccatis. Primus enim inter homines Cainus dolose egit, primus homicidium fecit, primus mentitus est Deo, quærenti de interfecto, primus parentibus luctum et lamentationem induxit, occiso fratre, primus invidiam et livorem peperit, primus fructuum primitias malitiose obtulit, primus terra sanguine polluta, exsecrationis ei conciliator fuit. Porro septem

σθαι μέλλουσι, ῥαθυμίᾳ τοῦ κρείττονος· τῇ μὲν γὰρ ἀκοῇ σοφίας ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς πρὸς Σολομῶντα ἐκπτῆναι παρώτρυνε· τούτοις δὲ Χριστὸς ἡμέριον ἐμβοῶν, νῆψαι καὶ βλέψαι πρὸς τὸ συμφέρον οὐκ ἔπεισε· καὶ τὴν μὲν λόγοι καὶ φῆμαι πρὸς σωτηρίαν ἐπτέρωσαν· τοὺς δὲ, ὄψις καὶ πρᾶξις τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγου σαρκωθέντος, οὐδαμῶς ἐβελτίωσαν.

ΠΕΥΣΙΣ ΡϞΔ'.

Τῷ γράμματι νοεῖται μόνον, ἢ καὶ ἑτέραν ἔχει τινὰ θεωρίαν ἡ τοῦ Πέτρου ἐρώτησις, καὶ ἡ τοῦ Κυρίου ἀπόκρισις; τοῦ μὲν ἐρωτῶντος, *Ποσάκις, ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις;* τοῦ δὲ πλουσίως ἀποκριναμένου, *Ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μόνον ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομήκοντα ἑπτάκις.*

Ἀπόκρισις.

Καλὴ μὲν καὶ πρόχειρος ἡ ἀπόκρισις, συμφέρουσα ἑκατέροις, τῷ τε ἁμαρτάνοντι, καὶ τῷ πλημμελουμένῳ· τῷ μὲν ἐφ' οἷς ἔπταισε, συγγνώμης αἰτουμένῳ· τῷ δὲ παρεχομένῳ, ὡς τοῖς αὐτοῖς ὑποκειμένῳ. Οὐδὲν γὰρ ὃ ἄπτωτον καὶ ἀχείρωτον, πλὴν μόνης τῆς πρώτης καὶ ἀσυνθέτου θείας Τριάδος ἐν μονάδι φύσεως. Φησὶ γὰρ τὸ θεοφόρον λόγιον· *Τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἁμαρτίας;* Πρὸ τούτων δὲ Ἰὼβ ὁ θεσπέσιος, ὁ πύργος ὁ ἄσειστος, ὁ τῷ παίοντι διαβόλῳ καὶ τοῖς πάθεσιν ἀνύπεικτος, ὁ ἀδαμάντινος σαροτὸς διαῤῥήδην βοᾷ· *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτίας, εἰ καὶ μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς.* Βίος δὲ βροτοῦ οὐχ ἡ ἐκ νηδύος εἰς τὸν βίον πρόοδος· ἀλλὰ μετὰ τὴν σωματικὴν αὔξησιν, καὶ τῆς ἐννοίας τελείωσιν, ἀρχὴ τῆς περὶ τὸν βίον διασκέψεως. Ἐπεὶ οὖν ὁ Πέτρος ἤμελλε πιστεύεσθαι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θίασον (κλεῖν δέ μοι νόει τὴν ἐξουσίαν τοῦ συγχωρεῖν ἁμαρτίας· ἀντὶ γὰρ κλειδὸς τὴν γλῶτταν ἐκέκτητο, ἀνοίγουσαν τὸν οὐρανὸν, καὶ κλείουσαν· τοῦτο δὲ καὶ ἡμῖν ὑπάρχει γλώττη, ἀνοίγειν ἑαυτοῖς, ἢ κλείειν τὸν οὐρανὸν, τὸ μὲν, ἄξια, τὸ δὲ, ἀνάξια τοῦ Θεοῦ φθεγγομένοις συμβαίνοντα)· τὴν ἐξουσίαν τοίνυν τοῦ συγχωρεῖν ἁμαρτίας κομίζεσθαι καραδοκῶν, τοῦ Κυρίου πυνθάνεται, *Ποσάκις, ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, ἀφήσω αὐτῷ; ἕως ἑπτάκις;* Τίνος δὲ χάριν οὐ τετράκις, ἢ δεκάκις καὶ ἄνω πυνθάνεται, ἀλλ' ἕως ἑπτάκις; Δοκεῖ μοι περὶ τοῦ φονέως λεληθότως μαθεῖν ἱμειρόμενος, εἴπερ συγγνώμης διὰ τοῦ βαπτίσματος καὶ τῆς μετανοίας ἀξιοῦται ὁ τοῖς ἑπτὰ περιπεσὼν ἁμαρτήμασι, πρῶτος ἐν κόσμῳ φονεύσας Καΐν· καὶ τοσαύταις κατακριθεὶς τιμωρίαις, καταλλήλως τοῖς ἐκ μιαιφονίας συνυφεστῶσιν ἁμαρτήμασι· πρῶτος γὰρ ἐν ἀνθρώποις ὁ Καΐν ἐδολιεύσατο, πρῶτος ἐφόνευσε, πρῶτος Θεῷ ἐψεύσατο πυθομένῳ περὶ τοῦ ἀναιρεθέντος, πρῶτος γονεῦσι πένθος καὶ κωκυτὸν ἐπήγαγε, κτείνας τὸν ἀδελφὸν, πρῶτος βασκανίαν καὶ φθόνον ὤδινε, πρῶτος τῶν γεννημάτων τὰς ἀπαρχὰς πονηρῶς προσενήνοχε, πρῶτος τὴν γῆν αἵματι μιάνας, κατάρας αὐτῇ πρόξενος γέγονε. Τοῖς δὲ ἑπτὰ τούτοις ἐν τῷ μιαιφόνῳ δράμασιν, ἰσάριθμος καὶ τιμωρία

[82] Matth. xviii, 21, 22. [83] Prov. xx, 9, sec. LXX. [84] Job xiv, 4, 5 sec. LXX.

ὑπὸ τῆς θείας φωνῆς ἐπάγεται· στείρωσις καὶ ἀκαρπία τῆς γῆς, μηκέτι δεξιουμένη τὸν μιαιφόνον· στεναγμὸς καὶ κλόνος ὅλου τοῦ σώματος. Ἀλλ' ἀριθμῷ καὶ τιμωρίαν πειρᾶσαι δεῖν ᾠήθην. *Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἀπὸ σοῦ*, μία κόλασις. *Ἐργάζου τὴν γῆν*, δευτέρα αὕτη· ἀνάγκῃ γάρ τινι ἀῤῥήτῳ αὐτὸν συνέταξε, κατεπειγούσῃ προσταλαιπωρεῖν, τῇ γῇ μοχθεῖν. *Καὶ οὐ προσθήσει δοῦναί σοι τὴν ἰσχὺν αὐτῆς*· τρίτη κόλασις, πονεῖν, καὶ μηδὲν ἐκ τῶν πόνων καρπίζεσθαι. *Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς*· ταῖς τρισὶ δύο προστίθησι τιμωρίας ἡ θεία ψῆφος, στεναγμὸν διηνεκῆ, καὶ τρόμον ἄπαυστον, ὡς μηδὲ τροφὴν τῷ στόματι, ἢ ποτὸν προσάγειν οἷόν τε, ἀστατούσης τῆς μιαιφόνου δεξιᾶς, κακῶς τῇ προτέρᾳ ἰσχύϊ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ χρησαμένης, καὶ τῇ ῥώσει ἀῤῥωστίαν πριαμένης. Ἕκτη τιμωρία, τοῦ ἐκπεσεῖν αὐτὸν τῆς πρὸς Θεὸν αὐτὸν παῤῥησίας. Δεινὴ γὰρ καὶ βαρυτάτη ἡ κόλασις, πάντα ἔχουσα τὰ ἀμυντήρια, ἡ τοῦ Θεοῦ ἀποστροφή· ὑπὲρ ἧς ἀποδυρόμενος ὁ ἐν πείρᾳ ταύτης γενόμενος, θάνατον ἐξαιτεῖται, λυσιτελεῖν αὐτῷ μᾶλλον εἰδὼς, ἢ ζῆν ἀποβληθέντα Θεοῦ. Καί φησιν, *Εἰ ἐκβάλλεις με τῆς γῆς*, τοῦτ' ἔστιν, εἰ μηκέτι τῶν ἐκφορίων αὐτῆς ἀπολαύειν μέλλω, *καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι*· εἰ τῶν κατὰ τῆς γῆς ἀναγκαίων πρὸς τὸ ζῆν ἐστέρημαι, καὶ αὐτῷ σοὶ ὀργιζομένῳ ἐμφανίσαι οὐ δύναμαι· *Καὶ ἔσται*, φησὶ, *πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με*· κρεῖττον γὰρ θανεῖν με ἢ ζῆν κακῶς τιμωρούμενον. Πρὸς ὃν ὁ Κύριός φησιν· *Οὐχ οὕτως· ἐθέμην γὰρ σημεῖον ἐπὶ σοὶ, τοῦ μὴ ἀνελεῖν σε πάντα τὸν εὑρίσκοντά σε*. Ἑβδόμη αὕτη τιμωρία, τὸ μὴ ἀξιοῦσθαι θανάτου, πᾶσαν αἰσχύνην καὶ δόξαν λύοντος· ἀλλὰ μένειν τιμωρούμενον, καὶ τῷ σημείῳ στηλιτευόμενον, αὐτὸν ὑπάρχειν τῶν κακῶν ἐν βροτοῖς ἀρχηγόν. * * * *

istis in homicidio facinoribus, par numero etiam supplicium per divinam vocem imponitur. Sterilitas et infecunditas terræ, quæ non amplius homicidam receptura sit: gemitus et quassatio totius corporis. Sed enim in enumeratione etiam ipsum supplicium examinandum esse arbitratus sum. *Maledicta terra a te*[85], una pœna est. *Operare terram*, altera; nam arcana quadam necessitate ipsum construxit, cogente ad ærumnosam et molestam in terra vitam. *Et non adjiciet ut det tibi robur suum*, tertium supplicium, laborare et nullum ex laboribus fructum percipere. *Gemens et tremens eris super terram:* tribus duo insuper addit supplicia divinum decretum, gemitum assiduum et tremorem indesinentem, ut neque cibum ori vel potum admovere possit, tremente homicidæ dextera, quæ pristino robore male adversus fratrem usa est, et per vim valentem infirmitatem sibi emit. Sextum supplicium, quod exciderat ex ea quæ erga Deum est, libertate. Vehemens enim et gravissimum est supplicium aversio Dei, in quo omnimoda protectio est: quam deplorans is qui eam experiebatur, mortem expetit, eam sibi conducibiliorem esse sciens, quam vivere abjectum a Deo. Sic enim ait: *Si ejicis me a terra*, hoc est, si non amplius fructibus ejus fruiturus sum, *et a facie tua abscondar*[86]; si ex terra mihi ad vitam necessariis privatus sum, et temetipso indignante, apparere in oculis hominum non potero: *Et fiet*, inquit, *ut omnis qui me invenerit, occidat me.* Melius enim mihi est, ut moriar, quam ut vivam male excruciatus. Ad quem Dominus inquit: *Non ita fiet: posui enim signum super te, ne te interficiat quisquis invenerit te*[87]. Septimum id supplicium est, indignum haberi morte, omnem turpitudinem et opinionis gloriam solvente, sed manere cruciatui obnoxium, et signo notatum illum, qui malorum inter homines auctor erat.

Gravissimum enim suppliciorum ratione præditis est turpitudo, quam sontibus divinum decretum minatur, dicens: *Resurgent alii quidem ad vitam æternam, alii autem in turpitudinem et opprobrium æternum*[88]. Quandoquidem igitur septem inhæserant homicidæ mala, totidem etiam suppliciis damnatus est. Sciebat itaque Petrus quod septimum diem honorandum Dominus destinaverat, in eo requiescens et ab operibus suis cessans; et quod non aliam, sed hanc honorasset, in ea legem dans, quodque sabbatum propter cessationem ab operibus vacasset: et quod venerandus sit, et peculiarem significationem ferat septenarius numerus, in quo scenopegiæ tubæ, in quo dies expiationis: septimus apud ipsos annus remissionis in pretio habitus, sex annis terram arantes, conserentes et metentes, septimo quiescere sinentes, integramque manere, ex ea sponte nascentibus contentos. Septem annis servitutem serviens famulus libertatem adipiscebatur. Præterito annuæ septimanæ tempore, septuagenarii captivi ex Babylone liberati sunt. Peculiariter item a sacro cœtu Christigeræ Ecclesiæ nostræ usurpatur septenaria beneficentia *Septies* enim *in die laudavi te*, inquit Davides[89], carminum divinorum auctor. Diei quidem nomine præsens significans sæculum: septies autem ipsum per hebdomadem revolvi. Isaias[90] septem enumerat spiritualia dona *Et septem* (16) *oculi Domini*, inquit[91]. Id quod et Solomon ait, *Sapientia ædificavit sibi domum, et suffulsit columnas septem*[92]. *Sapientiam* autem *Christum* esse, divus Apostolus interpretatus est. Domus autem hujus cœlum et Ecclesia. In illo quidem septem columnæ angelici ordines, in hac autem Stephani et Philippi collegæ apostolorum septem diaconi. Et rursus alius sanctorum vatum inquit, *Septies cadet justus, et resurget*[93]. Non aliter autem quam per pœnitentiam. Septimus ab Adamo Enochus translatus, non vidit mortem, id docente transpositione, ex corruptibili et morti obnoxia vita in immortalem et omnibus ærumnis carentem locum transferri Ecclesiam. Ex diluvio item, solum servatur intellectilem Noa Christum gubernatorem habens. Septimus

[85] Gen. IV, 11, 12. [86] ibid., 14. [87] ibid., 15. [88] Dan. XII, 2. [89] Psal. CXVIII, 164. [90] Zach. III, 9. [91] Prov. IX, 1. [92] I Cor. I, 24. [93] Prov. XXIV, 16.

(16) *Isaias. . . . Et septem*, etc. Hic locus non exstat apud Isaiam, sed occurrit *Zach.* III, 9.

